Collectanea critica, epicritica, exegetica

SIVE

Addenda ad Theodori Kockii opus Comicorum Atticorum fragmenta.

Collectanea critica, epicritica, exegetica

SIVE

Addenda ad Theodori Kockii opus Comicorum Atticorum fragmenta.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN,

PROFESSOR ORD. RUDE DONATUS IN UNIVERSITATE RHENO-TRAIECTINA.

LUGDUNI-BATAVORUM

APUD A. W. SIJTHOFF.

MDCCCCIII.

PRAEFATIO.

Poetarum fragmenta, ea praesertim quae a seris scriptoribus grammaticisque saepe e depravatis iam fontibus nobis tradita sunt, ad corruptissimas ingenii Graeci relliquias pertinere constat inter omnes. Ut autem ardua omnia impigros mortales prae ceteris allicere solent, ita inde a renatis paene litteris innumeri critici, in quibus summa ingenia, his fragmentis emendandis et illustrandis operam navarunt plurimam, at vel sic tamen longe abest, ut hodie nihil agendum supersit.

Nusquam vero ars critica coniecturalis difficilior est et saepe, imprimis in locis brevioribus incertior, cum praesertim grammatici saepe vocabula, quorum causa poetarum verba afferunt, unice curantes non integras citent sententias, ita ut quid aut ab initio aut a fine illi dederint ignoremus neque indagare possimus amplius. Quare, si usquam, summa hic opus est cantela et circumspectione; quod non satis reputantes haud raro critici etiam eos locos sollicitarunt, de quibus num revera corrupti sint ob eam causam minime constat.

Ex quo autem tempore Theodorus Kock post praeclarum Augusti Meinekii opus novam suam Comicorum Atticorum fragmentorum editionem absolvit, non solum ingens copia novarum interpretationum, illustrationum, emendationum, coniecturarum a plurimis eruditis excogitata est, sed etiam e fontibus diversissimis, imprimis papyraceis, protracta est locuples novorum fragmentorum seges, ita ut merito iam desideretur ab omnibus musae comicae

editio tertia praegressis et amplior et emendatior. Qualem parasset nobis Georgii Kaibelii industria et sagacitas, nisi post editum Siculae comoediae volumen prius virum praeclarum saeva mors in ipso vitae flore oppressisset.

Tali vero tantoque negotio ego qui, quamvis ab ineunte adolescente multum in hac litterarum parte versatus, et propter aetatem — mense proximo attingam annum septuagesimum secundum — et propter bibliothecarum nostrarum publicarum indigentiam — parsimonia hac quidem in re excellent reipublicae Nederlandicae gubernatores — me imparem esse sentio, volui tamen gravissimum futuri editoris, quantum possem, allevare laborem colligendo et diiudicando permulta quae tam ab aliis quam a me ipso (et olim in Mnemosyne Batava alibique et nunc primum) ad haec fragmenta explicanda, illustranda, emendanda prolata essent, simul identidem commemorans quae nova fragmenta collectioni Kockianae accessisse nossem; quibus nova editor procul dubio plurima erit additurus.

Magnae partes (iusto maiores forsitan dixerit quispiam) in hoc libro tribui Frederici Blaydesii ad Comicorum Graecorum fragmenta collectaneis. In quo opere licet innumerae reperiantur vanae ariolationes, idque saepe in locos sanissimos, docto et venerabili sene indignissimae, insunt tamen haud pauca rectissime observata nec raro acute inventa et probabilia admodum, ita ut operae pretium videretur diligenter indagare quid vir de graecis litteris per vitam longissimam bene meritus ad haec fragmenta illustranda atque emendanda contulerit. Dolendum est sane quod immoderato quidvis per fas et nefas mutandi, nulla saepe habita palaeographices ratione, libidini, — Wakefieldiasin, critici Angli de nomine, ioculariter eum morbum appellabant maiores nostri — magis magisque indulgens vir aeque doctus ac ingeniosus suae ipsius famae ita offecit, ut libri eius incredibili celeritate altera alium excipientes a iunioribus fere philologis plus quam merentur vilipendantur. Quo magis his ipsis diebus gavisus sum ab optimo viro dono accipiens Spicilegium eius Sophocleum, commentarium perpetuum in septem Sophoclis tragoedias continens (Halis Saxonum a. 1903), in quo libro stupenda eruditione singula paene poetae verba nube exemplorum illustravit, absti-

nens fere, ut librum obiter inspicienti mihi apparuit, a sollicitandis codicum scripturis, ita ut sub vitae finem, quem procul remotum fore spero, a pristina in hoc genere levitate resipuisse senem octogenario maiorem mihi persuadeam. Novit autem vir egregius quantopere ipsum diligam atque suspiciam, neque igitur vereor ne, si quid hic illic in hoc opere inclementius de eius tentaminibus iudicavi, vitio id mihi versurus sit. Amicus enim mihi Blaydes, sed magis amica veritas, quam per longam vitam et ipse coluit.

Restat ut successori meo in Professoris munere, viro amicissimo J. C. Volgraff, gratias agam quam maximas pro benevolentia et diligentia, qua in huius libri plagulis corrigendis me adiuvit.

Scribebam Traiecti ad Rhenum,
m. Augusto a. MDCCCCIII.

CAPUT PRIMUM.

Ad Kockii editionis Fragmentorum Comicorum Graecorum volumen primum.

Chionidis fr. 6. Rutherford *τῷδ' ἔτ' οἶνον*, coll. Alexidis fr. 186. 5 sqq., et Headlam *κάπτετον*. Nec locum nec coniecturas satis intellego.

Chionidis fr. 42 *κατεγλύκηνεν ἄν* malit Blaydes. — Idem recte ad fr. 8 ex Harpocrationis lectionibus *χιονίπου* etc. elicuit *χρονικόν*, coll. E. M. 167, 46, quare hoc fragm. Chionidi abiudicandum est. — Apud Zenobium malit *κἂν Ἀνδροκλέης πολεμαρχοῖ*, sed comici sermonis plerumque est *πολεμαρχοίη*. Cf. tamen infra pag. 3, 439.

Magnetis fr. 3. Coll. Aristoph. fr. 488, proposui: *λοῦσαί τε* (pro *λούσαντα*) *χρὴ καὶ βακκάριδι κεχριμένον* | <*αὐτὸν προθεῖναι*>, violentius postea Blaydes *λελουμένον*, deleto *χρή*. Ferri non posse medium *λουσάμενον*, quod proposuit Kock, satis certum est.

Ecphantidae fr. 2. Rutherford coniecit: <*μὴ*> *μεγαρίσῃς, Κωμῳδία,* | <*εἰ*>*ς ᾆσμα δ' εἶμ'· ᾐσχυνόμην* | *τὸ δρᾶμ' ἂν Μεγαρικὸν ποιεῖν.*

Cratini fr 1.

κἀγὼ γὰρ ηὔχουν Μητρόβιος (*ϑ'* ?) *ὁ γραμματεὺς*
σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν Πανελλήνων πρώτῳ
Κίμωνι λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος
αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν κτἑ.

Iniuria Kock egregiae Mureti coniecturae *πρόμῳ* obmovit tragicum huius vocabuli usum, non reputans totum hunc locum imitari tragicam grandiloquentiam et numeris et ipsis verbis conspicuam. Quis enim praeter tragicos, ut mittam inusitatius *αὐχεῖν*, dicit *πάντ' ἄριστος* et *αἰῶνα πάντα* sine articulo, et quan-

1

topere sordet prae Mureti invento ipsius ariolatio βροτῷ. Similiter ipse pro inerti ΠΟΛΛΩΝ restitui ΠΡΟΜΩΝ Euripidi Hec. 361. Cf. etiam Bl. p. 2. — Ceterum incertum est, utrum Muretus verum viderit an Rutherford ex ἄτωι, i. e. πρώτῳ, eliciens ἀγῷ, quod et ipsum est tragicae dictionis. — Grandiorem quoque sermonem cum alibi Cratinus affectat tum fr. 7:

ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκοι πεσσοί τε καλοῦνται.

Fr. 4. Photii lectionem veram esse iudicat O. Crusius, locum Bodleianum ex Photio vitiosissime descriptum esse monens.

Fr. 5. Zielinsky, Quaest. com. p. 9, proposuit:

Δωδωναίῳ κύμβῳ ζακόπῳ, τίτθη γεραία, προσέοικας.

O. Crusius vero <ναὶ μὰ> | Δωδωναῖον κύνα κτέ. Num recte sine articulo?

Fr. 6, 2, lege ἀπετ(ε)ίσατο.

Fr. 9. κόμην ἀβρύνουσ' metro Cratineo eleganter Rutherford.

ΒΟΥΚΟΛΟΙ. O. Crusius „Mystae Bacchi Thracii sic audiebant. Cf. hymn. Orph. I 9, XXXI 7. Ar. Vesp. 10 τὸν αὐτὸν ἄρ' ἐμοὶ βουκολεῖς Σαβάζιον. Sic Θρᾶτται sunt Bendidi operantes mulieres. Cf. Ἰδαῖοι et Δηλιάδες Cratinei."

Fr. 18. πῦρ ἐπὶ πῦρ ἄγεις Bl. coll. Ar. fr. 453, 2. O. Crusius Hesychio reddidit πῦρ (sc. οἶνον) παρέγχει. Rutherford deinde ἁρπαξάμενος (cum lacuna, in qua fortasse fuerit fr. 15, 1) coniecit pro ἀρξάμενος et εἴς τιν' ᾧ ἠταίρει pro ἔστιν οὗ ἠτήρει, quibus turpis significetur archontis illius consuetudo cum nescio quo viro.

Fr. 22. Ὑπερβορέους αἴθρια τιμῶντας στέφη.

Rutherford coniecit αἴθρει' (cum Meinekio) ἀγινοῦντας, ut loqui putetur Ionicus. Hic tamen dixisset ἀγινέοντας, quod vix cum synizesi, qua comici perraro utuntur, admitti possit. Ceterum quidni Hyperborei quae in Graeciam perferunt ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν honorare dici potuerint haud me perspicere confiteor, nec magis video cur αἴθρια dictum esse non possit producta vocali, ut subst. αἰθρία Nub. 371, Solon fr. 12, 22 et apud ipsum Cratinum fr. 53. Kock voluit αἰθέρια (de coelo delapsa, quamquam nihil hac de re traditur) τηροῦντας, Blaydes denique ὕπαιθρα. Nihil novare satius esse arbitror.

Fr. 25. Num forte

ἵνα
ἀθιάσωτοι τῆς τέχνης ῥάζωσι τὸν λοιπὸν χρόνον,

i. e. ἀτέλεστοι τῆς τέχνης?

Fr. 29. πρὶν παριοῦσα (pro παροῦσα) διδάσκῃ malit Bl. At sic expectatur παρελθοῦσα.

Fr. 37. ἐνταῦθ' αἱ sine causa Bl. pro ἐνταυθοῖ, nec magis opus est fr. 53 mutatione φέρε νυνί aut νύν σοι pro φ. νῦν σοι, ut omnino vir acutus miram capit voluptatem ex mutandis quaecumque aliquo

modo mutari possint. Sed recte fr. 47 κλίνην τὴν παράπυξον interpretari videtur imitation of box-wood."

Ad Dionysalexandrum fortasse pertinet Cratini fr., quod e lexico Messanensi prolatum est: τὸ εὐκτικὸν νικῷ ἔχει τὸ ῑ. Κρατῖνος Διονύσοις νικῷ μὲν ὁ τῇδε ποδὶ λέγω (πόλει λέγων Kock) τὸν λῷστον. Vid. Mus. Rhen. a. 1892, p. 406.

Fr. 49. Peringeniose Rutherford: τὸν Κερκυόνα τέως ἐναποπατοῦντα τοῖσι Λάκωσιν εὑρὼν ἀπέπνιξα, putans Periclem ita dici, qui ut iudicibus mercedem pararet thesaurum perfregisset (coll. Schol. Nub. 508) de Laconibus citans Ar. Lys. 983. 1248. Ego olim vulgata explicabam de Sybaritarum luxuria non lapidibus, ut vulgus faciebat, sed leguminibus podicem abstergentium, sed quid Cercyon hic sibi vellet non potui expedire, quod idem valet de Blaydesii tentamine θ' (vel δ') ἕωθεν ἀποπατοῦντ' <ἐγὼ> | ἐπὶ τοῖς λασάνοις.

Fr. 53. Apud Zenobium recte Bl. ἀκρατῶν pro ἀκράτων, sed quod coniecit μάτην pro μόνον (fr. 54) prorsus incertum.

Fr. 55. Draconem legisse ποδαποὺς ex eius verbis recte concludere videtur Bl., qui proponit:

ποδαποὺς ἡμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμάρτοις.

mire coniuncto verbo in singulari cum plurali μείρακες. Suspecta tamen forma ἁμάρτοιν.

Fr. 56. Πανδιονίδα πόλεως βασιλεῦ
τῆς ἐριβώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν, κτἑ.

Permirum est epitheton, quoniam et aliunde et Thucydidis testimonio Atticam λεπτόγεων fuisse constat. Si igitur sana est lectio, ironice ita poeta, sed frigidius, dixerit necesse est. Cogitavi de corrigendo ἐριώλακος, turbulentae, ut poeta comice finxerit ἐριῶλαξ ab ἐριώλη ad similitudinem vocis ἐριβῶλαξ. Si nihil dixi, mihi ignoscatur. Sumus enim critici suspicacissimi mortalium.

Fr. 58, 2. Dicitur de Lampone vate

βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν, τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο.

Ingeniose Rutherford Τρίκκῃ proposuit, sed fac ita dici potuisse pro τοῖς ἐν Τρίκκῃ Ἀσκληπιοῦ ἱερεῦσιν („cum facultate medica" Ruth.), multum tamen vereor ne coniecturae hoc obstet, quod non ad urbem in Pindi montis sitam radicibus, sed (nisi Piraeum) ad vicinam Epidaurum aegri Athenienses se conferre solebant. Quare etiamnunc praefero minus ingeniosam sed multo faciliorem meam mutationem τρίγλης, quod sit genetivus pretii: mullum vero si proposueris ei praemium, homo ignavus voracitate victus vel pugnare sustineat!

Fr. 65. Requiri quod habent Iulianus et Synesius νοῦ τ' ἐκείνου pro δὲ τοῦδε monui ante Bl., animadvertens pessime concinere verba νοῦ δὲ τοῦδε μεμνημένοι. — De νοῦ καὶ φρενῶν Bl. cft. Ar. Thesm. 291.

Fr. 67. In Eunidis agonis locum obtinuisse certamen musicum, in quo priscae artis Terpandreae assecla graves fundens dactylos congrederetur cum Atheniensi quodam poeta novicio monet O. Crusius, qui ad fr. 70 cum Bergkio huic fabulae tribuit fr. 310, eo convicio tangi existimans veterem Boeotorum musicam, quo proverbium *Βοιωτίαν ὗν* rettulerit Pindarus O. VI 90 sq. Ipsa Corinna eodem cognomine significata ferebatur, quae nomos citharodicos ad veteris artis normam condebat.

Fr. 72. *ἡ γυνὴ* pro *ἣν τύχῃ* temere Bl., nec quidquam lucramur eiusdem coni. fr. 74, 1 *ἥκω δὲ δεῦρο Πᾶνα μαστεύων τινά.* Locus desperatus.

Fr. 76^{b}. Scholium Oribasii III p. 680 *οὐκ ἔστι μῦθος ἔκφορος· ἐντεῦθεν ὡς ἄφρονες, ὡς κρατύνει θύραζε.* Hinc Nauck Mél. II p. 528 sq. III p. 301. VI 63 egregie eruit versum

οὐκ ἔστι μῦθος ἔκφορος· τοὐντεῦθεν ἴσθ' ἄφωνος,
ὡς Κρατῖνος Θράτταις.

Cf. Plat. Lach. 201. *οὐδεὶς (οὐδ' ἔστι?) γὰρ ἔκφορος λόγος.* Eur. Hipp. 295 *εἰ δ' ἔκφορός σοι συμφορὰ πρὸς ἄρσενας.* Arist. Thesm. 472 *ἐκφορὰ λόγου.* Quae locutiones cohaerere videntur cum usu hieratico vocabulorum *ἐκφορὰ* et *ἀποφορά.* Vid. quae in lexico meo suppl. et dial. attuli s. v. *ἀποφορά.* — De voce *μῦθος* pro vulgatiore *λόγος* a comicis adhibito praeter Aristophanem vid. Jacobii Index.

Fr. 78. Cum Nauckio legendum *ἀπέφρηκαν.*

Fr. 80. „*δίλογχον* nihil aliud significat quam deam duas hastas ferentem". O. Ribbeck, citans Roscheri lexicon mythol. 782.

Fr. 83. *πέλικα* pro *πέλικαν* sive *πελίκα* ubique corr. Bl. Quia tamen *πέλικαν* Boeotis Photius, Aeolensibus Poll. X 73 tribuunt, fieri potest ut *πέλικᾰ* sit nominativus aeolicus, non *πέλιξ*, ut *Ἕλενα*, alia. Poenitet me in lexico meo suppl. et dial. posuisse nom. *πέλιξ*.

Fr. 84. Clearchus ap. Athen. XV 697 F *προσέχων οὐδὲν τῷ προκαθημένῳ καὶ διδάσκοντι τὸν χορόν.* Bl. requirit *προισταμένῳ*, sed eo sensu expectes *προεστηκότι.*

Fr. 85. *Ἀκέστορ' ἀτὰρ* pro *Ἀκέστορα γὰρ* Headlam, *γὰρ* del. Bl. De postposito *ἀτὰρ* multum dubito.

Fr. 86. Cur melius sit *ἀπέδωκε* (Bl.), reddidit, quam *ἐπέδωκε*, ultro dedit, in tam brevi fragmento equidem nequeo dispicere. Eodem, i. e. nullo, iure conieceris *παρέδωκε*, tradidit.

Fr. 96. Forma *νήθειν* apud antiquiores mihi suspecta est pro *νῆν*, quod etiam Platoni Politic. 289 C *νήθειν τε καὶ ξαίνειν* reddendum videtur. Quare *ἠθεῖν*, de quo Kock cogitavit, Cratinum scripsisse crediderim, neque est cur cum Bl. malimus *ἠθεῖ.*

Fr. 97, 1. *Γνήσιππ'; ἐρῶ πολλῇ σχολῇ.* Rutherford et Blaydes.

Fr. 98, 1. Vix recte *ἐρέπτομαι* = *ἐρέφομαι*, i. e. *στέφομαι, στεφανοῦμαι*

sollicitat Bl. proponens parum poetice σκεπάζομαι vel στεγάζομαι. Verbis poeticis valde gaudet Cratinus. Vide v. c. vs. 7 κάρα πυκάζομαι = στεφανοῦμαι τὴν κεφαλήν. — Vs. 8 pro καὶ idem κἄτι, καὶ πρός, κᾆτα. Quidni plura?

Fr. 100. Bl. λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν πίλους ἔχων. Sed quo metro? Possis verba tradita servare, versibus sic divisis

λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν
ἔχων πίλους

sine ulla mutatione aut transpositione. Nam ποσσὶν Meinekii est coniectura dubia admodum.

Fr. 102. Diligentissime O. Crusius de hoc proverbio egit in programmate Lipsiae a. 1886, p. 17. Cft. Hermippi fr. 70.

Fr. 105. Bl. ubique οἶσθας ex οἶδας et οἶσθα corruptum putat, sed in vetere comoedia forma οἶδας valde mihi suspecta est.

Fr. 108, 3. ἐπῷζ' ὅπως probabilis est Blaydesii coniectura.

Fr. 116. Headlam tentat ceteris criticis felicius:

δεῖ 'πιθέντα(ς?) συμποτικοῖς νόμοις τῷ κοττάβῳ
ὀξύβαφα κέν' εἶτα βαλεῖν ἐπινέον<τα> τῷ ποτῷ·
<τῷ> δὲ ποντίσαντι νέμω πλεῖστα <τἆθλα τῆς> τύχης.

Fr. 123. Cum Nabero verba ἀποτιλῶ κτέ. alteri personae tribuenda.

Fr. 124. R. Ellis γέγραπταί pro γέγραφε. Rutherford, citans Hilbergi librum Das Princip der Silbewägung p. 52

χρυσίδι
σπένδων, ἀναγραφεῦ, τοῖς ὄφεσι πιεῖν δίδου.

„Apparently the Registrar, fearing that his occupation is likely to die, has gone to the temple of Asklepios to pray for its restoration to health''. Mihi hoc tantum liquet trimetros esse, non tetrametros.

Fr. 128. O. Crusius „sed Zenobius 71 p. 26 habet ἐπὶ τῶν οὐ ῥαδίως δώροις ἁλισκομένων. Dona quidem accipit callidus homo, sed non facit quod promisit, ut vulpes esca quidem potitur, sed ita, ut ipse non capiatur. Cf. Babr. Vat. 9.'' Recte, sed iniuria tuetur formam mediam δωροδοκεῖται.

Fr. 129. παραλεξάμενος = συγγενόμενος cum Meinekio iure tuetur Bl. Locis collatis a Kockio addo Eq. 806 καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ. De hoc fragmento omnino vide quae post egregiam Kaibelii explicationem, alludi ad fabellam de Mentha, Plutonis paelice in Hermae vol. XXX p. 439, nuperrime ibidem in vol. XXXIX disputavit W. Radke, addens simul alludi ad Tyronem, Neptuni concubinam ap. Hom. λ 235 sq., qui ipse utatur verbo παρελέξατο.

Fr. 142, coll. Ar. Vesp. 710, ego olim a Kockii coni. defendi, probante Bl., qui malit πυριάτου.

Fr. 144, 4. δίῳ non Nauckii (sic Bl.) sed Meinekii est coniectura probata Nauckio Mél. VI 63.

Fr. 146. Headlam, coll. schol. Nub. 984:

οὔτε γὰρ Κηκείδεια τάδ' οὐκέτ' οὔθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης.

Blaydes: οὐ μὰ Δία ταῦτ' ἔσθ' οἷα κτέ. Grammaticorum vilia commenta esse quae de Chorixena narrant merito videntur O. Crusio, nomen autem fictum esse ut Δεξώ, Δωρώ, Πασιχάρεια, similia, et formulam οἷα τἀπὶ Χαριξένης significare ἀμισθί. Hic illis et lenius et felicius corrigit:

οὐκ ἴδι' ἅττα (cum Mein.) κοὐκέτ' ὄνθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης;

i. e. nonne (vobis cecini) nova quaedam mihi propria esse eaque nequaquam vilia? eodem sensu quo ego aliquando tentabam violentius:

καινὰ τάδε κοὐκέθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης.

Cf. E. M. Ἀριστοφάνης οὐ τὰ κατὰ μισθόν, ἀλλ' οἷον καὶ ἄλλα τινά.

Fr. 151. O. Crusius praeterea affert Zenob. Ath. I 73 ὦ Λακιάδαι καὶ στειλεαί... δῆμος δέ ἐστι Ἀττικῆς οἱ Λακιάδαι κἀκεῖ ῥαφανίδες μεγάλαι γίνονται· ταύταις δὲ χρῶνται κατὰ τῶν ληφθέντων μοιχῶν ἐφυβρίζοντες. „Merae nugae. Aristodemus ut λακκόπρωκτος et λακαταπύγων inter Laciadas artem suam debebat exercere." Egregie!

Fr. 152 Bl. πρὸς δὲ παιδίκ' αὖ τρέπει.

Fr. 153. Kock „ἀριθματοί CEP, at in hexametro non locus est formae doricae." Respondet Crusius „at Hippo Rheginus traducebatur". Cui ego „at ἀριθματός non est forma dorica, sed pseudo-dorica, nam ab ἀριθμεῖν apud Dores eadem quae apud alios omnes descendebat forma ἀριθμητός.

Fr. 154. Nauck addit Suid. s. v. ἐπιλησμότατον. — Bl. ἐπιλησμοσί μν. epico usu tuetur.

Fr. 158. Audacissime Bl. γέγηθ' <ἐγὼ> τὸν ἄνδρ' <ὁρῶν σεσυρμένον>. Talia emendari nequeunt.

Fr. 162. διποδι<α>σμὸς Hesychio reddit Blaydes.

Fr. 165, 2 sq. ἐν τοῖσιν ἀγροῖσιν | εἰς τὴν γαῖαν κατεβάλλοντο absque ulla probabilitate Bl., qui non melius tentat fr. 166 et 169.

Fr. 170. ἀνειμένοι pro ἀνέμενοι Bl. De metro non constat.

Fr. 176. Didymus explicat ἐκ μεταφορᾶς οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις, probante O. Crusio.

Fr. 181, 1. Olim ego ἐπαναθρέξαι (hoc ante Fritzschium) — σου 'ς τὸν λόγον, postea (quod hodieque placet) ἐξανατρέψαι — σου τὸν λόγον proponebam, nunc nescio quo sensu Bl. ἐπανατρέψαι βούλομ' εἰς τὸν πρὶν λόγον, aut εἴς σου τὸν λόγον, improbans vs. 2 μὲν additum a Kockio, et sine necessitate vs. 4 μοι mutans in καί. Cratini verba satis recte tractasse videtur Kock.

Fr. 183. Verbis Kockii ego glossam non repperi Nauck Mél. VI p. 64 respondet „legitur sub lemmate Hes. corrupto α. ουσιτρία."

Fr. 186, Bl. Ἰλισσός (sic) ἐστ' ἐν φάρυγι (male sine articulo) postquam recte alibi Kock emendavit Ἰλισὸς (bene) ἡ φάρυξ, nisi quod debe-

bat φάρυγξ, sic enim sonabat nominativus ut λάρυγξ, σάλπιγξ, etc. (casus obliqui φάρυγος etc.), et deinde τί ἂν <ἀντ>είποιμ' ἔτι; Vs. 5 otiose Bl. ut suam repetit coni. meam ταυτί. Ποιήμασιν del. Kaibel.

Fr. 187, 1 sq. Verba non temere heus aliquando iacta in Porsonum vino plus aequo indulgentem. — Vs. 3 κοτυλίσκους pro καδίσκους Bl. Cur quaeso?

Fr. 188, 2. Sufficere videtur Casauboni coni. τῆς ἠλιθιότητός <τε> τῆς ἐμῆς. Coniecturis accessit Kaibeliana τῆς ἠλιθιωτάτης ἐμῆς.

Fr. 190. Recte his et similibus locis, ubi ἆρα ponitur initio, Blaydes ponit signum interrogandi. — Nauck citat Afranium 411 p. 217 Ribb. t a m a r c u l a t u a p l e n a e s t a r a n e a r u m. Themist. XVIII p. 221 B. αἱ σιτοθῆκαι μεσταὶ εὐρῶτος καὶ ἀραχνίων. Theod. Hyrt in Notices et Extr. V p. 733 ἐμοὶ δὲ τὰ ἄγγη κενὰ καὶ ἀραχνίων μεστά. Stupendam viri admirabilis eruditionem!

Fr. 196. „C o m o e d i a m audimus in agone nova quaedam poetae inventa corripientem atque veras τοῦ κωμῳδεῖν vias monstrantem." O. Crusius.

Fr. 196. θάψον vel θάψω pro γράψον vult Blaydes. Multum dubito.

Fr. 197, 1. τυχεῖν pro λαχεῖν Bl. aut νεωσοίκους λαχεῖν οὐδὲ κάννας. Causam non perspicio.

Fr. 198. Bl. τἄμ' ἔπη ξυνίετε, abiecto ῥήματα, quod addidit Meineke. Sed fortasse nihil addendum est et nihil mutandum. Recte idem improbat Kockii coni. θεαταί.

Fr. 199, 1. Del. Cobet probante Nauckio, qui vs. 2 iure commendat lectionem τέκοις et in epigrammate cum Meinekio requirit ᾠδώδει.

Fr. 207. Ante Bl. ego formam atticam vetustam β ο ρ έ α ς coll. Vesp. 1124 commendavi. Βορρᾶς habent iuniores comici. Cf. Iacobii Index.

Fr. 208, 2. Vid. infra ad Anaxandridis fr. 4. Vs. 3 pro Διονυσοκουρώνων compluria tentat Bl. p. 9.

Fr. 210 Ludit Bl. ἀλλὰ παίζουσιν λέγοντες „ἐς βόθυνον ἀπιέναι".

Fr. 216. δελεάστρ<ι>αν Polluci reddidit Bl.

Fr. 218. αἵρεσθ' habere Bekkeri codicem et in Anecd. Par. IV p. 103,1 legi αἵρεσθε et λαβεῖν monuit Nauck.

Fr. 219. Vix apte σφάδαζε (imo σφάδᾳζε) Bl., qui ante melius probaverat Kockianum σπύρθιζε.

Fr. 221, 2. Tuebar traditam lectionem, probante Bl.

Fr. 222, 3 ἦλθες οὖν ἀ σ μ έ ν ο ι ς tentavi, postea Bl. ὧδ' ἀσμένοις et alia quaedam p. 8, recte haerens in σαφές, quod pro σαφῶς dici non potuerit. Scil. dicitur aut οἶδα σαφῶς aut τὸ σαφές. Male Kock citat P h o t i u s D e m e t r. p. 296. Nauck „imo Marius Plotius p. 524, 20 K."

Fr. 227. Pollucis cod. Laur. docente Maasio habet λ υ χ ν ο κ α υ σ τ ε ῖ ν μὲν ἔφη Κρατῖνος ἐν Τροφωνίῳ, Μένανδρος δὲ ἐν Θετταλῇ λ ύ χ ν ω ν ἁ φ ά ς. Cf. Herod. VII 215. Diod. Sic. XIX 20 περὶ λύχνων ἁφάς.

Serae formae sunt λυχνάπτιον et λυχναπτεῖσθαι. Vid. Lexicon meum suppl. et dial. p. 508.

Fr. 230. In Kockii coni. cum Bl. malim βροτῶν prò βροτοῖς.

Fr. 233. Ante Bl. suasi παρὰ ναυτοδίκας.

Fr. 235. ἐλήλυθμεν v. l. recte probat Bl. Forma ἐλήλυμεν ex ἐληλύθαμεν e radice ελυθ nasci non potuit. Cf. ἐπέπιθμεν, ἔοιγμεν.

Fr. 238, 2 ἦγον pro εἶχον ego, probante Bl.; vs. 3 ego postea ἡδυλόγῳ (-γοι?) σοφίᾳ φρενῶν (πορίμῳ?). Ibidem περιττοκαλλεῖς Bl., qui ipse coniecit ἀδυλόγου σοφίας πλέω π. Locus vix sanabilis.

Fr. 239, 1 pro ἐθάκει Bl. ἔκειτο, quod nemo librarius sic mutasset. Amantissimus autem est Cratinus vocabulorum poeticorum, quae praeterea optime conveniunt anapaestis.

Fr. 241, 1. Soph. El. 196 male conferri monet Nauck „weder überliefert noch zulassig." — Vs. 2. κυνώπιδα contra exspectationem dictum est pro κυανώπιδα.

Fr. 344. Plut. prov. etc. O. Crusius „i. e. Zenobius. Cf. Athen. III 60".

Fr. 245. περινοστεῖ pro περιφοιτᾷ non male Bl.

Fr. 250, 2. Bl. χοιδάριον ἕλκων [τῆς] τρυγός. At ipsum vinum ἕλκεται, non vasculum. Sed fortasse οἴναρον depravatum est glossema ex οἰνάριον (vappa), ut fuerit: μετ' ἐμοῦ διῆγες <.ὦ μέλ',> ἕλκων τῆς τρυγός. Cf. Aristophanis fr. 109, 3 διελκύσαι τῆς τρυγός.

Fr. 252. Cf. τοῦτ' αὐτὸ πράττω Aristoph. fr. 44, 1.

Fr. 253 ἴσως cur sanum non sit, haud perspicio. Bl., coll. Ar. Ach. 933, ψοφῶν aut ψοφεῖ violenter tentat.

Fr. 254. Bl. ἔδει παρέχειν <ἂν> ὅ τι τις εὔξαιτ' ἐμβραχύ. Melius, opinor, ἂν inseruisset post ὅ τι vel post τις, sed recte Cobet ἔδει παρασχεῖν κτέ.

Fr. 255. Coni. meam probat Bl. Nihil autem facilius perit quam notum sigla vocis ἐστιν. Quod moneo propter Kockium.

Fr. 257. Suspectum mihi ἐφθάρη, quia non est probabilis haec causa mortis. Latere puto senarium hunce:

ἔφθη μαρίλης τὴν φάρυγα πλέαν ἔχων.

Fr. 259. Bl. βαρύφωνος, μεγάφωνος, πολύφωνος, τορόφωνος, ὀλοφῷος. Elige, quaeso! Quidni λιγύφωνος? Certe βαρύφωνος gallus gallinaceus miraculi est instar. Non traditum ὀλόφωνος, sed ὀλόφωνος (quod numeri vetant, nec ὀλός Graecum esse pro ὀλοός facile credas E. M. 622, 45) teterrima bestia nimium saepe mihi visa est νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ διαγρυπνοῦντι. Fortasse ὀλοφῷος non male a Blaydesio coniectum est.

Horarum fragmentis Bl. addi iubet schol. Ven. ad Vesp. 1187. Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σεριφίοις φησὶ δοῦλον καὶ πτωχόν, ἐν δὲ Ὥραις ἠταιρηκότα ἄρα (Ald. αὐτὸν), ubi Bergk et Dind. Ἀριστοφάνης τὸν αὐτόν κτέ. coniecerunt, ipse Bl. parum feliciter αἰσχρῶς, quasi vero καλῶς id fieri potuerit. Si igitur Cratini hoc sit, aliud

lateat necesse est, sed acquiescendum arbitror in illorum correctione. — In Fr. 272 ὡράζεσθαι recte Blaydes postulat.

Incertarum fabularum fragmentis e Philetaero Vat. ed. Cohn Mus. Rhen. a. 1888, p. 411 accessit hoc: λαγῶς διὰ τοῦ ω μεγάλου ὁ χερσαῖος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· λαγὸς δὲ ὁ ἀστικὸς (l. θαλάσσιος), φασὶ δὲ τοῦτον καὶ ἴον ἔχειν καὶ τοὺς πονηροὺς ὁ Κρατῖνος λαγοὺς καλεῖ. Cf. Athen. IX 401 D. — Indidem haec:

πατρικὸς φίλος οὐχὶ πατρῷος· καὶ ὁ Κρατῖνος
πατρικὸς ὢν φίλος
τάδε πυνθάνομαί σου.

Fr. 273, 3. Bene vulgatum tuetur Bl., qui (ad fr. 275) in Hippocratis loco recte aut μαστίζουσι aut πατοῦσι requirit.

Fr. 276. αὐλῶ τοὺς ego olim in αὐλῶ 'γώ, postea Bl. minus leniter in αὐλήσω refinximus. Alterum utrum verum est. Apposite hic cft. Vesp. 582, ubi forsan recte hinc ἐξόδι' pro ἔξοδον coniecit.

Fr. 277. Bl. cft. Nub. 933. Lys. 439. Aesch. Choeph. 395, iure defendens κάθῃ.

Fr. 278. Ex Zonarae observatione consentaneum est Cratinum scripsisse καθιζάνειν, ut iam Bl. vidisse animadverto. — „In Aeolosicone Aristophanem eundem incertum locum habuisse luculenter exponit Zielinsky, Märchencomedie p. 38. Huc fortasse fr. 287 referendum est". O. Crusius.

Fr. 279. Melius quam Kock Nauck τ' ἐμαυτῆς, Blaydes τε γ' αὐτὴν vel τε ταύτην coniecerunt.

Fr. 280, si sanum, dictum in eos qui rebus perverse utuntur. Kockii coniectura mihi minus placet quam Blaydesio; qui temere insuper tentat ἀνάπλεως.

Fr. 282. Kock διεπήνισε τὸν λόγον. Vitiosa anapaesti caesura sec. Bl., qui ipse tentat τοῦτον διεπήνισας σὺ τὸν λόγον καλῶς, deletis parum probabiliter verbis μὲν οὖν, quibus servatis scripserim τοῦτον μὲν οὖν | καλῶς διεπήνισας σὺ τὸν λόγον ⏑⏓, (v. c. μάλα s. πάνυ s. σφόδρα).

Fr. 284 distribuendi cum Kockio inter duas personas nullam video necessitatem.

Fr. 288 sq. Cf. Blaydesii collectanea p. 11.

Fr. 290 ἀρίστων ironice dictum esse iure contendit O. Crusius. Falso igitur etiam Bl. coniecit ἀνδρῶν γυναικῶν.

Fr. 294. ἄρχων εἰμὶ νῦν Ἀθηναίοις ἐγώ.

Vide ne additum νῦν Kockii interpretationi obstet. Potuit οἴνῳ ἐπαρθείς ita loqui quispiam. Cf. Bacchyl. fr. 27,6 πᾶσι δ' ἀνθρώποις μοναρχήσειν δοκεῖ et Ar. Eq. 29 sqq. Quod si ita est, locus fortasse ad Pytinen est referendus.

Fr. 296. Nauck verba sic digessit:

ὃς τὴν πίτυν ἔκαμπτεν
ἑστὼς χαμᾶθεν (pro χαμάθεν) ἄκρας

τῆς κόμης καθέλκων

de producta syllaba $\overline{\upsilon\nu}$ comparans γένῡν Eur. El. 1214. fr. 520, 6 et Ἴτῡν Soph. El. 148 et στάχῡς Eur. Herc. 5. Probabiliter omnia, praeter ἄκρας tragico more producta priore syllaba. An fuit

ἑστὼς χαμᾶ(ι)θεν <ἐξ> ἄκρας κτἑ.

ut iungatur ἔκαμπτεν ἐξ ἄκρας τῆς κόμης? De forma attica χαμαῖθεν vid. Blass, Ausspr.[2] 116.

Cobeti autem coni. ὃς τὰς πίτυς ἔκαμπτεν | ἑστὼς χ. <ῥᾳδίως> ἄκρας κόμης κ. ita probabilior erit, si traditum τὴν πίτυν revocaveris, nec tamen vel sic articulum vocis κόμης omissum admiserim. Quae etiam Blaydesii fuisse videtur sententia proponentis:

ὃς τὰς πίτυς ἔκαμπτε | χαμᾶθεν ἑστὼς τῆς κόμης <αὐτὰς> ἄκρας καθέλκων, sine causa transponens χ. ἑ. pro ἑ. χ.

Fortasse igitur vera lectio haec est:

ὃς τὴν πίτυν ἔκαμπτεν | ἑστὼς χαμαῖθεν τῆς κόμης <αὐτὴν> ἄκρας καθέλκων. Quod confidentius affirmarem, si suppeteret mihi exemplum e comoedia syllabae $\overline{\upsilon\nu}$ productae.

Fr. 299. Bl. <ἔτι> τῶν πρῴων ἔχει.

Fr. 301 recte Madvig ὡς pro ὧδ'.

Fr. 304. Εὐπρόσωπος in εὐπρόσοιστος, quod ne Graecum quidem (nam corruptus est Eur. Med. vs. 279), mutat Kock. Proposui quondam: εὐπρόσοδος ὃς ἦσθ', ὄνομα πρὸς οὐδέν' ἐπὶ χεῖρας (?) φέρων. (i. e. affabilis qui eras, nemini in manibus (prae te) ferens (i. e. ostentans) praeclarum nomen. Cf. Eustathii interpretatio. Ceterum nescio an recte Bl. coniecerit ἐπὶ χειρῶν.

Fr. 305. Hunc Polymnestum a Colophonio distinguendum esse negat O. Crusius.

Fr. 306. Bl. ἀπὸ τῶν βλεφάρων τὸν ἐφημερινόν. Valde dubito.

Fr. 307. Headlam τίς δ' εἶ σύ; <τάχ' ἂν> κομψός κτἑ. Bl. κομψὸς <πᾶς ἂν> (postquam Porson coni. κομψός; <πᾶς ἂν> κτἑ.) et alia in adv. a. 1890, p. 13 minus probabilia. Sine dubio κομψός a θεατής non separandum est. — Vs. 2 Bl. comparat Eurip. fr. 215 et <εὐριπιδο?>σωκρατόγομφος Teleclid. II 372, 3 (M.).

Fr. 308 Bl. ὑπὸ δ' Ἡρακλέους πεινῶντος ἀεὶ καὶ <ταῦτ' ἀεὶ> | σκώπτοντος οὐ βιωτὸν <ἡμῖν> ἐστ' <ἔτ>ι. Sed displicet anapaesti incisio.

Fr. 312. Partim cum Kockio Bl. — —, — —, ⏑ λόγος τις ὑπῆλθ' ἀσαφὴς συοβαύβαλος ἡμᾶς. Comparat βουβαύκαλος Anaxandr. 41, 5.

Fr. 313. Quia ῥαφανῖσι vescebantur οἱ κραιπαλῶντες, fieri potest ut pertineat ad Pytinen. Cf. Nicocharis fr. 15, p. 773. Debile tamen, fateor, argumentum.

Fr. 317. ἔσθιε καὶ σῇ (τῇ vult Bl.) γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ πολυστέφανος νικήσει.

Vix recte Kock ἀναδήσῃ, Headlam διψήσῃ vel πεινήσῃ coniecerunt. Multo probabilior videtur iniuria spreta Suidae lectio, sive genuina

sive coniectura reperta est, σε φιλήσῃ, (i. e. σε φιλεῖν φῇ) nisi forte id ipsum restituendum est. Quod non solum ipsum suadet e regione oppositum ἐχθαίρῃ, sed etiam manifesta verborum Hesiodi Op. 299 sq. φιλέῃ δέ σ' ἐυστέφανος Δημήτηρ parodia, unde non male suspicatur Bl. Cratinum scripsisse φιλέῃ σε. Non minus bene haec lectio, opinor, quadrat in Kockii explicationem, ad hominem laute epulantem Connum esurientem accedere ut ipse cenae fiat particeps, quam audax ipsius coniectura.

Fr. 319. In his nihil Cratini est praeter ἐπηνίκιζεν. — In πονηροὺς fabulae nomen latere putat Bl.

Fr. 321. Bl. ἄντρον pro Ἄργος, infeliciter addens „vel ἄκρον" quod comica prosodia recusat.

Fr. 323, 3 pro ψόφησις (cum v. l. -σιν) Bl. κρότοισι (quasi vero ipsa ἴκρια plaudere possint!), multo melius Kock ψόφοισι. Quidni vero lenius ψοφήσει? Utut est, non debueram quondam probare Naberi coniecturam μῆτερ pro μήτηρ.

Fr. 325, 3. παρεῖναι per se non magis hic περιεῖναι, abundare, significare potest quam Crat. fr. 16 (ubi ex Photio l. περιουσίαν) παρουσία abundantia, ut putat Kock, sed arte iungendum ἄφθονον παρεῖναι. Sine causa Bl. ἔστιν ἐφευρεῖν vel ἀνευρεῖν (male pro εὑρεῖν s. ἐνευρεῖν), nam verba νάπαισι — ἐνηβᾷ in parenthesi posita constructionem interrumpunt. Non male fortasse Naber τράγοισιν pro ἀγροῖσιν (cod. ἀγρίοις).

Fr. 324. Bl. cft. ἐμβρύεια (κρέα) Ar. fr. 476, 4 Dind. — Idem fr. 327 bene requirit ηὐθένει. Passim talia corrigenda sunt.

Fr. 334. ὑποκαπνιζόμενον pro ὑπεκλυόμενον in schol. Vesp. corr. R. Ellis.

Fr. 335. Bl. ἐγκεχοιριλημένη· ἡ pro ἐκκεχοιριλωμένη οὐ. At cf. Ar. Nub. 740 ἐγκεκοισυρωμένη. Praeterea negatio bene conspirat cum praep. ἐκ. et sequentia, admissa ista coni., omni sensu carent.

Fr, 344. τροχίσκους Ellis. Non intellego.

Fr. 349. Cf. Δεξώ fr. 401 et Kock ad fr. 69. 70.

Fr. 362, 3. Kock procul dubio voluit „μύρμηξ pro σέρφος".

Fr. 364. Etiam Cratinum πισσοκώνητον μόρον dixisse putat Bl., in hoc saltem errans quod similiter mutare vult gl. πισσοκωνήτῳ πυρί.

Fr. 374. Bl. cft. ὀξυβόας, κοκκυβόας, ἡδυβόας.

Fr. 382. Crateti vindicat Nauck, laudans Et. Voss. p. 193 C. Gaisf. καὶ Κράτης ἄναλτος χύτρα. Jacobi Suppl. Add. p. 48. Dubium tamen utrum Crates e Cratino an Cratinus e Cratete corruptum sit.

Fr. 383 ἀναψικώμη coni. Nauck, coll. καταφλεξίπολιν Anth. Pal. 5, 2, ubi ἀναφλεξίπολιν coniecit, lenius Bl., sed cacophone, ἀνανεξικώμη.

Fr. 397. Bl. cft. ποντοχάρυβδις, μεθυσοχάρυβδις,

Fr. 428. Etiam κῆρυξ (κήρυξ?) de muliere dictum Ar. Thesm. 431. Cf. Bl.

Fr. 430. μείξοφρυν recte Nauck.

Fr. 442. ἀντὶ pro αἵ Naber, probante O. Crusio.

Fr. 444. σκίρον recte Bl.

Fr. 448. Κρατῖνος Meinekii coniecturam esse πρὸ ἰπνός et potius Steph. Byz. p. 599, 17 s. v. ταμιεῖον citandum fuisse monuit Nauck.

Habet lexicon Sabbaticum p. 4, 13 ἀψευδέστατος μάντις. Κρατῖνος

⏑ — ⏑ τὸν θεὸν δ' ἐμοῦ κλύων σέβε

ὡς ὄντα <πάντων?> μάντιν ἀψευδέστατον.

Sed procul dubio non recte haec tribuuntur Cratino. Cf. Eur. fr. 1110 Nck[2], ubi Blass et Nauck cogitant de Archilocho auctore. — Legitur in eodem lexico p. 1, 12 αὐτόνομαι (?). Κρατῖνος.

Duo nova fragmenta Cratinea protulit L. Cohn in Mus. Rhen. vol. 43, p. 413—418.

Cratis fr. 1. Recte iudicasse videtur Bergk, nec admittenda Kockii coniectura. Cf. etiam Bl., qui fr. 5 iure postulat λυχν(ε)ίδια, propter Pollucis verba δῆλον ὅτι λυχνία (λυχνεῖα?) εἴρηκεν, ἀλλ' οὐ λύχνους μικρούς (= λύχνια).

Fr. 6. καρδαμογλύφος reponendum putat Bl. Dubito.

Fr. 7. L. πεττονομεῖν pro πεσσομεῖν, nisi forte glossa petita est e parodia tragica.

Fr. 8 vix sanabile. More suo tentat quaedam Bl.

Fr. 9, 2. Olim conieci ἀθάρης τ', sed recte se habet vulgata τῆς ἀθάρης, qui est genetivus partitivus.

Fr. 10. τὸν αὐχέν' ἐκ γῆς ἀνεκὰς εἰς αὐτοὺς βλέπων. Nihil lucramur Blaydesii coni. στρέφων, non enim magis sic intellegitur ἐκ γῆς, quae est vitii sedes. In promptu est sincera lectio ἕξεις.

Fr. 13. Verissime Bl. ῥιπὶ pro ῥιπίδι et poetae et Polluci reddidit.

Fr. 14, 5. Cum eodem lege καλῇ τις vel καλῆται pro καλῇ τί. Transponendum esse vs. 1 ante 6 olim conieci, latere autem sub αὕτη instrumentum, quale est ψυκτήρ vel κρατήρ, coll. schol. Plat. Conv. 213 E et Indice Iacobii s. v. ψυκτήρ. Sed conservari poterit vulgaris ordo, si cum Headlamio, coll. Pherecrate 45, pro αὕτη scripseris δεῖπνον, aut κλίνη cum Bl. — Vs. 10 ἀλείφων, sc. ἐλαίῳ defendit Crusius, sed suspectum manet in antiquo comico sing. ἁλί. quod non tuetur Megarensis oratio loco praesertim dubio in Acharnensibus; nec tamen ἁλσὶ πάσεις (Elmsl.) ferunt numeri. Fortasse igitur obtemperandum Kockio scribenti διαπάσεις ἀλεύροις.

Fr. 15. 7. Ante Bl. commendavi σφόγγος, et fr. 16, 2 περιουσίαν Cobet, prob. Nauckio.

Fr. 15, 5. Recte θοὔδωρ corrigit Bl., male requirens ἀνεχέτω.

Fr. 17, 2. Optime τοῦ τε ταρίχους idem pro τούς, abundat enim articulus, nisi sit gen. partitivus. Cf. supra fr. 9, 2. Vs. 4. οὐδέ γε χορδὰς idem partim cum Kockio.

Fr. 20. Melius Bl. ὀκτώβολοί aut ὀκτὼ ὀβολοί.

Fr. 23. παίζει δ' — φιλοῦσ(α) revocat Bl. — Pag. 138. *PHTOPCIN* celare

ΗΡΩCΙΝ ante Kockium vidit Volckmann de Suidae biogr. Quaest. sel. Bonnae 1861, p. 40. Monuit Nauck.

Fr. 26. Bl. supplet τάδ' ἐστιν.

Fr. 27, 1. Incertissima restitutio. Tria tentat Bl. pag. 17. — Vs. 2 malim ἐπὶ τοῖν κοχώναιν. Articulum utique necessarium esse non intellexit Kock, καθειμέναι male sollicitat Bl.

Fr. 29, 2. κύμασιν olim tuebar a Madvigii coniectura καύμασιν, quod flammas significare non posse sensit etiam Bl., qui iure improbat Kockii coni. in vs. 1.

Fr. 33. Admissis Porsoni et Casauboni correctionibus sic constituerim:

ποιμανεῖ (pro ποιμαίνει) δ' ἐπίσιτον
ῥιγῶντ' ἐν Μεγαβύζου.
[δέξετ' (δέξεταί τ' Pors.) ἐπὶ μισθῷ
σῖτον (pro σῖτος Cas.)]

deletis ultimis, quae ex interpretatione fluxisse mihi persuasum est. Alia tentavit Bl.

Fr. 37. ἐξ ὅτου | ἦλθον aut ἐξ ὅτου δ' (an τ'?) ἦλθον Bl.

Fr. 40. Dobraei coniectura probabilior quam Meinekiana.

Fr. 50. Rectius Kock μεμνῆτο quam Bl. μεμνῷτο, qui fallitur dicens Cobetum Xen. Anab. I 7, 5 voluisse μεμνῷο. Cobet per totam vitam solum μεμνήμην etc., ut κεκτήμην, κεκλήμην, καθήμην, atticum esse docuit.

Pherecratis fr. 1, 3

ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ' ἄρ', ὃς κατεσθίεις
τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία.

Quia μακρᾶς neque cum ἡμέρας neque cum τριήρους apte coniungi potest, tentabam μικροῦ, i. e. paene. Postea vero dubitans num satis recte σιτία hoc sensu careat articulo malebam, quod hodieque placet,

τῆς ἡμέρας νεὼς μακρᾶς τὰ σιτία.

ut superscriptum glossema τριήρους in textum se insinuasse putetur.

Fr. 7. ἀλλ' οὐκ οἶσθα σύ. Bl. cft. Vesp. 193 et Eur. fr. 257, 4.

Fr. 9. Bl. pro κνάμοις coni. κονίᾳ cum vitiosa anapaesti incisione.

Fr. 10, 4. περιαγουσῶν post me pro θιγγανουσῶν coni. Kock. Leniorem vero expecto emendationem, nec tamen θρυγονωσῶν, quod olim in mentem venit, satis aptum.

Fr. 11. Correctio incerta. Tentabam:

οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον <ἰόντα>
<B.> οἰκτρόν γε λέγεις, εἰ δεῖ συζῆν τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

pro οἴκους λέξεις, ἵνα μὴ ξυνέχῃ. — Bl. suppl. ἀπελθεῖν et coni. ἵν' ἐκεῖ συζῇ, quod si verum sit, vs. 2 proponam: *B.* οἴμοι τί λέγεις; ἵν' ἐκεῖ (aut lenius ἵνα δὴ) συζῇ τ. *Λ.* πατριώταις;

Fr. 12, 1. δελφινοφόροιο κεραίας vel δελφινοφόρος τε κεραία Bl. et vs. 2 καταδύσει, quod sane praeferendum.

Fr. 13. Bl. meum supplementum longe melius iudicat Kockiano. Improbat idem Kockii coni. in fr. 22, 2, quae mihi quidem non displicet.

Fr. 23, 1. *ἐκκρίνετε* temere Bl., qui fortasse melius vs. 2 proponit <*κἄπειθ'*> *ἡμῖν*, illud cum Hermanno, tum sine causa *αἰσχύνη'στι κατειπεῖν | καὶ* pro *οὐ*.

Fr. 24. *ἄρ'* iam Lenting ad Androm. 417, monente Bl. Vs. 2 ipse pro *γὰρ* malit *ἄν*. Dubito.

Fr. 28. Headlam: <*μὰ Δί*> *οὐ κτἑ*. Sed fortasse rectius Bl. *οὐ γαλαθηνὸν ὖν ἄρα | θύειν ἔμελλες*.

Fr. 32, 1 *οὐχὶ θᾶττον* Meineke. Possis etiam *οὔ τι θ*. Pro *ἐπισιτιεῖ* Bl. *ἀποφθερεῖ* parum probabiliter. Quid lateat non exputo.

Fr. 33. „*ἀγγελοῦντα* recte Herwerden et Naber, quicquid dicat Kock" Bl.

Fr. 35. Suid. et Zon. habere *ἀναθύειν* monet Nauck.

Fr. 36. Probabilius Meineke *ἐκαθιζόμην*, quam Bl. p. 19.

Fr. 39, 3. Bl. malit *ὅτι, λέγουσιν,* = *ὡς λέγουσιν*, ut saepe *φασίν*, fortasse recte. Possis etiam *ὅ γε λέγουσιν*. Reliqua bene Kock.

Fr. 41, 1. *ἀπόνιψον* Bl., quo vix opus, nec magis in fr. 42 coniectura *σὺν τριγώνοις καὶ λύραις*, nec in fr. 44 supplemento <*χοιρίδι'*> *οὐ τέλε(ι)α* <*πω*>.

Fr. 45, 1. Bl. fort. recte *παρασκευάζεται* || *τὸ δεῖπνον κτἑ*. Coniungi *τυρός* et *μέλι* etiam Anaxandr. III 184. Ephipp. III 330. Phil. IV 46. Men. 161 observat idem, in Fr. 47 male coniciens *κᾆτα ψηφίσασθ'*.

Fr. 49. In Milleri Etym. Duebnerum correxisse *Κάλλαισχρον* et Gomperzium *καθήμενον* monuit Nauck.

Fr. 51.
κἂν μὲν σιωπῶ, φέρεται πνίγεται,
καί φησι, τί σιωπᾷς; ἐὰν (cod. *ἂν*) *δ' ἀποκριθῶ,*
οἴμοι τάλας, φησίν, χαράδρα κατελήλυθεν.

Reliquis probabilius vs. 1 Headlam *φέρε τί* <*ποιεῖ;*> *πν*. coll. Demosth. p. 876, 17. — Vs. 2 ferri nequit Kockii coni. *δέ γ' ἀποδικῶ*, quod in iure tantummodo locum habet nec dici potuit pro *ἀπολογοῦμαι*. Cf. Xen. Hell. I 7, 21. Expectatur fere *ἐὰν δ' ἓν ἔπος λέγω* vel *ἐὰν γρύξω δέ τι*, aut simile quid. Bl. *ἐὰν λέξω δέ τι*. Quod certum sit, haud facile reperietur.

Fr. 52, 2 Bl. *ἐβάδιζεν ὡς* [*πρὸς*] *Ὀφέλαν*, coll. Apollod. Car. IV 447, quae felicissima est emendatio. Idem fr. 53 recte malit *σφόγγισον*, quod et ipse commendavi ubique *σφογγιά* et *σφογγίζειν* Atticis reddendum esse saepius monens.

Fr. 55. Pro *ὤλεν* cum Headlamo scripserim potius *ἔδει μὲν* quam *εἴωθεν* vel *ἔοικεν* cum Kockio.

Fr. 58. Nauck praeterea citat Et. Gud. p. 585, 32 et Et. Voss. p. 218, 7.

Fr. 62. Feliciter Naber *ἥβης* pro *ἤδη*, coll. Theopomp. II 807 M.

Fr. 63. Inutilia tentat Bl. p. 20.

Fr. 64, 3. *ἵν' ἐλάλει* Hermann (*ἵνα λαλῇ* Bl.); *διαλαλεῖν* Cobet. (*μειρακίοισι λαλεῖν* Bl.). Alterutrum Dobraei coniecturae praefert Nauck.

Fr. 65. *ἐμπολῆσαι* meum probat Bl.

Fr. 68. 2. Propter duram anapaesti incisionem Bl. malit *οἴσ' ἰσχάδας μοι κτέ.* — Vs. 3 requiro *βαρβάρως*, quia *βαρβάροις* postularet articulum.

Fr. 69, 4. Fortasse recte Bl. [*τί*] *λάβω κεράσαι σοι τὴν κοτυλίσκην*; Vs. 7. *μέλην* pro *ἐμὴν* Naber.

Fr. 70, 2. *παντάπασι μὲν οὖν* coniunctim et raptim pronuntiari putat Bl., itaque ferri posse anapaesti incisionem; vs. 4 malit *τί δ' οἴνου; τέτταρα* (sc. *μέρη*) recte, vs. 5 probans meum *σ' ἔδει.*

Fr. 70 O. Crusius (Mus. Rh. 42, 199 sq.) sic disponit:

ἄνδρες, πρόσχετε τὸν νοῦν ⏑ ⏑ —
⏑ ⏑ *ἐξευρήματι καινῷ*
συμπτύκτοις ἀναπαίστοις.

Fr. 80 4. *κἀμπέπρησο* Kaibel.

Fr. 81, 1. Deleto mecum *τριωβόλου*, Kock coni. *κραπατάλου καὶ ψωθίας*, recte, modo scribatur *ψωθίου*, nominativus enim est *ψωθίον* = *ψαθύριον* teste Athenaeo.

Fr. 95, 3. *ἐγχαρυβδίσαι* coniecit Platt.

Fr. 96. *τοῖς δὲ κριταῖς*
τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω,
μηδ' ἐπιορκεῖν μηδ' ἀδίκως
κρίνειν κτέ.

Manifesto sententia postulat futurum *κρινοῦσι*, nam peractis demum fabulis fiebat iudicium. De numeris cf. v. c. fr. 13, 1. De sententia Bl. praeterea cft. Nub. 1115 et Av. 1101 sq.

Fr. 101, 2. *ἐγχέαι* et mecum *μύρον* Bl.

Fr. 104. Temere Bl. *ἔδωκεν* pro sanissimo *ἔφασκεν.*

Fr. 108, 2. Improbata mea coniectura *ἠρτυμένα*, quam sane non urgeo, ipse Kock nimis confidenter reponit *ᾠκισμένοις* (praestaret saltem *οἰκουμένοις* aut *ᾠκημένοις*), non reputans requiri certe quod apte iungatur cum *πᾶσι τρόποις*, quae res premit etiam violentam Blaydesii mutationem *ἐν πᾶσι δ'* — *ἔζων τότε.* Recte tamen vidit *ἠρτυμένα* male iungi cum verbis *ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*. Venit in mentem:

καὶ πᾶσιν ἀγαθοῖς παντὶ τρόπῳ ἡρμοσμένα

et cum omnibus rebus laetis omni modo coniuncta pro *ἐν* — *εἰργασμένα.* — Vs. 5. Fortasse recte Bl. *αὐταῖσι μυστίλαισι καὶ ναστῶν τρυφῇ* (pro *τρύφῃ*), coll. fr. 130, 7. — Vs. 6. Kaibeli coni. *καὐτομάτοις* non intellego. — Vs. 859 teneo veterem meam coni. *σίζοντες* (pro *ζέοντες*) *ἀλλάντων τόμοι* | *παρὰ τοῖς ποταμοῖσιν ἐξεκέχυντ'* (pro *π. τ. ποταμοῖς σίζοντ' ἐκέχυντ'*) *ἀντ' ὀστράκων* et vs. 12 *ἐγχελύδι' ἐγκεκαλυμμένα* pro *ἐγχέλεια συγκ.* — Vs. 18 non admodum haereo in *κατανενιμμένος*, pro quo Bl. *καταδεδευμένος* aut *καταβεβρε-*

γμένος postulat, ex quibus coni. prior tamen specie non caret ob similem Eubuli III 247 locum χόνδρον αὐτῷ δεύσετε | γάλακτι χηνός. — Vs. 20 B. οἴμ' ὡς ἀπολεῖς μ' ἐνταῦθα διατρίβουσ' ἔτι | παρὸν κολυμβᾶν ὡς ἔχετ' εἰς τὸν Τάρταρον. Neque ὡς ἔχετ' intellego neque quod coni. Bl. ὡς ἔχεις εἰς Τ., quod male congruit cum prima persona; intellegerem quidem quod praeterea coniecit ὡς τάχιστ' εἰς Τ., sed violentior est mutatio. Quidni multo lenius

παρὸν κολυμβᾶν ὡς ἔχω 'ς τὸν Τάρταρον?

Vs. 25. κεχυμένοις recte Kock: sc. convivis (in ed. male κεχυμένας). Vs. 26 ingeniose Bl. ἐκρέματο κἀλ' ἀπὸ τῶν κλαδῶν ἰδεῖν multo et melius et modulatius quam Kock. — Vs. 29 requiro ἠβυλλιῶσαι, τὰ ῥόδα <κατα>κεκαρμέναι, nam ferri nequit quod Kock rescripsit τὰ ῥόδα <καὶ> κεκ. pro καὶ τὰ ῥόδα κ. — Vs. 32 pro καὶ τῶνδ' requiro τούτων δ', nam ὅδε in comoedia non refertur ad antecedentia. In eodem haerens Bl. minus recte coniecit καὶ ταῦθ', unde nascitur prava sententia, quia comesa et epota quidem duplicari absurde dicuntur, ea vero quorum pars absumta est, cum miraculo duplicari dici possunt.

Fr. 109, 1 ἀσφοδέλους pro ἀσπαλάθους non male Bl., infeliciter vs. 2 ἄνθεα tentans pro λ(ε)ίμακα, quod sanum videtur.

Fr. 113, 3. Placet Blaydesii coni. κοὐκ ἔστιν ἰχθὺς ἄλλος οὐδὲ εἷς βόαξ.

Fr. 120. Dubium utrum recte explicet Kock, an credendus sit is qui loquitur Deucalionem obsecrare ne umquam posthac piscem sibi apponat, quod dirissimi diluvii memoria vexari nolit.

Fr. 121, 1. Verborum ἄρα ποθ' ὑμεῖς prorsus incerta correctio, Bl. proponit ἀρά ποθ' οὗτοι καὶ.... improbans Kockii coni. vs. 2 ἀπὸ τῆς ὀροφῆς et ponens signum interrogandi post λαγαριζόμενοι.

Fr. 123. Nauck monet in Milleri Et. m. legi Εὔπολις Πόλεσι· παρῆμεν, ἀλλ' οὐκ ᾖσθ' ἂν οὐ παρόντα με, ubi iam G. Wolffium emendasse ᾐσθάνου.

Fr. 130, 2. τοῦ σπόρου pro σπέρματος Bl. improbabiliter propter articulum, nec fortasse sollicitanda tradita lectio. Vs. 5 ῥεύσονται bene contra me tuetur Kock, sed quod proposui παρέσονται non magis „incredibiliter languet" quam παρῆσαν Teleclid. I 9. — Vs. 7 ζωμοῦ pro βοτρύων manifeste corrupto Bl. non male, quamquam leniorem mallem medelam.

Fr. 131, 5. παιᾶν' pro παιῶν' exspectatur cum Bl.

Fr. 132, 2. Non praestat vulgatae lectioni περιπλάττομεν, quod coni. Bl.

Fr. 134, 1. Si respicitur proverbium (cf. Kock), legendum, ut olim proposui, ὄψ' ἦλθες, οὗτος. — Vs. 2. Pro πλατέα Bl. παχέα malit propter λεπτάς vs. 5 (quod ipsum laborat), sed cum tradita lectione melius conspirant ipsa verba sequentia. — Vs. 5. Suspecta sunt verba λεπτάς, μέσας, sive latet μεσομφάλους (coll. Theopompi fr. 3), sive ἑπτακοτύλους aliudve, nam unum latere videtur vocabulum. Cf. Hippocr.

II 319 ed. Erm. — γαστρώνιδας pro γαστροιίδας recte Kock (male γαστρώδεας Bl., nam γαστρώδεις graecum est) coniecisse videtur, vix recte pro λεπτάς στρεβλάς, procul dubio male λευράς, quod respuit dictio comica. — Vs. 7 ὅπως ἂν ἐκλογίστως sine sensu Bl., licet ὅπως ἄν suadeat scribendi mos comicorum. At vox αὖθ' absque probabili sensu senarium ordiens grave hic vitium latere confirmat. Nec tamen satis recte suspicareris ὡς ἂν ὧδ' ἀνεκλογίστως κτέ., quia οὕτως requireretur. Quaerant alii.

Fr. 144. Nauck apposite citat lexicographum Coislinianum 91 Gaisf.: οἱ γὰρ ἐν Ἀργιννούσαις (sic) ἡττηθέντες Λακεδαιμόνιοι καὶ γυμνοὶ καὶ ἄποροι φυγόντες Ἐτεονίκου παρακελευομένου αὐτοῖς φυλακὰς ἔχειν, ἵνα μὴ λάθωσιν αὐτοῖς ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες Ἀθηναῖοι, ἀπεκρίναντο ὅτι δεῖ τοὺς γυμνοὺς ἐξ ἀνάγκης ἀγρυπνεῖν διὰ τὸ ῥῖγος.

Fr. 145, 2. „θυμὸς fortasse tuetur Soph. El. 286". Nauck. — Vs. 6. ἀεὶ pro ἀνήρ, quod ἀνὴρ requirat articulum, requirit Bl., sed ἀνήρ praedicatum esse potest: οὗτος ἦν ἀνὴρ ἀποχρῶν. — Vs. 12. O. Crusius „δεξιὸν et ἀριστερὸν (κῶλον) veteris artis poeticae vocabula fuisse intelligitur ex Aristotelis Metaph. *N*. 6, p. 1093 a. 26. Versuum priora cola secundum modos musicos etiam posteriore loco cantata esse dicit poeta." — Vs. 22. παρέσχεν οὑτοσί, τοῖς δ' cum spondeo in sede 4ta Bl. — Vs. 23. Pro ἄγων Nauck εὑρών recte, εἰσάγων ἀτραποὺς μυρμηκιοὺς iusto audacius Bl. — Vs. 24. κἢν (recte) ἐπιτύχῃ sine necessitate Bl. — Vs. 25. ἀπέδυσέ μ' ἀνέλυσέν τε χορδαῖς δώδεκα malim cum eodem.

Fr. 146, 2. εἰς πόλλ' — πράγματα sine causa Bl., qui cft. Nub. 1457. — Vs. 3. ᾖ pro ἦν scripserim cum eodem.

Fr. 147, 1. ἀτεχνῶς vel αὗταί γ' (vel οὗτοί γ') ante ὥσπερ suppl. Bl. Sed eodem iure alterutrum aut κομιδῇ aut aliud inseri potest ante νὴ τὸν Δί'. Prorsus inutiles sunt huiusmodi coniecturae.

Fr. 148. Bl. cft. Eubul. III 228 βότρυς τρώγειν ἐξ οἴνου συχνούς.

Fr. 150. ἔξεισιν ἄκρων δεῦρο πέρδικος τρόπον.
Οἴκων contra comicorum usum Meineke, felicius ἐπ' ἄκρων coniecit O. Crusius, coll. Ar. Ach. 638.

Fr. 152. Incertissima quaedam tentat Bl. p. 25.

Fr. 153, 3. χὤτι procul dubio voluit Dindorf, non χὤττι, ut edidit Kock. — Vs. 4. αὐτῷ pro αὐτὸς vix recte Bl. — Vs. 10. ἐν οἴνῳ malim cum eodem.

Accessit ex Didymo Milleri s. v. ἐπὶ κόρρης. Φερεκράτης Χείρωνι·

ὁ δ' Ἀχιλεὺς εὖ πως ἐπὶ κόρρης αὐτὸν ἐπάταξεν,
ὥστε πῦρ ἀπέλαμψε τῶν γνάθων.

Unde olim elicui:

Ἀχιλεὺς δ' ἐπὶ κόρρης αὐτὸν εὐθὺς <εὖ μάλα>
ἐπάταξεν, ὥστε πῦρ ἀπέλαμψε τῶν γνάθων.

Parum enim proficitur Kockii transpositione εὖ πως δ' Ἀχιλεύς, — mutato αὐτὸν in ἅμα.

Incertarum fabularum fragmentis e lexico Sabbaïtico p. 3, 7 addita sunt haec duo:

οὐδ' εἰς Ἑταίρας (sc. Ἀφροδίτης) οὐδ' Ἀφροδίτου πώποτε.

Cf. Ar. fr. 702 et Athen. p. 571 C. Indidem p. 22:

ὦ Χάριτες <ἐλθέτ'> ἀφροδίσιον <νῦν> τιν' ὑμέναιον ὑμνεῖτε [γεγαμηκότι. Supplevit Kock.

Praeterea ex Milleri Didymo s. v. ἐπὶ κόρρης verba καὶ Φερεκράτης et schol. Gregor. Nazanz. (Migne, Patrol. Gr. 36, 903) Φερεκράτης· μειξόφρυς μέλαινα ἐπιεικῶς κατ' ἐμέ, ut pro μιξόφρυξ emendavit Nauck Mél. VI 69. Cf. Cratinus ap. Poll. II 49.

Fr. 155, 2. ἀνήρ iure requirit Bl.

Fr. 160. Contrariam sententiam idem affert Laonis fr. 2 (vol. III p. 382), ubi iam Kock hunc Pherecratis locum citavit.

Fr. 161. De σάττεσθαι cum gen. Bl. cft. Plat. 97; Theopomp. 45; Eubul. 42, 3; Xen. Symp. IV 64; Polyb. I 19, 13. — Similiter Herond. IV 15 pro νενημένην (χοῖρον) πολλῆς φορίνης, quondam proposui σεσαγμένην. Quo sensu ibi νενεμημένην Schneider coniecerit non exputo.

Fr. 162. Lege ἠργάσω pro εἰργάσω.

Fr. 166. Cf. δαίμων Κιλίκιος· ἐπὶ τῶν ἀποτροπαίων κτέ. Macar. 218.

Fr. 171. ὑπέλυσε δήμαρχός τις ἐλθὼν εἰς χορόν.

Neque ἀπέδυσε neque ἀπέλυσε (Bl.) aptum est. Coll. Dem. Mid. § 56, olim conieci παρέλυσε.

Fr. 173. ἀνεμολύνθη τὴν ὑπήνην τῷ ναρῷ.

Suspectum mihi verbum compositum nusquam alibi lectum. Fortasse ⏓ ἄρ' ἐμολύνθη, v. c. ὅδ' ἄρ' ἐμολύνθη κτέ.

Fr. 174. „Ad fabellam (cf. Phaedr. I 9), quam altera persona narrabat, pertinere suspicor." O. Crusius.

Fr. 176. θερμά τ' ὄψα Bl. pro θερμὰ λουτρά, quod multo facilius in θέρμ' ἄλευρα (sic Kock) corrumpi potuit. Hoc unum certum est, mendosum esse λουτρά.

Fr. 187. Bl. ἡγούμεθα | σωτῆρας εἶναι τῆς πόλεως ταύτας <ἀεί>.

Fr. 189. Idem, quod alienum sit a comoedia βότρυχος, tentat:

ὦ βοστρύχοισι ξανθοτάταις κομῶν ⏑–.

Sed ipsa dictio prodit parodiam aut paratragoediam, anapaestisque melius convenit quam iambis, itaque bene locum correxisse videtur Bergk.

Fr. 218. κλεπτίδης. Comparat Bl. πανουργιππαρχίδης Ach. 603, ἀποδρασιππίδης Vesp. 185, στρατωνίδης. Adde μισθαρχίδης Ach. 572.

Fr. 224. πλατεάσαι requirit Kontos Λογ. Ἑρμ. I p. 315, probante Nauckio.

Fr. 225. Eodem sensu ποκάδας Arist. Thesm. 567.

Fr. 232. σκιτών. Bl. cft. Λόρδων, Τύχων, πόσθων, σάθων. Adde ἀνδροσάθων, γάστρων, γνάθων, πέδων, ὀψιπέδων, etc. Cf. Naso, sim.

Fr. 240. τραπέμπαλιν | ἐπ' ἀριστερ(ά) recte Bl., ut dicitur ἐπὶ δεξιά.
Fr. 250. Suidas s. v. στρατηγιᾶν auctorem citat Iosephum, itaque male Pherecrati tribuit Kock, ut monet O. Crusius.

Teleclidis 1, 3. Aptius quam νόσους esse π ό ν ο υ ς propter opposita ἀλλ' αὐτόματα κτἑ. antehac monui; δέος recte interpretante Kockio, violenter admodum Bl. οὐδὲν δι' ἀνάγκην coniecit. — Vs. 6. „ἰχθύες forma soluta, ut in anapaestis". Bl. Imo vero, ut solent comici antiquiores, ut βόες, etc. Cf. Archipp. II 723, 14 Mein. — Vs. 9. τούτων, quod Kockio est gen. part., valde suspectum est; Bl. πάντων requirit aut λάπτειν, quod praetulerim, aut πᾶσιν. — Vs. 11 ἂν ἐπῆν pro παρῆν nescio an vere coniecerit Blaydes.

Fr. 10. τά δὲ τήγανα
σίζοντα σοι μολύνεται.

Proponit Kock τ ἀ ν τ η γ ά ν ο ι ς σίζοντά σοι μ ε λ α ί ν ε τ α ι (τηγάνῳ Bentl. et Bl.). Si recte coniecit τἀν τηγάνοις, cum Lobeckio et Meinekio lenius rescripserim μ ω λ ύ ε τ α ι, sin minus, cum Bl.

τὰ δὲ τηγάνια (τήγαν' αὖ) σίζοντα σοι μελαίνεται, sc. τῷ ἀσβόλῳ,

quale quid Kockii coniectura multo probabilius est, quia τήγανα σίζοντα optime dictum esse docent Magnetis fr. II 10, Alexidis fr. 182, 6, Clem. Al. Paed. II 1.

Fr. 14, 2. Infeliciter Nauck ὁ θ ο ύ ν ε κ' ἐστιν, quod est tragicae dictionis. Teneo quod proposui, nec cur cum Kockio ἔχων mutetur in ἔχει video causam. Bl., qui praefert meum ὅτι, optimae Cobeti coniecturae βδελύττομαι iniuria obmovet, ita τάλαινα sine articulo scriptum oportere. Utrum <αἰσχρός> ἐστιν, ut ego scribebam, an ἐστιν <αἰσχρὸς>, quod Kock coniecit, verum sit, dirimi nequit.

Fr. 16. Opposuit Kockii notae Nauck CIA II 977 a. 4, ubi tragicus occurrit . . . ιππος, i. e. [Νόθ]ιππος.

Fr. 20. Kockii notula Blaydesio suggessit improbabilem coniecturam, grammaticum Bekkeri διαλαβεῖν scripsisse pro διενεγκεῖν, quasi vero facile tam diversa confundantur!

Fr. 23. Frustra ἀνθρώπων, vocabulum sanissimum, Bl. vexat improbabilibus coniecturis ἀναπηδῶν θ' vel ἐγγὺς ὄνθ'.

Fr. 35. Male Bl. τίς ἥ τε κραυγὴ χἡ δόμων περίστασις. Optime ὅδε sic positum caret articulo.

Fr. 37. Incaute Bl. pro ὢν postulat εἶ. Sententia est imperfecta.

Fr. 38, 2. Locus nondum sanatus, minime saltem eiusdem coniectura αὖθις pro μάζαις.

Fr. 39. Dindorfii coniecturae non praeferendum quod proponit Bl. in A d d e n d i s p. 288.

Fr. 41, 4. ἕκατι pro ἕνεκα hic, ut Ar. Pac. 699 et Lys. 306, ex parodia, ut vs. 2 ἔφυ pro ἐγένετο.

Fr. 42, 1. τὰς δ' ἀναλύειν recte Bl. — Vs. 2. πάντα pro αὐτὰ Richards.

Fr. 43. De Aristophane dictum suspicatur vLeeuwen Mnem. 1888, p. 273 sq., conferens Pac. 765 sqq. et Eq. 550 sq.

Fr. 44. Propter praegressum ποτὲ μὲν apud Plutarchum pro μόνος Bl. proponit ποτὲ δέ; fieri potest ut recte, sed in versus initio malim τότε δέ, ut apud Pherecratem antecesserit τότε μὲν. Suspecta enim versum ordiens vox enclitica. Praecedentia e Plutarchi verbis restitui nequeunt. Merus autem lusus est Blaydesii tentamen: ποτὲ μὲν καθῆτ' ἐν τῇ πόλει καρηβαρῶν | ὑπὸ τῆς ἀμηχανίας ἀπορῶν τῶν πραγμάτων, qui ipso metro versus servati refellitur.

Fr. 49. Duplex esse fragmentum recte monet Bl.

Fr. 54. Phrynicho pro παρατιθεμένῃ bene προστιθεμένῃ reddidit Bl.

Fr. 58. In Et. Gud. iure Bl. κατὰ φθορὰν <τοῦ ῑ>.

Fr. 60. „Scripserat, opinor, λυχνοκῶσαν, ut apud Hesychium". Recte Blaydes.

Hermippi fr. 1. τίθεμαι 'γὼ Bl., quae coni. debetur proprie Kockio.

Fr. 2. Nihil cum Kockio supplendum esse, sed iungenda esse verba ἀπὸ τῆς τραπέζης ἅττεσθαι bene observat Bl.

Fr. 9, 1. In Cobeti coniectura scrupulum mihi movet Πείσανδρος μέγας dictum sine articulo; coll. Eupol. II 501 (M.) et Ar. Vesp. 592, et vs. 2 expecto οὒπὶ τῷ ξύλῳ (τοῦ ξύλου?) cum Blaydesio, qui ex ἐλαίας fortasse recte elicuit φάλης. Idem vs. 1 <ἰδού> καταβαίνει vel προβαίνει, quorum hoc aptius. Ita fere fuerit:

⏑ – προβαίνει σῖγα Πείσανδρος <ὁ> μέγας,
ὥσπερ Διονυσίοισιν οὒπὶ τῷ ξύλῳ (τοῦ ξύλου?)
φάλης· ἐρεῖς τιν' <ὄνον> δρᾶν κανθήλιον.

Fr. 10. Cum πασιπόρνη (Mein.) Bl. cft. Πασιφίλη, Plangonis scorti cognomen ap. Athen. XIII 594 C.

Fr. 15. Alluditur ad notam locutionem proverbialem κινεῖν μηδὲ κάρφος, cuius nova praebet exempla Herondas I 34 et III 67.

Fr. 16. Sine causa idonea Kock ἔχοντος pro ἔχοντας. Huiusmodi usus numeri singularis pro plurali (ἴσα ἀσπίδια) ubique prostant exempla.

Fr. 18. λεπτοσχιδὲς (σανδάλιον) cft. Bl.

Fr. 25, 1. Bl. πεινῇ τις ἢ δίψῃ καμῇ. At de sola siti agitur in sequentibus. In corruptissimo fragmento, quod recte Bergk de Amaltheae cornu accepisse videtur, haec ludibundus (confiteor) adiutus ab aliis tentavi:

ἔπειθ' ὅταν δειπνοῦντας ἡμᾶς δίψ' ἔχῃ,
εὐχόμεθα πρὸς τοῦτ' „οἶνον, ὦ κέρας, δίδου",
κοὐκ ἐκ καπήλου δεῖ φέρειν παῖδας μέθυ,
εὐθὺς γεγένηται δ' αὐτὸ πέντε καὶ δύο.

Alia proposuit Bl. p. 29.

Fr. 26, 3. ἔπειτ' (cur?) ἐνέκαψ' ὀλὰς λαθὼν pro λανθάνων Bl.

Fr. 27. Bl. καὶ πρὸς (insuper) κύβους ἕστηκ' ἔχων καὶ κήθιον vel καὶ

κηθάριον ἔχων, quae parum arrident. Si cum Meinekio locus ubi ludebatur intellegendus est, corrigendum:

——κἂν τοῖς κύβοις ἕστηκ' ἔχων τὸ κήθιον.

Incertior tamen omnis tam brevis fragmenti emendatio.

Fr. 29. Bl. κεφαλῆς pro φήμης, aptius sane quam φωνῆς (Kock), quia durum est ἐξανοιγομένης iungere cum δοθιῆνος.

Fr. 31. Si restituendus tetrameter, cum Bl. vix recte rescripseris κρεμβαλιάζουσι <κροτοῦντες>. Placet mihi Cobeti suspicio.

Fr. 34. Polluci Bl. reddit λιθίδια pro λιθίδιοι.

Fr. 35, 1. Pro οἱ γὰρ libri Ath. PVL νῦν οἱ γάρ. Hinc Bl. νυνὶ γὰρ <ὥσπερ> πενόμενοι. Idem vs. 2 recte βοίδια (e v. l. βοΐδια) pro βούδια.

Fr. 36. Optime Bl. „Describitur, ni fallor, virginis alicuius formosae rubicundus genarum color. Inconsulto Kock coni. ἔγχυλον."

Fr. 37. Bene idem πανσέληνον explicans πλέαν a coniecturis vindicat. Comice dictum.

Fr. 41. Meas coniecturas ἐνέκαπτε et τιν' (quas Meinekio tribuit) probat Bl., de more tamen ipse alia proponens p. 30.

Fr. 45, 1. Nondum me poenitet coniecturae:

εἰ δ' <ἰχθύες> ἦν τὸ γένος <τού>των <καὶ μὴ> τοιόνδε μάχεσθαι κτέ.

deleto τῶν ἀνθρώπων, glossemate pronominis τούτων. — Vs. 3. ἂν pro ἄρ' vix recte Bl.

Fr. 46, 4. Glover repetit Emperii coni. ψυχὴ δ' ἀτέλεστος ὕπεστιν; sed haud sine causa Kockio suspectus est h. l. versus paroemiacus. Fortasse legendum ψυχὴ δ' ἀτέλεστος ὕπεστίν σοι; Ingeniosius quam verius Bl. τὴν ψυχὴν δὲ πελειάδος ἴσχεις, quod ipsa violentia damnatur, nec probanda inutilis eiusdem coni. vs. 2 ἐν ἀκόνῃ pro δ' ἀκονῇ, quam suggessit ei Coraesii interpretatio, et falsa est Mureti quam commendat coniectura παραθηγομένου, quia iungenda sunt verba κἀγχειριδίου κοπίδος.

Fr. 47, 3. Fortasse: κνημὶς δὲ περὶ σφυροῦ ἄρθρ' ἴσχει. Perperam Kock ἀρτύεται, quod verbum apud Atticos semper vocalem producit.

Fr. 54, 1. Bl. καὶ κωπητῆρα aut τόν τε τροπωτῆρα. Si quid mutandum, vs. 2 malim τό τε (pro καὶ) προσκεφάλαιον. — Vs. 3 non praefero eiusdem supplementum ἐγὼ ῥοθιάζειν Dobraei invento.

Fr. 58, 3 sq. Bergkii coni. probat Bl.; ita tamen malit ἔχεις.

Fr. 63, 5. πάντα ταρίχη salsamenti omne genus. Pessime πνικτὰ Bl. Add. p. 289. — Vs. 6. Recte idem probat Iacobsii emendationem αὖτ' (quantocius recipiendam), coll. Metag. II 751; Cratin. II 111; Ar. Vesp. 1015, Pac. 1270. — Vs. 12. Licet in Atticorum hexametris nullum norim huis licentiae exemplum, usus tamen epicorum satis tueri videtur quam adulescens sollicitavi scripturam. Post ἐντεῦθεν virgulam pro puncto melius ponit Bl. — Vs. 10. Legendum Κορκυραίους, quae constans est saeculi Vti scriptura. Non male fortasse Bl. τοὺς Κ. δ' ὁ. Ποσειδῶν, quem

Homericum *Ϝίφια μῆλα* vs. 17 a coniciendo <*τε*> *καὶ* deterrere debuerat.

Fr. 66. Male Bl. *ἀπεδημηκότες* tuetur diversissimis exemplis *ἔγλυμμαι, εἴλημμαι*. Recte iudicavit Kock.

Fr. 68, 2. *μόνοισι δ' ὑπαγωγεῦσι τοῖς αὑτοῦ τρόποις* Bl., *ὑπαγωγέα* interpretans lorum, quo canes ducuntur. Commode sane, modo de hac vocabuli notione constaret. At recte Hesychium scribere *ὑπαγωγεύς· πρὸς πλίνθων οἰκοδομὴν πηλός* (de quo Bl. dubitat) liquet e titulo CIA IV 2 p. 198 = Dittenb.^{2} 587, 31.

Fr. 69. Ellis ap. Bl. p. 289: *ξύνεστι γὰρ δέσμῳ μὲν* (*δεσμοῖσιν* Bl.) *οὐδεὶς οὐδενί* (*οὐδαμοῦ* Bl.).

Fr. 71, Vid. Kockii coni., quam non intellegens ipse proposui *οὐ κατειλωτισμένην* — *σεσαλωκισμένην*; cum interrogatione, coll. Suid. s. v. *κατειλωτισμένος*, quam coniecturam ignorans Bl. nunc proponit minus recte *καὶ κατειλωτισμένην*.

Fr. 75. Schweighaeuser, vere correxit *σύνδετον*. Non neglegere debuerat Kock fontem emendationis Antiphanis fr. 110, quod eodem Athenaei loco legitur s. litt. c.

Fr. 77. Recte Bl. Kockio obiecit, si comicum figmentum esset *ἀνήδομαι*, scribi debuisse *ἀήδομαι*.

Fr. 78. Bl. cft. compositum *διεψάθαλλε* fr. adesp. 982.

Fr. 79. De attractione Bl. praeterea cft. Od. *κ*. 113. Aristoph. fr. 638. Soph. Ai. 488.

Fr. 80. Bl. transponit: *ἐγὼ* <*γάρ*> *σου ποιήσω τήμερον* | *τύπτων* — *αἱμορρυγχιᾶν*.

Fr. 82, 12 legendum olim proposui *τοὐκ* pro *ἐκ Πεπαρήθου* scil. *νέκταρ* (vs. 10), lenius et melius quam nunc Bl. *τὸν Πεπαρήθου*, scil. *οἶνον*, quod non legitur in vicinia.

Myrtili fr. 4. *ὡς* (*ὧν* Lob.) *ὃ μὲν κλέπτης, ὃ δ' ἅρπαξ,*
ὃ δ' ἀνάπηρος πορνοβοσκὸς
καταφαγᾶς.

Quia non certi quidem homines designari, sed genera quaedam improborum notari videntur, suspectum mihi admodum est *ἀνάπηρος*, quod emendare nequeo (vix enim aptum *πονηρός*); fortasse distinguendum *ὃ δὲ ..., πορνοβοσκός, καταφαγᾶς* = *ὃ δὲ ...., ὃ δὲ πορνοβοσκός, ὃ δὲ καταφαγᾶς*, qualis breviloquentia, ut eiusdem vocabuli identidem repetiti satietati occurratur, non est insolita.

ΑΛΚΙΜΕΝΗΣ, Κολυμβῶσαι. Delenda. Vid. Nauck, Mél. VI 195.

Philonides fr. 15. Hanovii iudicium hoc fragmentum ad novae comoediae poetam referentis confirmat novicia forma *δεδοικώς* pro *δεδιώς*, quam participii formam cum infinitivo *δεδιέναι* usurpat vetus comoedia. Recte autem Meineke pro *ἀνδρίας* reposuit genuinam formam *ἀνδρείας*.

Eupolidis fr. 1, 1 bene correctus. Triplici tamen coni. tentat Bl. p. 35. — Vs. 2 δ' pro τ' idem 5.

Fr. 5 recte editur. Inutiliter Bl. κἀν τῇ λοπάδι γ' ἔνεισιν ἑψητοί τινες.

Fr. 8. πῖθι pro μήτι speciosa idem sed incerta admodum coniectura.

Fr. 11. ζητῶ malit Bl., sed quidni sit imperfecta sententia? Talia mutare nefas!

Fr. 14, 4. Pro ἐρίκην Bl. vult ἐρείκην. Meliora docuit ex titulis Atticis Meisterhans² 42. Contra ἐρείκη ubique vitiosa est scriptura.

Fr. 20. νεόκοπτον pro νεόκοπον requirit Bl. Utraque fama bene formata est, multaque vocabula desinunt in κοπος. Aeque inutilis in fr. 49 est eiusdem coni. βοιδίων pro τῶν βοῶν.

Fr. 36, 2. ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει. Locis collatis a Kockio Bl. addit Pherecratis fr. 153, 9. Miror neminem meminisse loci omnium antiquissimi Solonis ap. Demosth. p. 422 — πολεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει. Cf. Homericum ὑπνώοντας ἐγείρει Ω 344, ε 48, ω 4. — ἐξ ὕπνου ἐγείρειν (ἐπεγείρειν) inde ab Homero omnes.

Fr. 44. ὅτι τὰ πατρῷα πρός σε καταδιέφθορα; quod patrimonium meum in te consumpsi. E schol. Arist. et Suid. verbis apud K. minime sequitur, quod putat Bl., poetam scripsisse διὰ σέ. Non solent hae praepositiones confundi.

Fr. 50. Teneo veterem meam coni. ἀνεκάς τ' (γ' ?) ἐπαίρεις, παμβδελυρὰ σύ, τὸ σκέλος, coll. Lys. 969. Eccl. 1043. Nunc similia proponit Bl. Add. p. 290.

Fr. 52, 1. ἔτι vel σὺ δὲ pro ἐπὶ Bl., construens καινοτέρας ἰδέας βίου, nec sane ἐπὶ ferri potest; possitne ἔτι verum esse, deficientibus praegressis non potest diiudicari.

Fr. 61. Bl. cft. ἀμπεφλασμένως Lysistr. 1099.

Fr. 68. ἀλλ' ὅμως temere Bl.

Fr. 69. ἀτρύφερος comica formatio. Vulgaris enim analogia postulat ἄτρυφος.

Fr. 73, 2. βαστάζειν esse pendere, considerare, non afferre (sic Kock) monet Bl., coll. fr. 303.

Fr. 74 Bl. recte refellens Naberum sollicitantem πολλοῦ, coll. Nub. 915, Ran. 1046, Eq. 822, cur tandem, nisi immoderato quodvis mutandi libidine abreptus, ipse sollicitat?

Fr. 75. πρῷ <πάνυ>, deleto δὴ ut exeat trimeter. Bl. Cautius egerunt Meineke et Kock. Felicius Bl. in Add. δὴ <σὺ> πρῴ.

Fr. 76. „κίστας Kock pro κοίτας vereor ut recte" Bl. afferens de σάττεσθαι de cubili dicto Eupol. II 575, Plat. II 650 etc. Pessima est coniectura loco sanissimo invecta.

Fr. 77, 3. Sanavit Cobet. Sine sensu Bl. κἀπικλίνει.

Fr. 77, 4. τὼ σκέλη ῥίπτεις τ' ἄνω, coll. Vesp. 1526, 1530 Bl., quamvis probata Fritschii correctione.

Fr. 83. Bl. cft. Δεξώ, Δωρώ, Ἐμβλώ.

Fr. 90, 1 Bl. cft. fr. 216.

Fr. 91. <εἰπέ μοι. ΑΡ. φράσω> supplet Bl. Inutiliter; nam alia multa elabi potuerunt. — Vs. 2. Apte cft. Eur. fr. 810 μέγιστον ἆρ᾽ ἦν ἡ φύσις· κτέ.

Fr. 94, 4. Improbanda Kockii tentamina. Alium loqui iam animadvertit Meineke, sed acu rem tetigisse videtur Bl. scribens B. ταχὺ λέγεις γε (cf. v. l.) A. πρὸς δέ γ᾽ κτέ.

Fr. 95 Bl. citat Thuc. VIII 68, 4 ἀνὴρ οὔτ᾽ εἰπεῖν οὔτε γνῶναι ἀδύνατος.

Fr. 96 totum uni personae assignat Bl., deleto signo interrogandi. Non accedo.

Fr. 98. Propter Kockii dubitationem, ut suspicor, Bl. pro πόρνης coniecit γονῆς.

Fr. 99, 1. ἐμὲ μὲν γεννᾶν melius Bl. quam Kock μὲν ἐμὲ γεννᾶν.

Fr. 100, 2. Bl. malit ἄρχειν ἐᾶτε. aut (coll. Vesp. 431) ἄρχειν ἐάσῃς. Possis etiam ἄρχειν ἐάτην, sed si quid mutandum, multo probabilior est lenissima Elmslei correctio; nihil vero peccatum videri concedo Kockio, μηκέτι enim iungendum cum ἄρχειν. Neque accedo Bl. vs. 3 ἕλκοντα mutanti in ἔχοντι. Cf. ἕλκειν τὴν χλανίδα, θοἰμάτιον, ἑλκεχίτων, ἑλκετρίβων, unde sumta metaphora. Rectissime H. Weil, quem ipse citat Bl. „trahentes praeturam tamquam vestem in terram delabentem". Saepe Bl. meliora probans sequitur deteriora.

Fr. 102, 1. Idem ταδεδί, coll. Av. 18. Sed aeque recte se habere quod traditur, docent exempla citata a Kockio.

Fr. 103. Spectare h. l. Galenum IV p. 784 monuit Nauck.

Fr. 104. κραναὰ pro κλεινὴ frustra Bl.

Fr. 105. Coniecturam meam κἀγχλοῆσαι probans Meinekio tribuit Bl., male lecta nota Kockii, quam vide.

Fr. 108, 2. Probato v. l. θερμαίνεθ᾽ ob incommodam particulae τε locum, vs. 3 κελεύ<εθ᾽> ἵνα scribit. Saepe vero voculas δέ, τε, γάρ a poetis posterius quam a pedestribus poni satis constat, et modulatior est qualis traditur versus tertius.

Fr. 114. Cum Bl. praefero Bekk. An. lectionem οὐ γάρ. Cf. Ar. Nub. 427, locum citatum a Raspio.

Fr. 115. Supplementum meum πολὺν probat Bl. Proverbialis est locutio qualis nostra W i e h e t b r e e d h e e f t, l a a t h e t b r e e d h a n g e n. Falso grammatici habuerunt πίσει pro futuro verbi πίνειν = πίεται, est enim fut. verbi πιπίσκω = ποτίζω. Suspiceris autem e Kockii nota ipsum fidem habuisse grammaticis et πίσει habuisse pro barbarismo.

Fr. 116. Bl. quamquam probata Cobeti versuum distributione, ipse proponit: τοιγαροῦν | στρατηγὸς (οὐδεὶς) ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου | δυνατὸς γέγον᾽ ὥσπερ μεναγωγὸς ἑστιῶν | τῆς κτέ. aut τοιγαροῦν — χρόνου | ἐδύνατ᾽ οὐδεπώποθ᾽ ὥσπερ μ. ἑ. | <τὴν πόλιν> τῆς κτέ. improbans Kockii

rationem. Mihi non displicet probata Meinekio Iacobii coniectura. Sed incerta hic omnia.

Fr. 117, 3. Frustra ἐζῶμεν, aut ἐβιοῦμεν (quod hellenisticum est) aut ἡβῶμεν pro sanissimo ᾠκοῦμεν Bl. Aperte autem οὕτω iungendum cum ᾠκοῦμεν non cum τέως, quod fecit idem vertens scilicet (p. 292) not so long ago; τέως = πρὸ τοῦ, antehac, nudum autem ᾠκοῦμεν sensu cassum est. — Vs. 7 pro ὅποι τύχωμεν pro ὅποι τύχοιμεν proposueram Obs. crit. p. 23, quod non admittens Kock dedit ὅταν τύχωμεν, refragante Bl., qui citat Thuc. IV 26 ἀπαίροντες ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν, quo tamen loco minime defenditur optativus, pro quo, sequente praesenti στρατευόμεθα, loco nostro requiritur coniunctivus, qui tamen in comoedia, licet sint qui dissentiant, particula ἄν carere posse non credo. Legendum igitur ὅποι 'ν (= ὅποι ἄν) τύχωμεν.

Fr. 118, 1. Lege κἤν pro κἄν cum Bl. — Vs. 3. Suspecta mihi tradita lectio οὐκ ἔστι χειρόνιπτρον propter omissum αὐτῷ. Fortasse ἔσχε (non solet accipere) corrigendum est. Cf. vs. 1 εἴληφε. Haud raro eo sensu apud comicos variant perfectum et aoristus. — Kockium pro Gramm. ms. Paris. ap. Osannum etc. citare debuisse Anecd. Bachm. I p. 414, 10 monuit Nauck.

Fr. 119. ἡμεῖς pro χἠμεῖς inconsiderate Blaydes.

Fr. 122. Idem tentat οὗτος μεγαλέμπορός τις εἶναι βούλεται | πένης ἀλαζὼν ψευδόπλουτος <ὢν ἀνήρ>.

Fr. 128. ὅ τι ἐστί; πυριατήριον Bl., fortasse recte.

Fr. 129. Cf. idem p. 41.

Fr. 130. Cf. δειπνητικός.

Fr. 137. Διάδι ex Δήμοις aut e Ταξιάρχοις corruptum putat Bl. Eodem iure omnes Eupolidis fabulas corrupto nomini subesse conieceris!

Fr. 138. καὶ γίνεταί <γε> Bl.

Fr. 139, 2. τὸν δὲ Γνήσιππον ἔσθ' (??) Bl., non curans allatum a Kockio Aesch. Pers. 419. — Vs. 3 corrige ηὗρε pro εὗρε.

Fr. 146 b. Bl. cft. Soph. fr. 770 et (post me) Ennii fr. p. 35 R. „Quod est ante pedes nemo spectat, coeli scrutantur plagas." Praeterea fr. 352 et Nub. 333.

Fr. 147. 2. Procul dubio legendum πλεύμον'. Forma πνεύμων falsa nititur analogia.

Fr. 149. δείπνου et οἴνου, coll. Eriph. III 557 M., optime Blaydes et Headl.

Fr. 150. ἑκατόν ut reliqua pretia comica est exaggeratio. Bl. δραχμαῖν δυοῖν, sed quidni δραχμῶν τριῶν? At salva res est. Vs. 1 ironice dicit aliquis se centum tantum drachmis (quasi hoc sit parvum pretium), pisces emisse, vs. 2 exempli causa addens octo drachmis constitisse sibi τοὺς λάβρακας, duodecim τοὺς χρυσόφρυς. Admissa Bl. coniectura, nullus inerit loco sensus.

Fr. 155. „Priorem versum scribae (qui Calliae supellectilem recenset),

alterum Calliae adsignat Fritzschius: mihi non necessario videntur cohaerere". Sic Kock, neque ego quomodo cohaerere possint video, imo compluria a Polluce omissa esse crediderim. Vel hoc incertum est, utrum in priore versu ἄκουε δή cum reliquis iungenda sint (ita enim legendum ἀκούετε δή) an potius distinguere oporteat (quod nunc quoque Bl. video placuisse) ἄκουε δή· σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν. — Ceterum conferatur scena in Aristophanis Concionantibus vs. 728 sqq.

Fr. 154, 1. ὅς γ' ἐν τῷ βίῳ temere Bl.

Fr. 155, 1. φέρουσιν Naber, probante Bl. Dubito.

Fr. 159, 4. κἀμός procul dubio recte Bergk, probantibus etiam Madvigio et Bl. — V. 5. φανῶ iusto graviore et ne apta quidem mutatione pro τούτοιν, aut ἐν οἴκοις (contra Atticum usum) Bl. Ferri fortasse poterat ἐν οἴκῳ, quod saltem = οἴκοι (quamvis invito Cobeto) traditur apud Xenophontem, sed vide annon leni mutatione restitui possit:

ἱματίω δέ μοι δύ' ἐστὸν χαρίεντε· τ ο ύ τ ο ι ν (cum codd.)
ο ὖ ν (pro οἷν) μεταλαμβάνων ἀεὶ θἄτερον ἐξελαύνω.

Quamquam huius voculae versum inchoantis nullum novi exemplum. Quod si ferri nequit, nihil melius reperio Kockiano ἑτοίμω. — Vs. 16 κοινῷ pro Οἰνεῖ coni. Bergk, sed necessarium esset τῷ κοινῷ, Infinitivum (ἄγχειν, εἴργειν, τύπτειν) subesse putat Bl. Sed cf. Kockii notam.

Fr. 160, 2. ἀποδείξομαι temere Bl.

Fr. 161, 1 explere vult Bl. p. 44, inutiliter etiam tentans vs. 2.

Fr. 162. Cratin. II 43 M. et Ar. Eq. 1296 sq. cft. Bl.

Fr. 171. μ ο λ υ β δ ί ν ο υ ς κρατευτάς. Infeliciter Kock λ ι θ ί ν ο υ ς coniecit, pro quo certe speciosius suspicatus foret λυγδίνους, sed verba sana esse evincit titulus CIG I 319 κ ρ α τ ε υ τ α ὶ μ ο λ ύ β δ ο υ. Pars igni exposita tamen plumbea esse non poterat.

Fr. 174. Bl. cft. Menandr. IV 160 et Catull. 8, 3 c a n d i d i s o l e s.

Fr. 182, 1. Utrum ἄκουε νῦν an ἄκουέ νυν praestet, deficientibus praegressis sciri nequit.

Fr. 184. κρούων = δοκιμάζων, proprie dictum de vasis (cf. Plat. Hipp. mai. 300 B et Suidas s. v. κ ρ ο ῦ σ ι ς — δοκιμασία, ἐπεὶ τὰ σαθρὰ τῶν σκευῶν κροτούμενα (l. κρονόμενα) δοκιμάζεται) hic obscoeno sensu de mulierum, servarum puta, ante emtionem contrectatione accipiendum esse quondam ostendi, coll. Arist. Eccl. 257. — Bl. intellegit τὰς ἀφύας aut τὰς τριχίδας, sed quo sensu de his κρούειν usurpari potuerit non explicat.

Fr. 185. Bl. coll. Antiphan. 135, 2 pro μικρόν, quod perobscure explicat Kock, πλεῖστον coniecit. Omnino cf. Ar. Eq. 948; Timocl. 18; Adesp. 768.

Fr. 187. Vid. ad fr. 305.

Fr. 188. <πεύσεσθε>· νὼ γάρ, ἄνδρες, οὐχ ἱππεύομεν. Supplementum

accessit e fragm. lexici Messanensis in Rhen. mus. a. 1893, p. 207 (Rabe).

Fr. 189. In Meinekii restitutionis vs. 2 Bl. coniecit *σφραγῖδ' ἔχει μνῶν ἀξίαν ἑκκαίδεκα.* Quae verbis ab Aeliano traditis multo sunt dissimiliora.

Πόλεις Eupolidis doctas esse eodem tempore quo Vespas ingeniose demonstrat vLeeuwen Mnem. a. 1888, 251 sqq. Cf. ad fr. 232 sq. Idem cum fr. 205 comparat Nubium locum 575—594 de Cleonis praetura, et fr. 207 per errorem putat schol. Ar. Av. 1297 Urbibus tribuisse, ad *Βαπτάς* aliamve fabulam h. l. pertinere ratus.

Fr. 201. Bl. cft. simile *ἐγκιλικίζειν.* Aristoph. 105 et Pherecr. II 351.

Fr. 208. *τὴν* pro *κἂν* *'Ελπινίκην τῇδε* (pro *τήνδε* cum Sintenisio) Bl.

Fr. 209, 3. Headlam *ὅτων τ' ἔπλευσεν ἕνεκα κτέ.* Violentius Bl. *ὧν θ' ἕνεκ' ἐπρέσβευσεν κακὸς ὢν ἐφηυρέθη*, carpens ipse Kockii audaciam. Ego quondam duo ultima verba *ὢν εἴσεται* refingebam in *ἁλίσκετ' ὢν.* Quod certum sit repperit nemo nec facile reperiet.

Fr. 211, 1. *δῆτ' ἐγὼ* sine ulla causa Bl. Vs. 3. Placuit Nauckio Mél. VI 71 coniectura mea *Ἀμφοτερός* pro *ἀμφοτέρων.* Audacius Bl. coni. *Ἀμφιάρεως*, apte quidem ad sensum sed dubia apud comicum synizesi.

Fr. 213. Bl. partim cum Kockio *κἀν τῷ Πυριλάμπους ἆρ' ἔνεστι κυψέλη* <*ἐν τοῖσιν ὠσίν*>, deleto *Δήμῳ* ut glossemate, melius saltem quam quod praeterea coniecit (certe non lectum a scholiasta) *κἀν τοῖς Πυριλάμπους ὠσίν ἐστι κυψέλη.* Agitur enim de Demo, non de patre eius.

Fr. 215. vLeeuwen cft. Vesp. 1024 sqq., quae in Eupolidem iacta esse suspicatur.

Fr. 218. Minus feliciter idem quamvis dubitabundus tentat *ἐξ Ἡρακλέους* <*γὰρ*>, ut alludatur ad furtum p a t e r a e a u r e a e apud Cic. de divinatione I 25, nam vix eam poeta vocasset *ἀργύριον*, ut arbitror.

Fr. 221. Idem putat primas partes in U r b i b u s egisse senem aliquem, conferens fr. 233. 208. 216.

Fr. 225. *εὕρω* pro *αἰτῶ* (quod sanu mest) pessime Bl.

Fr. 226. Stephanum Byz. revera cognovisse M a r d o n e s arguit diserta significatio *ἠπειρωτικὸν ἔθνος.* Bl. coni. *Μακεδόνων* pro *Μαρδόνων.*

Fr. 228, 1. *καρδόπους* <*δύο* vel *δέκα*> Bl., quasi vero numerus non potuerit lectus esse in praegressis.

Fr. 229. Pro *αὐτῇ* recte *αὐτὴ* postulare videtur Blaydes. Temere idem fr. 230 *ἡ γῆ* pro *αὕτη.*

Fr. 232, 1. Quid exciderit, incertissimum. Novissime Bl. *μὲν αὕτη* et in A d d. B. *καλὴ δή.* — Ad vs. 2 *ὅταν δεήσῃ* adnotat vLeeuwen „qui sic loquitur innuit eo ipso tempore iis opus non esse, quod optime quadrat in annum 422 indutiarum". Vid. ad fr. 189.

Fr. 233. Vesp. 236 sq. cft. vLeeuwen. — Vs. 2 αὐτὴν pro αὐτὸς Bl. et vs. 4 ἐκκαθαίρων pro ἐκκορίζων, coll. Eccl. 847. Suspecta sane lectio, quae si sana, teterrima fuerit mulieris, pueri, senis immundities necesse est, in quam tamen quadrat perexiguum pretium, quare gravem mutationem admittere dubito.

Fr. 244. τὸ δεινῆς ἀκούεις; Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι
τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα
ψυχρὸν κτέ.

Meineke τὸ δεῖν' aut ὁ δεῖν' fortasse recte, nisi legendum, coll. fr. 266

οὐ δεῖν' ἀκούειν, Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σου
τὸ σκῶμμ'; ἀσελγὲς κτέ.

si vere Herculem inter Prospaltiorum personas fuisse statuit Fritzsche, sin minus (id enim aliunde non apparet):

οὐ δεῖν' ἀκούειν; Ἡράκλεις τοῦτ' ἔστι σοι κτέ.

ut sit Ἡράκλεις (sc. ἀλεξίκακε) nota exclamatio.

Fr. 245. Bl. τί τάδ' (vel δῆτ') ἀκροᾶσθε —; De μουσοδονήματα cft. Ar. Av. 1385 ἀεροδονήτους — ἀναβολάς.

Fr. 246. Bl. cft. Soph. O. C. 1106. Eur. Med. 758.

Fr. 252, 2. στατῆρας εἷλκε (cum Cobeto) πέντε recte Nauck, provocans ad Hilbergii librum Das Princip der Silbenwägung p. 246 sq.

Fr. 254 vix certa ratione sanabile. Non male Bl. ὡς οὐκέτ' ἂν | <πόνους> φύγοιμι στιβάδος ἐξ ὅτου 'λαχον.

Fr. 259. ἐγὼ δέ γε στίξω σε βελόναισιν τρισίν.

Nemo hucusque expedivit, non magis quam Kock Blaydes, qui putat significari tres litteras ΛΙΠ(οτακτής?), ita enim poeta scribere debuerat γράμμασιν τρισίν. Nondum me poenitet veteris coniecturae βελόναις στικτίσιν, coll. subst. στίκτης (Herond. V 65).

Fr. 262. Recte Headlam ἔρραξεν pro ἔρρηξεν, coll. Phot. ῥάξας· τὸ δὲ ῥήξας οὐκ Ἀττικόν [scil. sensu τοῦ καταβαλὼν]. Phot. ῥάξαι· ἀντὶ τοῦ καταβαλεῖν. Poll. III 155 ἀγκυρίζειν, ῥάσσειν.

Taxiarchis haec accesserunt e lexico Sabbaitico:

. . . . τίς ἐνεβρόντησέ μοι;
. . . . . ὦ μοχθηρέ, τίς ἐπάταξέ σε;

Fr. 266, 2. σχιστὰς δὲ μὴ 'χειν Bl., sed mutata sententia in Addendis probat Fritzschii coni. δ' ἐν Ἄργει, ipse vs. 1 proponens οὐ δεινὰ ταύτα<ς ἐνθά>δ', quod non praetulerim reliquae Fritzschii correctioni. Certam despero emendationem. Inutiliter idem fr. 268, 2 οὕτω pro τήνδε.

Fr. 269. ὠνήσατο non esse poetae, sed interpretis, arguere usum Atticorum ἐπρίατο dicentium quondam monui.

Fr. 270. εὐφρανεῖ aut εὐφρανεῖς iure postulat Bl.

Fr. 271. <ἀτὰρ> τί μισθοί; Bl. Partim cum Nauckio malim:

τίς μισθός; εἰπέ· τίς; πόση τις ἡ φορά;

Male idem de εἶπον cogitavit, qualis imperativus, antiquis Atticis ignotus, recentioribus est relinquendus.

Fr. 272. ἐγκανάξει requirit Bl. coll. Ar. Eq. 105, Eur. Cycl. 152; si recte, hunc locum male legit Pollux eiusve auctor et male interpretatus est. Cf. schol. Eq. 105.

Fr. 276. „Ipsos spectatores (cf. fr. 286) alloquitur Eupolis singulosque oratione concitata enumerare conatur ridiculis indiciis lepide descriptis. Similis locus Vesp. 75—85. Cf. etiam Phrynichi fr. 20 sq." O. Crusius, qui τὸν φαλακρὸν vs. 5 Aristophanem spectare putat. — Vs. 2 temere, deleto ἐστιν, Bl. infert οὗτος ante τέταρτος.

Fr. 278. ἀποκερεῖ pro κατακερεῖ malim cum Bl.

Fr. 283. Bl. cft. Pherecr. II 300 et Hes. s. v. κατάχυτλον· βαλανευτικὸν σκάφιον.

Fr. 284. Apte idem cft. Ar. Pac. 790 σφυράδων ἀποκνίσματα, uni personae totum versum assignans. Nec sane video cur duabus opus sit.

Fr. 290. Cft. Bl. Eq. 75 ἐφορᾷ γὰρ αὐτὸς πάντ' (Cleon.); Nauck Menand. Rhet. 9, p. 239, 4 ἀθεάμων ὑπάρχων — πόλεως ἣν μόνην καλλίστην πόλεων (μίαν — πασῶν coni. Nck.) ὁ ἥλιος ἐφορᾷ.

Fr. 293. μάλα λάβρ' fortasse recte Bl.

Fr. 294. „Idem barbarus videtur loqui ac in fr. 294". Bl.

Fr. 304, 1. περιήλθομεν, deleto εἰς, Bl. Sed eodem iure hic εἰς addi potuit ac mox (2) εὐθύ. Breviloquentia videtur pro περιῆλθον ἰών, nisi forte hoc participium fuit in versu praegresso. Causa coniecturae Anglo fuisse videtur incerta opinio, simile fr. 187 huic loco, ut vs. 4 efficiat, addendum esse, cui sententiae parum favere mihi videtur verbum περιήλθομεν satis otiose repetitum.

Fr. 305, 2. Blaydesii supplementum ἀλεκτρυὼν aperte vetat praegressa sec. pers. οἰμώξει. Melius idem partim cum Meinekio ὅτι ἐξανίστης ὠμόυπνον ἔτ' ὄντα με. Ipse quondam suasi ὁτιή μ' ἀνίστης ὠμόυπνον ὄρθρῳ βαθεῖ. Sed incerta sunt omnia.

Fr. 307. <πόλιν γε πασῶν οἵδε> θ. Bl. Supplemento πασῶν favet allatus a Meinekio locus [Demosth.] Epist. 4, 19; pro οἵδε malim τήνδε, coll. Aesch. Eum. 831.

Fr. 309. Nauck Mél. VI p. 419

συνέτυχεν ἐξιόντι μοι <τῆς οἰκίας> κτέ.

coll. Ioanne Chrys. XI p. 94 F Montf. et de verbis ἄνθρωπος ἀποφρὰς Suetonio ap. Millerum.

Fr. 310. καὶ λέγουσί γε

τὰ μειράκια προιστάμενα τοῖς ἀνδράσιν.

Frustra Meineke et Kock προσιστάμενα et παριστάμενα. Procul dubio significantur oratores adolescentuli surgentes ad dicendum ante viros. Legendum aliquando proposui:

προανιστάμεν' ἐν τοῖς ἀνδράσιν.

Fr. 313 requiri καλῴδια monuit iam Nauck. Idem ad fr. 316 cft. Theocr V 40 ὦ φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον αὔτως et (fr. 317) ap. Hes. corrigit ἀντιβ<ό>λησιν.

Fr. 314. οἷόν τί πού 'στι, coll. Thesm. 21, malim cum Blaydesio.

Fr. 317. Lege ἀπετείσαμεν per diphthongum. — Vid. ad fr. 313.

Fr. 323. „Meum caput" mecum intellegit Bl., dubitans an scribendum sit μου pro τὰ, aut τὰ <σὰ> ῥήματα. Ineptissime vero in Add. coniecit ῥάμματα.

Fr. 330. Huius loci ope egregie Nauck sanavit **Philoclis** tragici fr. 5 pag. 760 ed. II.

Fr. 331. Bl. μοὐ (i. e. μοι ὁ) pro μὲν aut γ' ὁ.

Fr. 333. De κάλλη idem cft. Aesch. Ag. 923.

Fr. 334. Temere coniecit 'ξόπισθεν.

Fr. 336. Vide, si tanti est, eiusdem notam, ubi pro καὶ fortasse recte praefert Eustathii lectionem ἤ.

Fr. 339. Bl. τε καὶ στρέφει, coll. Ar. Ran. 775, in scholii voce οἷον parum probabiliter latere Αἶξιν suspicans. Melius Porson.

Fr. 341 poetae verba esse cum Sauppio negat Nauck Mél. VI 72 sq.

Fr. 343. Omnino consulatur Nauck l. l. p. 73 sq.

Fr. 346. Correctiones κατ' et παρ' pro μετ' necessarias non esse edicit Bl. Mihi contrarium videtur. Quid enim aliud significare potest μετ' ἄριστον quam post prandium, quod sensu cassum est?

Fr. 348. Sec. Reitzensteinium Ind. lect. Rostock 1890/1 p. 8. Et. M. cod. Vat. 1818 habet:

εἴ τις ἀποτέτιλται αὐτῶν
ὁ πέμπτος (?) ὥσπερ εἰς ζήτρειον ἐμπεσών.

Cf. Nauck l. l. p. 74. Unde hoc saltem liquet vs. 2 nihil excidisse.

Fr. 351. Alcib. μισῶ λακωνίζειν, ταγηνίζειν δὲ κἂν πριαίμην.
B. πολλὰς δ' . . οἶμαι νυν βεβινῆσθαι . . . κτέ.

Ex primo versu apparere videtur, alterum Alcibiadi respondisse: Quid mihi narras invisum tibi esse laconismum, quem multas Lacaenas subagitasse existimabam? Possis v. c.

πολλὰς <δέ γ'> ᾤμην σοι βεβινῆσθαι <κόρας Λακώνων>.

Aperte non sufficit Blaydesii tentamen; πολλάς γ' ἐπίσταμαι βεβινῆσθαι διὰ σὲ (!) γυναῖκας, e quibus neque apparet mulieres illas Lacaenas fuisse, neque Graecum est διὰ σὲ pro ὑπὸ σοῦ, neque recte se habet γε pro δέ γε. Ipsa verba non praesto, sed de sententia nullus dubito. — Vs. 1. λακωνίζων non male Bl. Cf. Eccl. 502 μίσει σάκον πρὸς τοῖν γνάθοιν ἔχουσα. Sed pessime idem γυναικίζων coniecit, nam procul dubio perstringitur notus Alcibiadis λακωνισμός, qui, ut sensit iam Kock, dicere putandus est „perosa mihi est Laconicarum mensarum simplicitas et maximi facio convivia luxuosa." Hoc saltem satis constat, interlocutorem vulgari sensu accepisse verbum λακωνίζειν. — Vs. 3. Ad rem Bl. cft. Batonis fr. 5, 3.

Fr. 352, 1. Revoca formam antiquiorem atticam Σωκράτη, et cum Meinekio lege δ' <ἐγὼ> καὶ Σ. Nec sana sunt vs. 3 verba καταφαγεῖν ἔχοι, pro quibus Bl. coni. σῖτ' ἕξει φαγεῖν, melius quam δέ γ' (vel τι δ') ἕξει καταφαγεῖν, nam verbo κατεσθίειν, devorare, vix locus est. Et verbum simplex habet Asclepiades Arist. Metaph. 603 a. 4, qui scribit πόθεν δὲ φάγῃ, τούτου κατημέληκεν optime coniunctivo usus pro optativo ἔχοι, unde sequeretur Socratem non amplius fuisse in vivis. Hinc omnibus bene perpensis crediderim Eupolidem dedisse: ὁπόθεν δὲ καὶ φαγεῖν ἔχῃ, τούτου κατημέληκεν. Cf. etiam Bl. in Add. p. 295.

Fr. 354. Ante Bl. contuli Eccl. 623 et praeterea Pac. 1233, monens agi de mulierum libidine. Temere ηὗρες pro εὕροις, quod longe praestat, Bl.

Fr. 356. πολλάκις pro πολλά γ' ἐν incredibili levitate Blaydes. Ibi Nauck cft. Gregor. Naz. p. 243 C ἦ πολλὰ πολλὰ γίνεται μακρῷ χρόνῳ βροτοῖς et monet Meinekium hoc fr. tentasse ad Stob. flor. vol. IV p. XIV.

Fr. 357, 5. πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν,
μαίνεταί τε καὶ παραρρεῖ τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.

Iure offensus singulari τῷ σῷ post λέγετε in praegressis et verbo παραρρεῖ, Kock acute sane coniecit παρεκρεῖ et ὁ σῶς λόγος, quemadmodum tamen sana ratio pro ὁ ὀρθὸς λόγος num Graece recte dicatur adhuc dubito. Sed nisi vestro iudicio simileve quid hunc versum finivit, manifestum esse arbitror post δοκεῖ κακῶς φρονεῖν vix recte sequi categoricum μαίνεται κτέ., itaque cui persuaserit Kock, huic simul corrigendum esse δοκῶν pro δοκεῖ. Ego, quamvis plaudente Blaydesio, subdubito num K. locum persanaverit, et vereor ne sub verbis τῷ σῷ λόγῳ aliud quid delitescat. Contra Blaydesio tuenti (vs. 3) tralaticium errorem μαθόντες pro παθόντες non assentior, nec magis conicienti fr. 360 πρίνου 'ξ pro πρίνης, quod Theophrasti loco optime defendit Kock, nec ibidem ἁμάξας pro γόμφους, quibus opus est lignum durissimum, ne quid dicam de mutationis violentia. — Vs. 7. Post πάντως recte colon pro puncto poni iubet idem.

Fr. 364. Versus fuit

ἄγαμαι κεραμέως αἴθωνος ἐστεφανωμένου,

scil. Hyperboli. An ex Maricante? Restituit Cohn Mus. Rhen. 43, p. 415 e Philetaero Vat. ubi legitur ἄγαμαί σε καὶ ἄγαμαί σου· τὸ μὲν ἦθος ἔχει καὶ εἰρωνείαν, τὸ ἄγαμαί σου. Εὔπολις ἄγαμαι κεράμου (correctum κεραμέως e BA 335, 2) αἰθ. ἐστ. Cf. Hes. κεραμεύς· ὁ λυχνουργός. Blaydes cft. Phryn. 10. Ar. Ach. 489. Av. 1744. — Qui ad fr. 366 apud Athenaeum temere κατασεσιγασμένων (sc. νόμων) refingit in κατασεσιγασμένα, non reputans contrarium errorem propter notum morem librariorum terminationes ad proxima accommodantium multo esse

verisimiliorem. Certa quaedam est in re critica methodus, quam nimis neglegere solet vir praestantissimus, mutandi omnia per fas et nefas libidine continuo abreptus.

Fr. 397. *ἀνεπίπληκτος*. Legitur Eur. Or. 922, quare *Εὔπολις* in *Εὐριπίδης* mutari iubet Nauck. At quidni Eupolis eodem vocabulo potuit uti?

Fr. 407. *δαμαρίππεως* iam legi apud Choeroboscum ex Theod. p. 261, 25 monet Nauck.

Fr. 408. „Sic *Χολοζύγης* pro *Βουζύγης*, *Κολακώνυμος* pro *Κλεώνυμος*, *Ἀνδροκολωνοκλῆς* pro *Ἀνδροκλῆς*, *Κολακοφοροκλείδης* pro *Ἱεροκλείδης* etc. Cf. Eupol. 393." Bl., quae multis temerariis coniecturis utilior est adnotatio.

Fr. 412. *ἐμετικοὶ* pro *ἔμετοι* grammaticis reddendum putat Bl.

Fr. 413. *ἐμνήσατο*. „Pro *ἐμνήσθη*, ut videtur." Bl. Melius Nauck affert Phot. p. 426 ed. Nab. *μνώμενος· μνηστευόμενος· καὶ ἐμνήσατο· ἐμνηστεύσατο. Εὔπολις*. Unde erroris convincitur Anglus.

Fr. 427. *λέπει* ante Kockium Meineke. Cf. Nauck l. l.

Fr. 428. Recte *λείβηθρα* postulat Bl., ut *στέργηθρον*, *θέλγητρον*.

Fr. 438. Annon *Πράξιλλος*? Bl. Quis credat?

Fr. 439. *σακ<ισ>τός* recte Headlam. Post K excidit IC. Melius quam Bl. *σα<κω>τός*.

Eupolidis fragmentis praeterea accesserunt haec duo e Philetaero Vat. (Cohn. Mus. Rh. 1188 p. 417):

a. *ὅτι πυξίδας* (cf. Suid. s. v. *ὁπλαὶ*) *οὐκ ἔλεγον ἀλλ' ἱμάντας* (cestus)

ἱμάντας ἥξω δεῦρο πυκτικοὺς ἔχων

παρὰ τῷ Εὐπόλιδι et

b. .... *ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ τρώγειν. Εὔπολις*

κἂν ποίᾳ πόλει

τοιοῦτο<ς ὢν> τὸ μέγεθος ἰχθὺς τρώγεται;

μᾶλλον δὲ ἐπὶ τῶν τραγημάτων χρῶνται τὸ τρώγειν.

Fr. 456 inter adespota collocandum fuisse monuit Nauck. In fr. 455 cum Nabero scribendum esse *κρίμνη* pro *κρήμνη* ait idem, de quo tralaticio librariorum errore saepius egi et ipse.

Phrynichi fr. 1.

ὄνομα δέ τῳ τοῦτ' ἦν ἔσωθεν γῆν τε μὴ
ἔστω φιάλτης ἀνδραγαθίας οὕνεκα
ἔτι ἐπιαλὰς χρηστὰ λ' ἀπωλόμην.

Verba fere desperata Kock, vituperata lenissima L. Dindorfii et Meinekii coni. (vs. 1) *ἤν τε σωθῶ γ' ἤν τε μή*, quae omnes veritatis numeros habere videtur, ipse violentissime et pravissime tentat:

ὄνομα δ' ἐμοὶ ταὔτ', ἦν κάτω τ' ὦ κἂν ἄνω,
ἐστὶν Ἐφιάλτης ἀνδραγαθίας εἵνεκα,
ὁτιὴ 'πιήλας Ἡρακλεῖ διωλόμην.

ex quibus nihil certum videtur praeter ὀτιὴ 'πιήλας. Debuerat autem, qua in re cum plerisque illius et quibusdam nostrae aetatis criticis ubique peccavit, servare librorum scripturam οὕνεκα, quae vetustissimis quibusdam titulis atticis defenditur. Neque, nisi fallor, ἐστίν, verbum auxiliare, ordiri potest senarium, et sententia excluditur ἔστιν, quod in ea sede se haberet rectissime, itaque aut ἔστω servandum fuerat aut legendum ἔσται. Versus autem quartus, modo de tota sententia satis constaret, coll. Od. XXII 49, probabilius sic refingeretur

ὀτιὴ 'πιήλας <ἔργα> χρήστ' ἀπωλόμην.

Cf. Aristoph. fr. 552. Immodulatior versus foret ὀ. π. χρηστὰ λέ<γειν> ἀπωλόμην, quae lectio traditae scripturae subesse videtur. Ferri posset χρηστὰ δρᾶν, quod proponit Bl. in Addendis p. 296. Ceterum caliginosa nocte obscuriorem mihi hunc locum esse non pudet me fateri.

Fr. 3, 1. τὸ pro γε Bl. Vs. 4.

εἶθ' ἡδυλογοῦσιν ἅπασιν ἀεὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν περιόντες,
ἐπὶ τοῖσι βάθροις ὅταν ὦσιν, ἐκεῖ τούτοις οἷς ἡδυλογοῦσιν
μεγάλας ἀμυχὰς καταμύξαντες κτέ.

Probabiliter Kock ἐπὶ τοῖς κυάθοις, sed praeterea malim ἡδυλόγησαν, quod facile e praegresso ἡδυλογοῦσιν labem trahere potuit. Durum enim h. l. explicare assentari alias solent. Vix autem credibile est Bl. verba sequentia sanissima sollicitasse male sana coniectura μ. κύλικας συγκεράσαντες. Quis non intellegit ἀμυχάς translato sensu h. l. accipiendum esse de vulneribus, quae adulatores isti in privatis sermonibus quasi scalpendo infligunt famae virorum, quibus paullo ante suppalpabantur?

Fr. 9, 1. Bl. cft. Ar. Pac. 868; Menand. 320, 5; Eur. I. T. 467.

Fr. 10. Non male Bl. ἄγαμαι Διονύσου· τὸ στόμ' ὡς σεσέλλισαι. Quae somniat de fr. 11 lege apud ipsum.

Fr. 14. „<τὸ> πτιστικὸν iniuria malit Kock. Plura enim carmina πτιστικὰ fuisse discimus ex Nicoph. 17." Bl. Add. p. 296.

Fr. 15, 2. ἑκατὸν ἂν τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν οἴνου κανθάρους.

Felicissime Kock ἔλαπτεν (multo melius quam Bl. ἔπινεν aut ἂν εἷλκεν). Nisi fallor, vitium natum est e scriptura antiqua *Ε$\overset{\Lambda}{\mathrm{K}}$ΑΠΤΕΝ* aut *Ε$\overset{\mathrm{K}}{\Lambda}$ΑΠΤΕΝ*, qua coniungebantur variae lectiones ἔκαπτεν et ἔλαπτεν, quarum priorem codd. habent in Timoclis fr. ap. Athen. X p. 431 A μὰ τὸν Διόνυσον, ὃν σὺ κάπτεις ἴσον ἴσῳ, ubi recte Kock reposuit λάπτεις, quod solum de bibendo usurpabatur.

Fr. 19, 1. τηλικοῦτος <ὢν> γέρων. Bl.

Fr. 20, 3. Headlam proposuit:

B. ἀνωμάλους εἶπας πιθήκους· <ἔστι γοῦν>
ὃ μέν γε δειλός, ὃ δὲ κόλαξ, ὃ δ' <αὖ> νόθος,
<ὃ δὲ ξένος> . . .

Non male, sed pro γοῦν malim γάρ. Vix enim recte γοῦν — γε dicitur.

Fr. 21, 1. μεγάλ' ἄττα pro μετὰ ταῦτα. Bl.

Fr. 22, 1. στρατηγίᾳ πλήθει τε τῶν εὑρημάτων idem.

Fr. 23. „Lege Ἡράκλεις pro Ἡρακλῆς per exclamationem". Nauck.

Fr. 26. ψώρα δ' ἔχοι Συρακόσιον, εἶτ' ἐπιφανὲς
αὐτῷ τύχοι καὶ μέγα κακὸν....

coniecit Bl., reliqua cum Kockio scholiastae adiudicans.

Fr. 32. In Vespis 987 et 991 ὁ ἀπολύων καδίσκος vocatur ὁ ὕστερος, ὁ ἀπολλὺς vero ὁ πρότερος.

Fr. 33. Nauck praeferebat Bergkii coniecturae cod. C lectionem περίπολε, Schwerdt coniecit περίπολος. Facio cum Nauckio.

Fr. 34. χρῆσται, ut Pher. II 299; Aristoph. 362. Bl.

Fr. 45. Κορκυραῖαι δ' οὐδὲν...
ἐπιβάλλουσιν μάστιγες.

Vix sufficit Kockii supplementum μετρίως. Aptius sed iusto violentius Bl. μὰ Δί' <οὐκ ὀλίγας, sc. πληγάς>, malim δ' οὐ δὴ <μικρὰς>.

Fr. 52. ταινιοπώλης ineptissime Bl.

Fr. 53. τὸν Κλεόμβροτόν τε τοῦ
Πέρδικος υἱόν.

Recte pro τοῦ Kock τὸν requirit, sed comicus, ni fallor, dederat tantum
Κλεόμβροτόν τε τὸν
Πέρδικος

et prius τὸν et υἱόν reddenda sunt Athenaeo, ut eidem olim reddidi alterum οἶκος in fr. 66.

Fr. 56. Incredibili levitate Bl. θυννίδος pro αὐξίδος, quamquam grammaticus B. A. 464, 5 diserte monet αὐξίδα esse genus θυννίδος.

Fr. 58, 3. Cum Bl. legendum Διοκλείδῃ, sed frustra sollicitat fr. 59, 1.

Fr. 63. ὅσονπερ Richter ad Vesp. p. 160, coll. Eq. 797. Monet Bl.

Fr. 66. Vid. ad fr. 53.

Fr. 70. Legendum abiecto absurdo dorismo ἀνάγκα, nato e male intellecto pronomine ἃ

ἃ δ' ἀνάγκη 'στ' ἱερεῦσιν καθαρεύειν φράσομεν.

Vix recte Nauck, probante Bl.:

ἃ δ' ἀνάγν' ἐστ' ἱερεῦσιν κτἑ.

quod ita tantum recte se haberet, si καθαρεύειν = καθαρὸν εἶναι idem esset quod καθαίρειν. Ordo verborum: φράσομεν ἱερεῦσιν ἃ ἀνάγκη ἐστὶν καθαρεύειν. Nunc video ex Addendis p. 296 mecum facere Bl.

Fr. 74. μισθώτριαι αἱ γυναῖκες
ὡς Φρύνιχος. Poll. VII 131.

Non delendum αἱ cum Bl., sed αἱ γυναῖκες tribuendum Polluci. Minoribus litteris editor ea scribere debuerat.

Fr. 82, 83, 84, 85, 86, 89 haud dubie grammatico Phrynicho tribuenda esse, sed tragico fr. 91 recte contendit Nauck Mél. VI p. 76; monens fr. 84 Euripidis esse fr. 473, 1. Neque in sero grammatico quisquam culpabit ἀκροτελεύτιον dictum pro ἀκροτέλευτον aut ἀκροτελευταῖον, quod postulat Bl.

Aristophanis fr. 8, 2. Imo vero ὡσπερεὶ καινοῦ λυχνούχου, quod iam Bl. video emendasse.

Fr. 13. Headlam:

εἶτα πῶς δειπνήσομεν;
Β. ὅπως; διὰ νυκτός

pro ἴσως, minus bene addens „aut πῶς". Mihi non liquet.

Fr. 14. Cum Bl. requiro λυχνειδίοιν.

Fr. 16. Aristophanis aetate atticum erat κληδίον, non κλειδίον.

Fr. 18. γύναι, τί τὸ ψοφῆσαν ἐσθ'; Β. ἀλεκτρυὼν
τὴν κύλικα καταβέβληκεν. Α. οἰμώζουσά γε.

Brunck praesens οἰμώζουσα insolitum esse (cf. Vesp. 1033 = Pac. 756) sentiens ipse contra sermonem peccavit corrigens οἰμώξουσά γε. Omnes loci quibus pag. 297. Bl. traditam lectionem tuetur aperte huc non pertinent praeter unum fortasse Anaxilae fragm. 24 καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις τιθασὸς οἰμώζων ταῶς, de quo infra suo loco videbimus. Suspicor autem Aristophanem dedisse quod alibi in tali re dici solet

Α. οὐκ οἰμώξεται;

coll. Ran. 178 et Menand. IV 120 M., aut ὡς οἰμώξεται, coll. (si recte traditur) Ran. 287.

Fr. 20. Cf. Aristophanis fragm. ἐμβαλὼν ἀχηνίαν in Lexico Sabbaïtico p. 3. 17. — Inconsideratius Bl. sanum fr. 21 triplici coniectura vexavit.

Fr. 22 non sollicitandum esse olim docui collato Hippocratis loco II 347 (ed. Erm.) φακῶν καὶ ὀρόβων πεφρυγμένων ἄλφιτα καθήρας ὁπόσον ἡμιχοίνικον ἑκατέρων, ξυμφυρῆσαι μέλιτι καὶ ὄξεϊ. Agi videtur de aegri medicina.

Fr. 24. De πόθεν —; Bl. cft. fr. 530; Pac. 20. 521; Pherecr. 5, 4; Apolloph. II 880 M.; Aesch. Suppl. 792.

Fr. 26. ὦ — σύ. Bl. cft. Ran. 465; Pac. 182. Anaxipp. 6, 4 (sine ὦ), Apollod. Car. IV 440 (M.). Com. anon. IV 657 (M.). Adde Nub. 375 ὦ πάντα σὺ τολμῶν. Abest σύ Nub. 1327; Cephisod. 7; Phryn. 33, quos locos praeterea citat huic similes.

Fr. 27. Apte Bl. cft. Ποτάμιοι οἱ καθύπερθεν et οἱ ὑπένερθεν in schol. Hom. Ψ 545.

Fr. 28. σου pro που Bl. sine causa idonea. De re optime citat Arist. H. A. VIII 4 et Catonem apud Gell. N. A. I 15, 9; ad κίστη — φαρμακοπωλῶν Theopompi fr. 2.

Fr. 29. ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρων διακίγκλισον ἠύτε κίγκλου
ἀνδρὸς πρεσβύτου· τελέειν δ' ἀγαθὴν ἐπαοιδήν.

Corruptum esse ἐξ ἄκρων intellexit Kock, sed quod coniecit ἐξ ἀρμῶν (εἶτ' ἄκραν Bl.) parum commode coniungi videtur cum verbo διακιγκλίζειν, i. e. διακινεῖν, et magis mihi placet

ὀσφὺν δὲ ξηρὰν (aut σκληρὰν) κτέ.

Fr. 31. Fortasse supplendum esse, quod saepe iungitur cum formulis ἀφ' οὗ et ἐξ οὗ et ἀπὸ (ἐκ) τούτου,

<εὐθὺς> ἀφ' οὗ κωμῳδικὸν μορμολυκεῖον ἔγνων

iam antehac monui et in fr. 36 reponendam esse formam atticam ἀνακνῆν pro hellenistica ἀνακνᾶν. Bl. cft. ἀνακναδάλλειν Com. adesp. 934.

Fr. 40, 2. Gratius ad aurem accideret versus sic refictus κλέπτειν τὰ κοινὰ καὶ (pro ἅμα τε) συκοφαντεῖν. Nec tamen muto.

Fr. 40*b*. Lex. Sabbaïticum p. 9 ἐμβαλὼν ἀχηνίαν. Cf. fr. 20.

Fr. 44. τοῦτ' αὐτὸ πράττω, δύ' ὀβολὼ καὶ σύμβολον
ὑπὸ τῷ 'πικλίντρῳ. B μῶν τις αὔτ' ἀνείλετο;

Parum arridet Blaydesii coni. αὔτ' ἔκρυψα δύ' κτέ., quo scripto saltem simul conicere debuerat ταῦτ'. Fac autem recte Kockium statuere in praegressis B dixisse ζήτει vel ἐρεύνα (τὸ ἀργύριον), ne sic quidem percommoda est accusativorum explicatio. Vide igitur ne πράττω sit interpretamentum, quo deleto, scribendum:

τοῦτ' αὔτ'· <v. c. ἔθηκα vel ἔκρυψα> δύ' ὀβολὼ κτέ.

Hoc ipsum (est quod dicis); etc. Alter fortasse dixerat Num perdidisti pecuniam? aut aliquid simile. Ceterum comparetur cum tradita lectione notus Cratini versiculus: „Ταῦτ' <αὐτὰ> πράττω" εἶπ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν. — Vs. 2. ἀνείλετο, pro quo olim suspicabar ἀφείλετο vel ὑφείλετο, non videtur sollicitandum.

Fr. 46. μάλ' εὖ. Bl. cft. Theogn. 520; Theocr. XXIV 93; et εὖ μάλα Cratin. 275; Alex. 186, 6. Quibus locis multi addi possunt. Respondet formula adverbio nostro flink et nescio an hic quoque, ubi μάλ' αὖ e Fritzschii coni. rescripsit Kock, recte servari possit.

Fr. 47. Pro ὅρμου, coll. Platone Rep. 420 B, olim tentabam οἴμου = ὁδοῦ, nunc Bl. violentius ὁδοῦ παρούσης, quod certe Photius et Suidas non legerunt. Quidquid est, parum arridet, quod ipsi ridiculum videtur, mihi absurdum, Kockii inventum φορμοῦ. Meae coniecturae obstat, quod uno illo Platonis loco excepto (quem corrigendum putat Bl.), apud Atticos οἶμος est generis feminini, quare fortasse aliud latet. — Bl. improbabiliter εἰς ἀτραπὸν ἀπεφθάρην. Apte cft. Ennianum „Qui sibi semitam non sapiunt alteri monstrant viam". Sine causa 51, 2 idem ἢ pro καί.

Fr. 55 et 65. Formas atticas et antiquas σφόγγους et εἰτέαν restituendas esse iam antehac monui, sicut etiam fr. 63 me malle ἡμῖν pro ἡμῶν et ibi in fr. adesp., quem ad Anagyrum referebat Bergk,

corrigendum esse tralaticium errorem *κινουμένη* in *βινουμένη*. Ad *παχυσκελής* (ibidem) cf. notum proverbium *τὼ* (*γὰρ*) *σκέλη παχεῖα μισητὴ γύνη*.

Anagyri relliquiis accessit e lexico Sabbaïtico p. 17, 10 <*Ἀριστοφάνης*?> *Ἀναγύρῳ*

ἐκλιμάκισεν, ὥστ' εἰς μέσην
ἔπιπτε τὴν τάφρον

ubi, coll. fr. 41—43, de equo dictum esse *κλιμακίζειν*, fortasse „aufbaümen" significans statuit Kock Mus. Rhen. 1893, p. 583.

Fr. 66. Theopompi fr. II 769 et Lys. 282 cft. Bl.

Fr. 68. Apte Bl. cft. Sophronis fr. 51 *ταί γα μὰν κόγχαι — κεχάναντι ἁμὶν πᾶσαι.*

Fr. 75. Quia *ἐννεύει*, ut monet Kock, nusquam alibi apud Atticos occurrit, fortasse legendum:

ἐπινεύει με φεύγειν οἴκαδε,

i. e. adnuendo significat me fugere domum.

Fr. 77. Bl. cft. Com. adesp. 692 *καπνοῦ σκιὰν δέδοικεν.*

Fr. 80. Cf. Eur. Hel. 1609.

Fr. 82. *ἀπέκτεινε(ν)* propter Hilbergii doctrinam recte postulat Nauck.

Fr. 87. *ἀνθ' Ἑρμιόνης* bene Bl.

Fr. 103. In Photii loco *περιπεπλασμένος* de panis nondum cocti massa dictum defendi posse videtur a Blaydesii coniectura *περιπεπαρμένος* (*μακρῷ ξύλῳ*).

Fr. 105. Antehac suasi:

„*εἰ μὴ 'γκιλικίσαιμ', ἐξολοίμην", φάθι λέγων.*

Bl. cft. *ἐνθετταλίζειν* (Eupol. 201) et *αἰολίζειν* Soph. fr. 845 = 826 Nck².

Fr. 106. Proponebam *Λάχητ'* ◡— *καὶ Μεγακλέα καὶ Λάμαχον.*

Fr. 108, 1. *συκᾶς φυτεύω πάντα πλὴν Λακωνικῆς.*

Κάρτα, quod iusto confidentius textui intulit Kock, non est aptius quam si latine dicas ficus valde sero, aut germanice ich pflanze sehr Feigenbaüme. Mihi aut sanum videtur *πάντα*, modo sumamus fuisse in praegressis *κατὰ τὸν ἀγρόν* similive quid, aut admissa Meinekii coni. *πάνυ τι*, versum sic explendum esse:

<*οὐδ' ἐγὼ*> *συκᾶς φυτεύω πάνυ τι πλὴν Λακωνικῆς.*

quod etiam praefero.

Fr. 109, 3. Ante Bl. suasi *διέλκειν*, dubitabundus tamen ob praegressis aoristos, et vs. 4 *ῥυπαρὸν* pro *λιπαρὸν*, quod placuit etiam Nabero et Blaydesio, qui tamen ipse violentius coni. *καθαράν τε ῥάφανον*. Hodie dubito an *λιπαρὸν* possit defendi.

Fr. 110, 1. Non nominato poeta, h. vs. legi apud Atilium Fortunatum, Keil. Gr. Lat. VI p, 291, 1 monuit Nauck.

Fr. 111. *Διαφυτεύειν* intellego de platanis ordine et certis interval-

lis serendis, qualis praepositionis vis est in διατιθέναι, διασκευάζειν, similibusque. Frustra Kock Εὔιε φυτεύσομεν, quod merito displicet etiam Blaydesio, qui melius saltem εὖ μάλα proposuit.

Fr. 115. Bl. (coll. Hes. μελετητήριον· οἶκος ἢ ὄργανον [hoc sensu Anaxandr. III 168 ἐν ᾧ τις μελετᾷ] suspicatur ἐν τῷ τῶν μελετητῶν aut ἐν τῷ μελετητηρίῳ. At obstant Photii et Hesychii (cf. BA 281, 25) glossae.

Fr. 117. Recte Bl. ἀγαθήν γε κώδειαν <λέγεις>.

Fr. 128. Idem cft. Herc. vol. col. alt. VII f. 94 τὸ παρεῖναι καμπύλας βακτηρίας ἔχοντας πρεσβύτας.

Fr. 129, 2. βλέπω incertissima coniectura supplet Bl., et fr. 131, 2 sine causa tentat θρῖον ἐγκεφάλου κὠριγάνου, ubi scire velim quid sit θρῖον ὀριγάνου.

Fr. 131, 2. προσκρέμαται, <ξένε> vel προσκρέματ', <ὦ ξένε> iam antehac proposui.

Fr. 136. Correxi olim διανίζειν pro δανείζειν, quod de sola pecunia usurpatur.

Fr. 141, 1. De choriambi arsi soluta in hoc metro dubitans pro πότερα quondam tentavi πάτερ. Minus lenis mutatio foret φράσον. Hodie nihil novaverim. — Vs. 2. Ad ἦ σὺ Bl. cf. Theocr. X 34 ἦ τύ γα.

Fr. 149, 11. Bl. praeter Eq. 1244 cft. Lysistr. 31. In vs. 12 fortasse recte coniecit ἦν πολὺς (cum Bergkio) κατέλθῃ. Afferre potuerat Pherecratis fr. 51, 2 χαράδρα κατελήλυθεν. In vs. 2, collatis multis locis, idem proponit (p. 300 sq.) ἕνα <τιν'> ἀφ' ἑκάστης [τῆς] τέχνης. Ad vs. 8 monet similiter Eupolin ἐν Δήμοις duces et demagogos ab inferis ex terram revocatos induxisse.

Fr. 152. Legerim:

τότε μὲν <γάρ, ὦ τᾶν,> σου κατεκοττάβιζον ἄν,
νυνὶ δὲ <καὶ> κατεμοῦσι, τάχα δ' εὖ οἶδ' ὅτι
καὶ καταχεσοῦνται (pro καταχέσονται).

Fr. 154. Bl. cft. Plat. Resp. I 352 A εὐωχοῦ τοῦ λόγου, Theophr. Char. 8 εὐωχήσειν καινῶν λόγων, non sine causa hic expectans ταῖς μονῳδίαις, coll. Amphid. 28 et Eubul. III 205 M (add. Pac. 139). Si recte se habet genetivus, verbum χορτάζειν h. l. sequitur τοῦ ἐμπιμπλάναι analogiam. Medium χορτάζομαι cum acc. (γάλα λευκόν) construit Cratinus fr. 142, 1.

Fr. 156. Inutilia sunt Blaydesii tentamina εἰσὶν pro ἔνδον et ἐστι νῆστις εὖ pro ἐστὲ νήστιδες et γιγνώσκομεν aut τεκμαίρομαι pro γιγνώσκεται.

Fr. 160. Idem ἄλλος δὲ πλεκτῷ γ' εἰσέφερ', in reliquis Kockium secutus. Parodia ei videtur convivii Philoxenei.

Fr. 164. Cobeti probabam coniecturam, pro 'κ τούτου tamen cum Bothio scribens 'ξ ᾠῶν. Ita nunc quoque p. 300 Bl., qui cft. Cratini fr. 108, 3.

Fr. 165. Bl. *τὸ χρῆμ'*, coll. Ran. 795; Eccl. 148; 1164.

Fr. 167. *καλεῖ* malit Bl. pro *καλοῦ*, quod bene explicat Kock. — Cft. Bl. *δημοκόλαξ*.

Fr. 169. Post *Παυσανίου* Nauck inserit *καὶ Εὐριπίδου* ex Crameri An. Ox. IV p. 269.

Ad Gerytadem O. Crusius, Mélanges Weil, p. 81 sqq. rettulit longius fragmentum, quod primi e papyro aeg. ediderunt Grenfell et Hunt in New classical fragmenta and other papyri Oxf. 1897, p. 24, sic explens:

αὗται λαλοῦσαι τὸν [χελιδόνος τρόπον
τρύχουσι πολλοῖς τ[όνδε νουθετήμασιν
κακουμέναις γὰρ ν[ηλεῶς ἐν δράμασιν
ὑπὸ μητρυῶν τε κα[ὶ πατέρων ὥστ' οἰκτίσαι
οὐκ ἦλθ' ἀρήξων, ἀλ[λὰ . . . . .
νῦν οὖν ἄποινα π[ενταςυρίγγῳ ξύλῳ
κατὰ τὴν Μελανίπ[πην ἀποδίδωσι δεδεμένος.

Supplementum vs. 4ti pars ultima vera esse vix potest, quia comicorum sermo aspernatur verbum tragicum *οἰκτίζειν*, pro quo ipsi ex usu communi usurpant *οἰκτίρειν*, nec vs. 6 recte e Polluce VIII 72 et schol. ad hoc fragm. sumta est forma ionica et hellenistica *πενταςύριγγος* pro *πεντεσύριγγος*, nec graeca oratio est *δεῖν ξύλῳ* pro *ἐν ξύλῳ*, itaque legendum

νῦν οὖν ἄποινα πεντεσυρίγγῳ 'ν ξύλῳ.

Quia tamen vs. 6 in fine non *Π* sed *T* traditur, idem praeterea suggerit: *νῦν οὖν ἄποινα τ[αῦτα δεδεμένος τελεῖ] || κατὰ τὴν Μελανιπ-[πην πενταςυρίγγῳ ξύλῳ*. Quae si veriora, similiter corrigantur. In fr. 640 *ἑξαχοίνικον* si sanum est, recte Kock tribuit peregrino, nam Atticum est *ἑκχοίνικος*. — In novo fragmento post paragraphum secuntur litterae *ΑΛΛΑΞΕΣΤΩΝΕΤ*. — In margine leguntur haec scholia *[αὐτὸν λήρῳ τρύχ]ουσιν καὶ ν(ο)υ[θετοῦσι, ἐπ]ιβουλεύουσι.* — *οἶκτον ἔχει[ν].* — *[καλοῦ]σι πεντα[σύριγγον . . . [ξ]ύλον ἐν ᾧ[ι] [κο]λάζονται . . . .] όντων.*

Fr. 184. In Suidae loco pro *πλουτοῦντα* (*καὶ πανουργοῦντα*) neque Kockii coni. *πολυπραγμονοῦντα* neque lenior Headlami mutatio *πλάττοντα* satisfacit. Fortasse subvenit Schol. Luciani Alex. 4 Vind. *ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς πονηρὸς καὶ πανοῦργος ἔτι δὲ καὶ προδότης εἰσάγεται Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ*, unde conieci *προδιδόντα*.

Fr. 187, 2. *παροψίς* multis locis illustrat Bl. p. 302.

Fr. 188, 2. Infelicem Kockii coniecturam *ἱμᾶν* pro *ἐᾶν*, quam frustra tuetur III p. 721, profligavi monendo saltem *τῷ τρόχῳ | ἱμᾶν* fuisse dicendum, quod ipsum nunc proponit Bl. At parum probabilis est duplex mutatio, quare aliud latere credo.

Fr. 189. *πουλύποδας* malit Bl. Nullam video causam. Cf. 190 sq.

Fr. 191. *πληγαὶ λέπονται* Bl., quod non intellego.

Fr. 192. Speciose Bl.:

περὶ τοῦ γὰρ ὑμῖν ἐστι; περὶ ὄνου σκιᾶς;

deletis verbis ὁ πόλεμος νῦν, ut interpretamento. Cft. Eq. 87. Simile comparat Cratini fr. 163 περὶ σταγόνος βοείας μαχόμενος.

Fr. 198, 1. Grammaticorum testimoniis Bl. addit Philom. Lex. p. 125 τοῦ δὲ σορέλληνος σαφέστερον εἰς [l. ἐστι] σκῶμμα τὸ τυμβογέρων παρὰ τῷ κωμικῷ. — Vs. 6. τἀποβήσεται Bl. cft. Av. 1530 et Nub. 1174. Permire Kock vs. 5 et 6 Bergkii coniecturam ἀποβύσεται et τἀποβύσεται, quam ipse iure damnavit, recepit in textum.

Fr. 199. Headlam:

σοὶ γὰρ σοφίσματ' ἔστιν; <ὅτ'> ἐγὼ 'κτησάμην, κτέ.

quod ὅτ' ἐγὼ 'κτώμην dicendum fuerat. Melius Kock.

Fr. 200, 1. Bl. cft. Alexid. III 402 (M.) ὁ ζωμοτάριχος ὑποκριτής. — Vs. 2. κακοῖς pro κακὰ citra necessitatem coniecit idem.

Fr. 203. Bl. cft. Vesp. 737 et ad fr. 210 Vesp. 124.

Fr. 204. „Allusio esse videtur ad macilentos illos legatos qui ad Orcum a poetis Atticis demissi esse finguntur" Bl. Si allusio est, obscura est admodum!

Fr. 205. Idem cf. Eubul. 100 et Alexid. 60.

Fr. 209. Proponit ἔγνωκ' ἐγὼ (vel ἔγνωκα γὰρ) | τὸ χαλκίον τοὖθ' ἱστάναι καὶ μυρρίνας | τὰ κοτταβεῖα, coll. Plat. 46, 7.

Fr. 214. Placet eiusdem (p. 305) coniectura οὔκ, ἀλλὰ τοῦτό γ' ἠπίχυσις τοῦ χαλκίου, displicent quae proposuit violenter p. 58, nec necessarium videtur τοῦτ' ἔστ' (p. 305).

Fr. 216, 3. Συβαριτικάς τ' εὐωχίας malim cum Bl. Contra Λεσβίδας (γυναῖκας) Pherecr. II 339 non mutaverim cum eodem in Λεσβίας.

Fr. 217. Praecessisse οὐδὲν ἄλλο suspicatur Bl.

Fr. 218. Cft. Eupol. 338; Eubul. 37, 2.

Fr. 221. Citat G. M. Schmidt de Dithyr. p. 258.

Fr. 223. Bl. σκόλι' ἄττα κάλκμᾶνος, coll. Eupol. 139, ipse tamen citans Eupol. 280.

Fr. 224. ἱμερόεντα Hilbergii est coniectura, ut monuit Nauck.

Fr. 242. De ὀρτυγοκόπον Nauck citat schol. Ar. Av. 1297, sic expletum a Cobeto Ἀριστοφάνης <ἐν Δαιταλεῦσι καὶ Πλάτων> ἐν Περιάλγει.

Fr. 248. κακῶν τοσούτων ξυνελέγη μοι σώρακος.

Παρ' ὑπόνοιαν comicus dixit σώρακος pro σωρός. Cf. Plut. 270 πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν ἐγωγ' ἔχοντα σωρόν et 804 ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς ἐς τὴν οἰκίαν | ἐπεισπέπαικεν οὐδὲν ἠδικηκόσιν.

Fr. 249. ὦ μέλε pro ἐμὲ coniecit Bl. Optime Cobet <ἐς> ἐμέ.

Fr. 267. Bl. malit τινός pro ἐνί (sic Porson pro ἔνι). Quidni ἑνός? Idem Add. p. 305 ἑνός γέ του, coll. Pherecr. 77. Sed recte Porson. Cf. Kock.

Fr. 270. Pro Meinekii coniectura ἐσκρουσαμένους facit Pherecr. fr. 105.

Fr. 271. „Euphoniae gratia πτίσσειν dicebant Attici ut πατάσσειν πτύσσεσθαι etc." Bl. At πατάσσειν atticum non est, sed παίειν, πατάξαι.

Fr. 272. Verumne sit traditum χωρεῖ an χώρει (Naber) in hac brevitate non potest diiudicari.

Fr. 278, 1. Pro ἔστιν κρίσεις Kock, εἰσίν Bl. coniecit. Fortasse fuit κρίσεις || εἰσὶν γὰρ ἡμῖν κτέ. aut δίκη || ἔστιν γ. — In vs. 3 ἐν ᾧ ποιοῦμεν τὰς δίκας καὶ τὰς γραφάς insolenter admodum dictum est ποιεῖν. Expectatur ἐν ᾧ λαχεῖν δεῖ κτέ. — Vs. 5. Bl. cft. Plat. Legg. XII 958 B.

Fr. 281. 2. Hic (et ubique) cum Bl. corrigatur λυχν(ε)ιδίον.

Fr. 283. Part. γενόμενος ex noto usu Hellenistico = παραγενόμενος interpolatum est. Cf. Lexicon meum Suppl. p. 174 et Appendicem, quae brevi sequetur, s. v. γίγνεσθαι. Speciose φερόμενος corr. Kock. Nimia molitur Bl. p. 60, nec vulgatam satis tuentur Antiph. 35 et Alex. 261, 1, quos locos citat p. 306. Non enim atticum videtur γίγνεσθαι εἰς.

Fr. 294, 1. τῆς cum optimo codice pro τοῖς Nauck et vs. 3 ἔγωγ' ὁμοῦ pro ἐχρῆτό μοι.

Fr. 296 et 401. τήμερα pro τήμερον suspecta mihi lectio. Similiter iudicare video Bl.

Fr. 303. Nauck citat Hes. ἀνακωδώνισον (cod. ἀνακοδήνισον)· ἀνάσεισον.

Fr. 304. Bl. cft. Eq. 244.

Fr. 305. De extrema notae parte omnino cf. Nauck, Mél. VI 78.

Fr. 317, 2. De vino Peparethio, generoso ut h. l., Bl. cft. Soph. Phil. 548; Dem. 35, 35; Plin. N. H. IV 72. XIV 76; contra parvi existimat Hermipp. 82, 12. — Vs. 3. Idem cft. Av. 1253 στύομαι τριέμβολον. — Ibidem sine causa coniecit οὐκ pro οὐδ', coll. fr. 324 K. et Alexidis fr. III 165 M. Eodem iure pro οὐδὲ vs. 2 reposueris οὐχί (quod revera postulat p. 306), sed nil mutandum videtur. Non magis necessarium puto fr. 318, 2 cum eodem πουλύπουν pro πουλύπους (cf. τευθίδες ibidem vs. 3), nec vs. 3 ἢ ὀρφῶς (pro ὀπτᾶτ'), quod etiam metro vix convenit, nec vs. 6 sq. πυόν et σχαδόνας pro nominativis, nec vs. 8 κοπιῶσαισιν ἐχορηγήσατε, ubi merito Kock recepit optimam Meinekii emendationem.

Fr. 318, 2. καρίδων. Docet Iacobii Index antiquiorum comicorum Cratini, Eupolidis, Aristophanis esse κᾰρίς, καρίδος, recentiorum κᾱρίς, κᾱρῖδος.

Fr. 319. Apposite Bl. cft. Vesp. 1151 et 913.

Fr. 320, 1 sqq. Similem mundi muliebris enumerationem esse apud Pherecratem ἐν Λήροις et Nicostr. fr. 33 monet Bl. Vs. 1 cft. Martial. XI 98, 6 „Nec labra pingui delibate cerato." Plura de hoc loco idem pag. 307 sq. — Vs. 3. Cf. etiam Phot. ὄλεθρον· τὸ <κοσ>μάριον τὸ γυναικεῖον, ut O. Schneider ante M. Schmidt correxit pro μόριον. — Vs. 9, coll. Clementis lectione, Bl. continuat personae A, coniciens οὐκ ἔλεξά πω. — Vs. 14 sq. in Kockii con-

iectura εὐπετῶς pro ῥᾳδίως non esse comicae dictionis olim monui; postea proposui ὧν | οὐδ' ἂν λέγων λεξειέ (λήξειέ?) τις <τὠνόματα>, nec praefero Blaydesii coniecturam ἃ | οὐδ' ἂν λέγων λέξαι (vel εἴποι) τις. Optativorum formae in $\overline{αι}$, $\overline{αις}$ extra parodiam in senariis non sunt veterum comicorum. — Ad vs. 11 χλίδωνα Nauck monet Herodian. II 728, 18 citandum fuisse vel potius Choeroboscum ad Theodos. p. 75, 14 et scholia ad Aristophanem.

Fr. 321. ὅσ' ἦν — περιέπεττον Bl., sed multo simplicior est Bergkii correctio.

Fr. 325, 1. De voce πτέρυξ Bl. citat Poll. III 54 et de toto loco Ran. 411. — Vs. 2. τὸν ἀπόδεσμον Bergk lenius quam Bl. τοὺς ἀποδέσμους pro τῶν ἀποδέσμων. Pro Bergkio facit etiam Lucian. Dial. Mer. 12, 1, quem citat ipse Bl.

Fr. 327. Probabilius Cobet τίθεσθαι quam ego γε κεῖσθαι, licet Blaydesio hoc verum videatur, scripto praeterea τούτῳ pro αὐτῷ (cf. Kock). Recte Zielinsky in Etymolog. magn. 92, 26, corrigit ἐκλήθη παρὰ τὸ ἀμφ' ὁδὸν pro παρὰ τὴν ἄμφοδον, monens, coll. Thesm. 881 sqq., Mnesilochum fugae intentum citare Antiopae Euripideae Dircen fugientis prologum. Ibidem recte Fritzsche παρὰ τὸ ἀμφὶ (pro παρὰ) τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι.

Fr. 328. Locis a Kockio citatis Bl. addit Sophoclis fr. 61, 3.

Fr. 329. Zielinsky cft. Thesm. 204 sq.

Fr. 332. Bl. cft. Antiphan. 217, 23 et Eubul. 75, 13.

Fr. 333, 1. Formulam ἦ μέγα (μέγας etc.) et similes multis exemplis illustrat Bl. p. 309, ubi recte probat Bergkii correctionem χρῆμ'. — Vs. 3. ἐπόριζεν coni. Bl., in vs. 4 ad ἄλλα — ἕτερα conferens Eur. Suppl. 573. Praeterea citat Diph. 43, 37; Ephipp. 24, 3; Philetaer. 9, 2.

Fr. 337. Zielinsky cft. Thesm. 337.

Fr. 345. Ludit Bl. τοῦ πατρὸς ἔτριβε, parum probabiliter. Locus vix sanabilis.

Fr. 346, 1. <μῶν> Bl. malit quam <ἦ>, de huius voculae usu interrogativo apud comicos dubitans. Vid. vero fr. 362, ubi tamen nihil vetat scribi sine interrogatione ἦ καρδιώττεις, aut (si admitti possit gravis Blaydesii mutatio οἶσθα pro ἀλλὰ) εἰ καρδιώττεις, οἶσθα πῶς χρῆσται ποεῖν;

Fr. 348, 2. τὸ pro καὶ malit Bl.

Fr. 350. Bl. κεραμευόμεναι κοτύλας μεγάλας, coll. Pherecr. II 324 M.

Fr. 351. Proposui: ἦμουν ἄγριον βάρος οἴνου, | οὐ μείξας πῶμ' Ἀ<χελῴῳ>.

Fr. 354. κορινθιάζειν vult Bl. Cf. λακεδαιμονιάζειν.

Fr. 357, 2. Pessime κράτιστος Bl., quo perit manifesta parodia.

Fr. 359. Bl. πᾶσ' ἐγάργαιῳ' ἑστία vel πᾶσα γαργαίρει στόα. Rarioris verbi novum exemplum nuperrime prodiit e Timothei Milesii Persis 105 κατάστερος (κατάστεγος?) δὲ πόντος | ἐκ λιποπνόης ψυχοστερέσιν | ἐγάργαιρε σώμασιν.

Fr. 365. Idem δαίμονα | ἧς νῦν ὁ βωμὸς θερμός ἐστιν.
Fr. 366. παῖσαι (sic ego) post παραθραύσμασι facilius elabi potuit quam παίζειν (Kock).
Fr. 376, 2. Bl. cft. ἀπεριλάλητον (pro quo male tentat ἀκαταλ.) Ran. 839. Vid. infra fr. 667.
Fr. 380. „Praecesserat, opinor, οὐ μὴ cum subi. aor. aliquo coniunctum." Bl.
Fr. 386. μετεωρολέσχας. „Grammatici menti obversatum videtur μετεωροσοφιστῶν Nub. 361 aut μετεωροφένακας 332." Miror haec scribere Bl., qui de altera Nubium editione non dubitaverit. Vocabulo optime formato in senariis locum permittit metrum.
Fr. 387. 3. Recte ἀστὺ pro ἀγορὰν postulat Nauck, coll. Menandr. 97, 2 et Alciphr. III 70, 1 (= adesp. 133 K.). — Vs. 4. Proposui quondam οἰκογενοῖν βοοῖν, hodie malim οἰκογενῶν βοῶν, quia ζεῦγος non solet cum duali iungi (cf. Bl. Add. p. 311). — Vs. 9. Rarissimo usu πολυτίμητα (pro πολύτιμα sive τίμια), quod adi. deorum epitheton esse solet. Alterum apud Aristophanem exemplum est Acharn. 760, ubi Dicaeopolidi roganti

τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ; πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;

Megarensis respondet

παρ' ἀμὶ πολυτίματος, ᾇπερ τοὶ θεοί.

ubi uterque usus coniungitur. Quae tamen peregrini verba locum nostrum vix satis tuentur, quare hic fortasse legendum

τριταῖα <καὶ> πολύτιμα, βεβασανισμένα.

Fr. 388, 2. ᾗ pro ἣν, de structura verbi βλέπειν c. Acc. ap. Aristophanem dubitans, coniecit Richards.
Fr. 389. 2. ἔξεχ'. Bl. cft. Vesp. 771; Dem. p. 1071, 2.
Fr. 390. Cf. Lex. Sabbaït. p. 20, 2 καὶ τὸ Ἀριστοφάνους ἐν Νήσοις· ἀλλ' — ὢν, tum male λέγει δὲ <καὶ> περὶ κτέ. (ut schol. Ven.) et rectius κυρίως <δέ> ἐστιν κτέ., sed minus bene deinde om. οὕτω.
Fr. 395. κύψασα κάτω. Bl. cft. Vesp. 279. 349.
Fr. 409, 1. λάπτοντα, μοιμύλλοντα (i. e. θηλάζοντα Hes.) olim pro δάπτοντα (pro δαρδάπτοντα Porson), μιστύλλοντα (verba a comico sermone aliena) proposui. — κνάπτοντα Bl. et vs. 2 τὰ pro τὸν, quae non intellego. Cf. Kockii nota.
Fr. 414. κοχλίαι Bl., coll. Philyll. 27 et Alexid. 299, 2. Sed cf. Kock et Epicharmi fr. 32 Ahr.
Fr. 415. <ἐσθ'> ᾗ, deleto καὶ Bl. Male idem ἥτις pro ὅστις in fr. 416.
Fr. 423. De spiritus discrepantia in ὕρχη, ὑρχη Bl. cft. ὕσκλος, ὑσκλος.
Fr. 432. κατεσημηνάμην vel παρεσημηνάμην vult idem.
Fr. 433. Naber ἔσθειν (novae comoediae verbum) pro ἕψειν, sed Aristophanes scribere debebat ἐσθίειν (ἔσθειν adhibet in versu heroico fr. 693), quare nescio an potius corrigendum sit

ἀτταγᾶς ἥδιστόν ἐστιν ἐν ἐπινικίοις κρέας.

Fr. 437. Bl. Kockii interpretationi adversatur, vertens *τοῖς ἑτέροις* „in favour of the other party," suspectans tamen traditam lectionem. In Add. p. 312 cft. Menandr. 537.

Fr. 440. *ὀβολίας* grammatici errorem pro *ὀβελίας* ducit Bl.

Fr. 451, 2. Sic Ach. 759 et Alex. 248 *παρ' ἡμᾶς οἰκεῖ* (Bl.).

Fr. 452. *λῆρος πολὺς* e Luciani dial. mort. XX 2 affert Bl.

Fr. 453. Bl. praeterea cft. Philostr. Epist. 11; Boisson. Anecd. II 56; Plat. Legg. II 666 A; Eur. Cycl. 423.

Fr. 458. Ut *πορνότριψ* et *οἰκότριψ* (Bl.).

Fr. 459. *θησομύζειν*. Non sufficit coniectura *θησ<ειο>μύζειν*, nam antiqua componendi ratio postulat *θησειομυξεῖν*.

Fr. 461.

ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνος τέκνων·
πῶς ἐσίδω ῥύγχος περικεκαυμένον;

Infelicissime Kock *πῶς <σφ'> ἐσίδω ῥύγχος περικεκαυμένος;* quasi vero Thyestes liberos iam assos elixosve et partim comesos etiamtum conspicere posset! Vulgatis nihil est sanius et facilius ad intellegendum, modo ad *ἐσίδω* cogitemus *ἐν κατόπτρῳ*. Quomodo, miser exclamat, posthac adustum meum rostrum adspicere sustineam? Substantivi *ῥύγχος* sic adhibiti exemplis adde Herond. V 41; VII 6. Bl. cft. *αἱμορυγχιᾶν* Hermipp. 80, 2.

Fr. 463. De ficis febrem excitantibus Bl. praeterea Nicoph. 12 et Eubul. 106.

Fr. 465 1, 2. Idem elisionem *εἴκοσ'* addubitans coniecit *εἴκοσιν λογίζεται*.

Fr. 469. Schol. Plat. 322 Bekk. *παροιμία ... ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἁπτομένων δὲ τῶν μειζόνων καὶ ἤδη τῶν τελειοτέρων κτέ.* Inutilis mihi videtur Headlami coni. *ἢ δεῖ καὶ* vel *ἤ*. Si quid mutandum, transponendum *ἤδη καί*, sed in scriptore parum eleganti potius nihil mutarim.

Fr. 472, 2. Bl. 313 sq. male sollicitat *χυτρεᾶν* et *σκαλεύειν* in fr. 481.

Fr. 478. Frustra post Kockium h. l. sollicitavit Bl. Bene vulgatam defendit Nauck Mél. VI p. 79, citans exempla huius usus ad Soph. Ai. 726.

Fr. 479. Frustra *προσέκαε* Bl. pro *γὰρ κᾶε*. — Aristophanis aetate nondum *κάειν*, ut postea, sed *καίειν* Athenienses scripsisse videntur. Versum non intellego.

Fr. 480. *ὥσπερ [κόσκινον] αἰρόπινον τέτρηται.* Optime glossema delevit Kock, sed quid sibi velit coniectura.

<ὅδ'> ὥσπερ αἰρόπινον τέτρηται <τὰς γνάθους>

vellem dixisset. De plurimis enim rebus cribi ad instar perforatis cogitari potest, difficillime vero de maxillis. De homine vulnerato crebris telorum ictibus sermo esse potuit, ut in notissimo Aeschyli loco in Agamemnone (868) *τέτρηται δικτύου πλέον*, ita ut verum esse possit *<ὃ δ'>ὥσπερ αἰρόπινον τέτρηται*, post quae verba statim nova sententia secuta sit.

Fr. 488, 7 *βακκάριδι* Bl., coll. fr. II 1078 et Magn. II 10 M. — Vs. 12. coniecturam meam *καὶ θύομέν γ'* (cum Grotio) *αὐτοῖσι κἀναγίζομεν* Bl. praefert Kockianae. — Ad *κάτω βαδίζει* (vs. 4) cft. Ran. 1384, ad *χοάς* — *χεόμενοι* Her. VII 43; Aesch. Pers. 219; Soph. O. C. 477; Hom. Od. 10, 581; 11, 26.

Fr. 490. Cf. Theognet. IV 549 (Bl.).

Fr. 491, 1. Verba *χλανίδ' κτέ.* alteri personae tribuit Bl. nescio an recte. Ad vs. 3 cft. Nub. 1205; Plat. Lys. 205 D.

Fr. 494. Grammatico BA 217, 3 *κοινά γ' ὄντα* pro *κοινά, δόντα* reddidit Headlam.

Fr. 497. *λαμβάνεθ' ἕκαστος κόλλαβον* Bl. Probabilius Casaubonus.

Fr. 498. Pro *καὶ τοῦτο* tentabam *καὶ δεινὰ*, Bl. *καὶ δή 'στι.*

Fr. 500. *εἱλισσομένη* Bl. Debebat saltem *εἱλιττομένη*. Sed cf. Kock. Ipse Bl. Add. cft. Simonidis fr. 29 *ἀγωνίῳ ἐλελιζόμενος ποδί.*

Fr. 506, 4. *σπλῆνα καὶ νῆστιν* vix recte Bl. In Add. cft. Philoxeni fr. 2, 27 *νῆστις δέλφακος οἰκετικῆς.*

Fr. 515. „Imo *ἡ* (non *ὁ*) *δόκος* est opinio" Bl. Mirum si *δόκος* femininum foret, formatum ut *ὁ τόκος, ὁ πόκος* etc.!

Fr. 523. *πέρδιξ ὄρουσον* emendavit O. Crusius (cf. Bl. Add p. 315) ex codice Palat. saec. XIV miscellaneo bibl. Heidelb. qui continet proverbia Graeca (M. Treu Philolog. 1888, 196), ubi explicatur *ἀντὶ τοῦ ταχέως ἐλθέ· ἐπειδήπερ τὸ ζῷον τοῦτο ταχὺ μεθάλλεσθαι πέφυκε.* Cf. Av. 769; *κατ' ἀντίφρασιν* sic vocatur *χωλὸς κάπηλος* Av. 1292. Locus latuisse videtur Leeuwenium in novissima Avium editione.

Fr. 530. De mensis tripedibus Bl. cft. Cratin. 301, 2 et Hor. Sat. I 3, 13.

Fr. 533. *ἀλφιτόχρωτος.* Corrupte *ἀλωπόχρως* BA 381, 11. Suid. Eust. Od. p. 1968, 39. Monuit Nauck Mél. VI, 79 qui facit trimetrum hunc

⏑–́⏑ *κεφαλῆς ἀλφιτόχρωτος* –́⏑–́.

Nisi vera lectio apparuisset ex locis allatis a Kockio, coll. Herond. VII 72 facile aliquis coniecisset *ἀλω<πεκ>όχρως.*

Fr. 534. *ὡς ἄν τις ἂν οὖν ᾖ τί ποιήσας, ὦ Τελεμησσῆς;* Kock *πῶς μάντις δ' ἂν τούτων εἴην; τί ποιήσας, ὦ Τ.*; Malim *πῶς μάντις τις ἂν εἴη τούτων* (vel *τούτου*); *κτέ.*, sed fortasse aliud latet. — Bl. cft. Herod. I 78.

Ad titulum *Τριφάλης* Bl. monet Naevii comoediam fuisse Tribacelum.

Fr. 543.

ἔπειθ' ὅσοι παρῆσαν ἐπίδημοι ξένοι,
ἐπηκολούθουν κἠντεβόλουν προσκείμενοι,
ὅκως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 'ς Χίον,
ἕτερος δ' ὅκως ἐς Κλαζομενάς, ἕτερος δ' ὅκως
εἰς Ἔφεσον . . . .
οἳ δ' εἰς Ἄβυδον· ἦν δ' ἐκεῖνα πάνθ' ὁδῷ.

Quamquam irrisus a Kockio, ut qui monstra protulerim, teneo quod olim conieci, Aristophanem, ioculariter in substantivum

converso adverbio, quo Iones illi hospites identidem utebantur, scripsisse ὄκῳ, non ὁμοῦ cum Kockio, quod hic apto sensu careret, ut etiam sensit Bl., qui ipse coniecit ὄκως. Simile quid fecit idem poeta in fr. 869 apud Photium et in Bachmanni Anecd. I 382, 20: τάχας· τοὺς καταστοχασμούς, παρὰ τὸ τάχα. οὕτως Ἀριστοφάνης, necdum me poenitet veteris coniecturae, in quam post me incidit Vollgraff meus, Nub. 719 (ubi corrigatur Leeuwenii adn. critica) pro suspecto φρουρᾶς substituendum esse φρούδας, collatis vss. praegressis. — Vs. 5 satis probabiliter explevit Kock, nisi quod malim εἰς Ἔφεσον <ἢ (pro ἐς) Μίλητον, οἳ δ' εἰς Κύζικον>, aut cum Bl. ἤ 'ς Μίλητον, nec vs. 6 cum eodem necessarium arbitror rescribere οἳ δέ γ' ἐς (pro δ' εἰς) Ἄβυδον, non enim video ibi locum esse geminatae particulae, quia nulla est αὔξησις.

Fr. 544. τίς δ' εἰς ἐγγύτατα ὁ λοιπὸς τὰς ὀσφύας
ἐπὶ τῶν κοχωνῶν ἀργὸς αὐτὸς οὑτοσί;

Receptis probabilibus sane Darembergi et Schneidewini coniecturis, Kock aeque confidenter ac violenter et inepte proposuit

τίς δ' ἐστιν οὑγγὺς κατακλινεὶς τῆς ὀσφύος
ἐπὶ τῶν κοχωνῶν, ἀργοναύτης οὑτοσί;

non sentiens quam difficulter nudum τῆς ὀσφύος intellegatur, de quo in versione monet „meretricis alicuius scilicet", nec quam otiose ceteris adiecta sint verba ἐπὶ τῶν κοχωνῶν. Melius utique intellegeremus

τίς δ' ἐγγὺς (οὑγγὺς?) αὐτῆς ἁπτόμενος τῆς ὀσφύος
καὶ τῶν κοχωνῶν, ἀργοναύτης οὑτοσί;

Sed tanta corruptela coniecturis tolli nequit.

Fr. 545, 2 μέγα τι pro τὸ μέγα Bl. Vix necessarium.

Fr. 549. Cf. Menand. 826 Alex. 8; Polyz. II 867 M. (Bl.).

Fr. 559. Cf. etiam Eccl. 833 (Bl.).

Fr. 563. Bl. cft. βαλανάγρα, γαλεάγρα, κρέαγρα. Adde πυράγρα, ποδάγρα, χειράγρα et instrumenta chirurgica (cf. Herm. XXXVIII, 282 sq.) ὀδοντάγρα, ὀστεάγρα, ῥιζάγρα (qua fortasse dentium radices evellebantur).

Fr. 564 sq. Pro Ἀριστοφάνους ap. Eustath. 1720, 24 Εὐριπίδου restituit G. Dindorf, probante Nauckio, apud quem fr. Euripidis est 366. Nauck fecit cum Bergkio et Dindorfio impugnatis a Kockio. — Bl. grammaticorum locis addit Hes. ἄπιχθυς· ὁ μὴ ἐσθίων ἰχθῦς.

Fr. 569, 6. ἀμῶσιν Kockii coniecturam pro ἀροῦσιν mecum improbat Bl. Verum mihi hodieque videtur ἄγουσιν. — Vs. 8. μέγιστον <οὖν ἐστ'> Bl., qui Add. p. 316 plurimis locis fragmentum illustrat.

Fr. 576. Bl. cft. Athen. XIII 595 μὴ μόνον τρίδουλον ἀλλὰ καὶ τρίπορνον.

Fr. 579 et 581 locis illustrat Bl. Add. p. 316 sq.

Fr. 580, 1. Pro μελάντατε Seidler ταλάντατε, Bl. violentissime σοφώτατε, sed vid. Kock. — Vs. 2. Pro εἰς verissime ὡς corrigit Fix. — Vs. 3. τραγῳδίαν est calami lapsus (?) pro μελῳδίαν Bergkii, quem imprudens recepit Kock; eundem ut suam coniecturam proponit Blaydes.

Fr. 583. ἵνα ξυνῶσιν ᾧπερ ἥδεσθον βίῳ,
σκώληκας ἐσθίοντε καὶ μυλακρίδας.

Miror Kockium, quem advertit vitium metricum, non vidisse poetae reddendum esse deminutivum μυλακρίδια, sive idem restituendum sit Polluci sive non sit. In ceteris lexicis iuxta μυλακρός citatur μυλαγρίς et μυλαβρίς, quarum formarum illa est pronuntiationis varietas ut ἀγρόπολις etc., haec corruptela.

Fr. 585, 1. τέκνον in parodia productum ut Antiph. III 98; Eupol. II 477 et Κύπριν Eubul. 67, 8. Cf. Vesp. 1519 (Bl.).

Fr. 589. In fragmento a me primo edito Stud. crit. 95, 1 procul dubio corrigendum est ὡς Ἀριστοφάνης φησίν pro Σφηξίν, quod nec me ipsum tunc nec postea, quod sciam, quemquam perspexisse impense miror. Infelicissime Kock coniecit Ἔρωσιν.

Fr. 590. ἀμυγδαλᾶς — κάταξον. Cf. Phryn. II 603 ἀμυγδαλῆν κάταξον et ἀμυγδάλην Phryn. 60. De accentu iam antiquitus non constabat. Vid. Athen. II 52 F. Herodian. I 321, 32. Lentz. Haec Blaydes. Suadere videtur analogia ut ἀμυγδάλη scribatur fructus, ἀμυγδαλῆ arbor. — Ad κάταξον cf. καρυοκατάκτης, quod instrumentum μουκηροβαγόρ vel μουκηροβάκτας (?) appellabant Lacones. Cf. Hesych. s. v.

Fr. 591. τὴν χύτραν,
ἐν ᾗ τὰ κρεάδι᾽ ἧψες ἐξωμευμένα.

Kock ἧψε τἀξωμευμένα. Possis etiam ἐν ᾗ γε (vel σύ) — ἐξωμευμένα.

Fr. 596. Multo audacius Timotheus fr. 22 ed. Wilamow. clipeum vocavit Ἄρεως φιάλην.

Fr. 598. Erravit Kock; λέλαφας est Hesychii lectio, quam ante Cobetum Bergk pro λέμφας reddidit Photio, ut monuit Nauck.

Fr. 607. Bl. cft. Sophronis fr. 34.

Fr. 612. Probabiliter Bl. ἐνταῦθα δὴ <τὸ> παιδάριον [ἐξ]αὑαίνεται, citat enim Suidas s. v. αὑαίνεται. Formae αὑός et αὑαίνειν cum spiritu aspero ubique reddendae sunt veteribus. Cf. ἀφαναίνειν.

Fr. 614. Speciose idem: τὴν φάρυγα μηλώσας δύ᾽ ἐξεμέσεις δραχμάς (an δραχμά?).

Fr. 615. Pro συλλαβεῖν me proponentem συμβαλεῖν (me intellecturum) impugnat Bl. post Kock III p. 723. Vera tamen esse potest coniectura, modo interpretemur me coniecturum. Ὑπίσχομαι = ὑπισχνοῦμαι adversus Kockium Bl. ut atticum tuetur coll. προσίσχεται Ar. Pl. 1096, nec tamen dubitationem evertit; nam ἴσχειν cum compositis pro ἔχειν Atticis satis familiaria sunt, sed quis eorum umquam populari sermone in Praesenti dixit ὑπέχομαι sive ὑπίσχομαι pro ὑπισχνοῦμαι? Si igitur homo atticus hic loquitur, admittenda est parodia sive paratragoedia, coll. Aesch. Eumen. 804.

Fr. 619. γραμμή = βαλβίς esse, coll. Ach. 483, olim monui et sermonem hic esse de oratore verba facturo. Cur praestet χώρει, quod coniecit Bl., non perspicio.

Fr. 620. Cf. nota locutio κλα(ί)οντα καθίζειν τινά.

Fr. 621. Citat Nauck Et. Voss. p. 267, superflua esse monens Kockii verba „et Varin. — 108 Dind." Idem σαυτὸν (Lex. Vind. σεαυτὸν) legit pro αὐτὸν.

Fr. 622. Bl. οὕτω τι — γλυκύ vel οὕτω 'στί — ἱφίμερον inconsiderate, optime enim ἐστιν μέλι (pro ἔστι μέλει sive ἔτι μέλλει) olim C. F. Hermann et Meineke emendarunt. De οὕτω τι recte Bl. contulit Menandri fr. 287 et Posidippi fr. 19, nec scribendum οὐχ ὥς γε cum Kockio.

Fr. 626. Corrigendum esse ἐκμαίνετον (pro ἐκβαίνετον), scil. voluptate, olim docui (cf. etiam Bl. Add. 318); violentius εὐφραίνετον coniecit Kock. Emendationem (626) κᾆτ' ἀντιβολεῖτον ante hunc invenit Kontos. De verbo ὑποπίπτειν Bl. cft. Vesp. 555; Eq. 47. — Bl. citra necessitatem τοῖσι σχήμασι.

Fr. 628. ἁρπαγαῖς τρέφων Nauck ante Kockium.

Fr. 629. De δεινῶς Bl. cft. Metag. II 752; Epicrat. III 371 M.; Herod. II 76. 149. Nihilominus inutiliter tentat γὰρ δὴ vel ἤδη pro tradito δεινή.

Fr. 630. λάβρακα pro γέλωτα proponit Bl., qui lenius certe potuerat γαλεώτην. Tametsi locum (propter brevitatem) non plane intellego, cf. Ran. 43

καί τοι δάκνω γ' ἐμαυτόν, ἀλλ' ὅμως γελῶ.

Verte: „risum de salsamento devorabo".

Fr. 633. De attractione Bl. cft. Hermipp. II 415 M.

Fr. 636. Ante Bl. contuli Pherecr. 51, 3.

Fr. 640. Si sanum est, quod etiamnunc dubito, ἑξαχοίνικον, peregrino hic vs. tribuendus cum Kockio. Pro Kleinii coniectura ὀκταχοίνικον Bl. iure postulat ὀκτωχοίνικον.

Fr. 646. Uno vs. Bl. (ut Kock, qui tamen servat ἐοικέναι)

προσεικέναι γὰρ αὐτὸν οἶμαι κόλλοπι

probans hanc Cobeti meamque coniecturam. Facile autem hac verborum transpositione carebimus.

Fr. 647, 2. τὰ κάρυά μου 'ξέφηνεν (pro μοὐξέπιπτεν) Bl. Quidni per crasin μοὐξέφηνεν? Idem servans accus. absol. (in comoedia suspectum), προύκνψεν (παρ-, ἐξ-). Praestat nihil novare.

Fr. 651. ἀνήσεις cum cod. Falck. aut ἀνήσει praefert. Bl. Res diiudicari nequit.

Fr. 653. Temere Bl. φέρειν δεῖ pro φέρειν νῦν, et fr. 654 B. <πόθεν> εὐθύ.

Fr. 657. Cft. Bl. latinum floccos legere (Cels. II 6) et Theophr. Char. II, 21 et alios locos p. 70 et 319. Pro παρῶν coniecit προστρέχων. Lenius Bergk περιιών; Kockianum παρακορῶν non intellego.

Fr. 667. ἀπεριλάλητος Αἰσχύλος.

Ita dici videtur a poeta, ut Euripidi opponatur. Cf. Ran. 839. De verbo περιλαλεῖν cf. Ar. Eccl. 280.

Fr. 668. Lege ηὕρηκα.

Fr. 671. Ἐξηκεστίδης ἔχων λύραν,
ἔργον Εὐδόξου, τιταίνει ψιθυρὸν εὐήθη νόμον.

Mireris verbum epicum τιταίνειν. Num fuit
ἔργον Εὐδόξου τι, τείνει?

At obverti possit pronomen impersonale huiusmodi locutionibus addi non solere, nec simplex τείνειν, sed compositum ἐντείνειν attice sic usurpari. Apprime placeret λιγαίνει, si in comoedia hoc verbum obvium fieret.

Fr. 672. ὃς τὰ μὲν ἀφανῆ μεριμνᾷ, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει.

Propter oppositum χαμᾶθεν monui olim (coll. Eupol. 146 b.) expectari ἀνέκας, i. e. τὰ μετέωρα. Per se quidem ἀφανῆ optime se habet. Blaydes cft. Soph. fr. 671; Eur. fr. 808 et 905; Monost. 18; Plat. Theaet. 174 A; Kock Eupol. 146, qui tamen loci num hunc satis tueantur valde dubito. Genuinam formam atticam χαμαῖθεν ducit Blass.

Fr. 673. Bl. ἐμοί γε (τοι K.) πᾶς ἀνέρριπται. Qui Add. p. 319 recte animadvertit „Ergo antiquitus aleas sursum iactabant, non, ut nos, deorsum."

Fr. 675, 1. Bl. cft. Eubul. III 261, 262; Men. IV 179. Miror et hunc et Kockium neglexisse Ar. Eccl. 652. — Vs. 2 sq. Quondam proposui:

ἐπὶ τὸ δεῖπνον δ' ὁ χορὸς ἤδη μ'
ὁ φιλοτήσιος καλεῖ.

pro ὡς ἤδη καλεῖ μ' | ὁ χ. ὁ φιλ.

Fr. 678. πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντες.

Bl. in ed. sua p. 304 proposuit audacter

πολλὰ τοιαυτὶ σχήματα δευρὶ κἀκεῖσε σχηματίσαντες.

Sed tam violenta correctio nullam habet πειθανάγκην. Vitii sedes est καὶ δεῦρο, unde quondam elicui κἄθ' (καὶ εἶθ') ἕτερα. Alia suasit Kaibel ap. K. III p. 723.

Fr. 682. ἵν' ἐπαγλαΐσῃ τὸ παλημάτιον καὶ μὴ βήττων καταπίνῃ.

Tussiens quo pacto quis possit cibum degluttire, omnino me latet. Vix dubito quin poeta scripserit

καὶ μὴ βήττων γε μιάνῃ,

neve tussiendo inquinet.

Fr. 683. κίρναντες, ut ἐγκιρνᾶσιν Eccl. 841 (Bl.).

Fr. 686. τὸν σαπέρδην ἀποτῖλαι χρὴ
κᾆτ' ἐκπλῦναι καὶ διαπλῦναι.

Vereor ne ultimum verbum e praegresso labem traxerit, non quod nusquam alibi hoc compositum reperitur (cf. διανίζειν), sed quia post ἐκπλῦναι parum est commodum. Quid tamen substituendum sit ignoro. Ariolari v. c. possis χάλσὶν σμῆσαι.

Fr. 687. Cf. Mnesim. III 569 M. (Bl.).

Fr. 697. Bekkeri coniecturam ἐμόλετον pro ἐμόλετε merito improbat

Kontos Λογ. Ἑρμ. I p. 31, de caesura post tertium proceleusmaticum neglecta conferens Timothei fr. 7, III p. 622 Bergk.; Diog. L. 6, 79; Aristoph. fr. 698 K. Item Kockii supplementum πιθομένῳ iure damnavit Nauck, Mél. VI.

Fr. 707. Cft. Bl. Hes. gl. χορταιοβάμων· χορταῖον τὸ ἔνδυμα τοῦ Σειληνοῦ.

Fr. 711. σαρκίνη γῆ Eupol. II 573 M. cft. idem.

Fr. 712. Alio sensu Hes. ἀπόμακτρα· ξύλα. τὰς σκυτάλας ἐν αἷς ἀποψῶσι τὰ μέτρα (Bl.). Eodem sensu σκυτάλη usurpabatur. Cf. papyri Amherstiani II 43, 9 et Musaei Gizehiani, pap. 10250 (Euergetae aet.); Archiv f. Pap. II 80 et Dict. des ant. Gr. et Rom., Daremb. s. v. mensor p. 1727 A extr.

Fr. 722. κνημιοπαχές. Cf. παχύκνημος Pl. 560 (Bl.).

Fr. 723. λεπρῶν et μυδῶν coniecit Naber. Bl. ad ὀξηρόν cft. Herod. III 6 κεράμιον οἰνηρόν. Add. ἰχθυηρός.

Fr. 732. Cf. Hes. φιλοκηδής· ὁ κηδεμονικός ibique M. Schmidt.

Fr. 746. Contra εὐξυνεσία et εὐπαιδευσία dici observat Bl.

Fr. 750. Vid. ad fr. 612.

Fr. 761. βωλοκοπεῖν. Cf. πιττοκοπεῖν Alex. 264, 1 (Bl.).

Fr. 769. δυάκις καὶ τριάκις. Ioco ita dixisse poetam credo in versu ubi plura adverbia in -κις praecesserant, nam quod Hesychius tradit τριάκις ἀντὶ τοῦ τρὶς Λάκωνες parum credibile. Fortasse olim citabatur Λάκωσιν, sive Cratini, sive Eupolidis, sive Platonis, sive Nicocharidis, sive Eubuli fabula respiciebatur. Eodem ioco uti potuit Aristophanes, cui haec tribuit BA 942, 22. Hinc corrigatur Lexicon meum suppletorium et dialecticum s. v. δυάκις.

Fr. 775. ἐπροξένει. „Prorsus iuxta regulam". Nauck.

Fr. 786. εἴ ποθεν recte coniecit Headlam.

Fr. 804. τελενικίσαι et λεγνῶσαι parum probabiliter proponit Bl. p. 72; melius λαγονίσαι, ut πυγίζειν, Bergk pro λεγωνῆσαι.

Fr. 809. Λίστριον et λίστρον per diphthongum λείστριον et λεῖστρον scribenda videntur. Cf. Lexicon meum suppl. et dial. p. 493 s. v. λείστριον.

Fr. 810. Grammaticus Aristophanes intellegendus cum Wilamowitzio et Nauckio.

Fr. 813. Etymologiam verbi tentat Bl. p. 321.

Fr. 823. Forma ἀλάβαστον unice attica est. Cf. Meisterh.[3] 82, 5.

Fr. 856. Atticum est σφογγίας.

Fr. 865. De σύμποδα cf. Herond. III 96.

Fr. 866. συρβατύρβα probabiliter Nauck, coll. Hes. σύρβα· μετὰ θορύβου. Bl. cft. topsy-turvy.

Fr. 880. Bl. cft. ὑπόγραμμα et ὀμματογράφος.

Fr. 884. Φλεήσιον· τὸ Φλιάσιον πεδίον Phot. et EM omisso poetae nomine, quapropter Dobree id ad proximam glossam apud Photium

(φληνάφα) traxit, fortasse recte, nam Φλεήσιον pro Φλε(ι)άσιον (cf. Meisterh.[3], p. 36, 3; 53) atticum non est. Si tamen legebatur apud Aristophanem, necesse est Ionico homini formam tribuamus.

Fr. 892. Male Bl. ψόφου pro ψοθοίου, quod recte Dobree in ψόθου mutaverat, nec cum eodem Aristophanes grammaticus intellegendus videtur.

Fr. 896. αἱ γυναῖκες τὸν δορίαλλον φράγνυνται.

Vetus Atthis postulat φάργνυνται. Pars esse videtur Eupolidei, cui desunt quattuor syllabae ⏑̲–⏑–. Suspicor:

αἱ γυναῖκες τὸν δορίαλλον φάργνυνται <πάσῃ τέχνῃ>.

Sitne δορίαλλος an δορίαλος vera lectio ambigitur; si haec, vocalis ᾱ longa est.

Fr. 898, 1. ὀφλῶν correxi olim pro ὄφλων; in vs. 2 περίκειμαι gravi errore suasi pro ἐξῆμμαι; non minus gravi, quamvis evitato vitio metrico, Bl. ἐνῆπτο, quod absurde coniungitur cum ἐγώ. Nunc propono:

ἐγὼ διὰ ταῦτα, μὴ γέλων ὀφλῶν λάθω,
περὶ τὴν κεφαλὴν τέθηκα πηνίκην ἐμοί.

Ceterum optimo iure dubitat Kock num recte Bergk ex Plutarchi loco Sympos. 3, 2 Aristophani hos vss. tribuerit. Antiqui comici esse tradit, qui verba citavit, grammaticus Darmstadtiensis. Τέθηκα, quamvis incertum, aptissimum esse vel inde apparet, quod πηνίκη vocabatur κόμη περίθετος sive πρόσθετος (?) sive ἐπίθετος, si ita scripsit idem grammaticus, nec potius (quod crediderim) λέγεται δὲ πηνίκη ἡ περίθετος κόμη. Controversus est locus Thesmoph. 257, ubi Euripidi dicenti κεκρυφάλου δεῖ καὶ μίτρας Agathon respondet:

ἡδὶ μὲν οὖν
κεφαλὴ περίθετος, ἣν ἐγὼ νύκτωρ φορῶ

ut legit iam Pollux Onom. II 35. Probabiliter tamen ibi Meineke, assentiente Dindorfio, correxit:

κεφαλῇ περίθετον ἣν κτέ.

Nam vulgatam lectionem non tuetur περίθετον πρόσωπον (persona s. larva) in Aristomenis fr. 5 K. Simillime h. l. fur aliquis aut moechus dicit se, ne agnosceretur, falsis capillis caput suum abscondidisse. Non ipsum poetam haec de semet ipso dicere potuisse satis certum arbitror. Lenior Fritzschii coniectura ἐξῆψα ferri nequit, quod non addito ἐμοί, graecum foret ἐξηψάμην, sed enim usus hac in re suadet περιτίθεσθαι, aut περιτιθέναι ἑαυτῷ, quare τέθηκα — ἐμοί praetuli suspicatus ἐξῆμμαι esse glossatoris.

Fr. 902 b. Bl. proponit σὺ δ' ἐκ ποδαποῦ πέπλευκας, εἰπέ μοι, πέδου; pro ποίου τελεῖς τοῦ δαπέδου, sed ποίου correpta diphthongo sanissimum est et in manifesta parodia locus non est anapaesto; reliqua coniectura quamvis paullo violentior, satis probabilis.

Fr. 912. „Perfectissimos lyricos chromate semper et ubique absti-

nuisse, Agathonem autem primum in tragoediam id induxisse monuit Boeckh de M. P. p. 251." Bl.

Fr. 983 in Blaydesii ed. p. 402 sq. *Ἀσπαζόμεσθ' ἐρετμία καὶ σκαλμίδια* neglectum a Kockio. Bene l. l. ea verba tentavit Bl.

Fr. 929. „Cf. Cobeti Coll. crit. p. 162 et Dindorf. ad Eccl. 540." Nauck.

Fr. 933. Vid. Nauck Mél. VI p. 83.

Fr. 941. Vid. Nauck Trag. Fragm. p. 51.

Fr. 946. Vid. idem Mél. VI p. 83.

Fr. 968 b. E cod. Bruxellensi O. Hense de Stobaei florilegii excerptis Brux. p. 35 haec protulit: *Ἀριστοφάνης·*

πατρὶς δὲ πᾶσα τῷ πένητι προσφιλής,
ἀφ' ἧς τροφήν τε καὶ τὸ μὴ πεινῆν ἔχει.

Cf. Ar. Plut. 1152 ibique scholia.

Fr. 969 c. E Suida s. v. *κάθαρμα* vs. Aristophaneum *οὐκ ἀποφθερεῖ, κάθαρμα, κἀκποδὼν ἡμῶν ἄπει;* protulit Nauck Mél. VI 84. Legitur ibi *κάθαρμα· οὐ φθείρῃ κάθαρμα, εἶπε, καὶ ἐκποδὼν ἡμῖν ἄπει;* Vide autem annon servari possit *ἡμῖν* (dat. eth.). Cobet correxerat *οὐ φθερεῖ.*

Aristophani fortasse tribuendum est veteris comoediae fr. Pap. Oxyrrh. II p. 20 sqq., quod tractavi in Mnemos. nov. vol. XXVIII p. 122 sqq.

Platonis fr. 3. Nauck Mél. VI p. 84 sq. Platoni abiudicat hoc fragmentum, a Ptolemaeo (cf. Phot. bibl. 151, 5) fictum ratus et probat vs. 3 Meinekii coniecturam *ἑλεῖτον.*

Fr. 8. Cum Bl. pro *τυροκνῆστις* corrige *τυρόκνηστις.*

Fr. 10. Bl. *<ἀλλ' ἐκ>δότω <μοι> κτἑ.* Sed cf. Lysippi fr. 9, 1. Pro babilius Bentley vel Porson apud Kockium.

Fr. 13. *μαλλωτοὺς* coniecit idem.

Fr. 14, 2. Iucundius sonaret *τὰ κοινὰ καὶ συκοφαντεῖν.*

Fr. 22, 1. *ἡμῶν* malit Bl., praeferens Porsoni huius loci constitutionem.

Fr. 24. *εἰ μὲν οὖν σὺ τὴν θάλασσαν ἀποδώσεις ταύτην ἑκών·*
εἰ δὲ μή, ταῦτα πάντα συντριαινῶν ἀπώλεσα.

Tentavit Kock:

εἰ μὲν σὺ δώσεις τὴν θάλατταν· εἰ δὲ μή,
ἅπαντα ταῦτα συντριαινῶν ἀποκλύσω.

Sed displicet quod verbum *ἀποδιδόναι* rectissime adhibitum de re debita mutavit nec obsecutus est aliis requirentibus aptius h. l. compositum *κατακλύσω.* Scripserim igitur:

εἰ μὲν ἀποδώσεις τὴν θάλατταν· εἰ δὲ μή,
ἅπαντα ταῦτα συντριαινῶν κατακλύσω.

Non de apoclysmo, sed de cataclysmo hic agitur. Interpolata sunt verba *σὺ* et *ταύτην ἑκών,* depravata *ταῦτα πάντα* et *ἀπώλεσα,* pro quo *ἐξολῶ* coniecit Bl., quod non praefero.

Ad *Ἑορτάς* rettulit Headlam BA 78, 22 *ἀψυχίαν ἀντὶ τοῦ δειλίαν Πλάτων Γοργίᾳ*, corrigens *Ἑορταῖς*. In Gorgia vocabulum non extat.

Fr. 28, 1. *οὐδὲ ̔ν* (mecum) *δεῖ ᾿ποκτανεῖν* coniecit idem, nescio an recte.

Fr. 30. Haud temere Bl. *ἡμᾶς*, quod cum Cobeto deleverunt Meineke (qui antea servarat) et Kock, necessarium ducit. Quare nescio an aut transponendum sit post *Εὐριπίδου*, ut ordiatur vs. tertium, aut potius post *γένοιθ᾿*, ut fuerit:

— — ◡ (v. c. *ἀλλ᾿, ὦ φίλ᾿*) *εὖ γέ σοι γένοιθ᾿, ἡμᾶς ὅτι*
ἔσωσας ἐκ τῶν σῖγμα τῶν Εὐριπίδου.

Fr. 34. Pro *ἀμφίκολλον* schol. Synesii p. 638, 36 p. LXXII Herc̷h. et Synesii epist. 3 *ἀμφικέφαλον* habere monuit Nauck. Cf. lexica.

Fr. 43, 1. *ἀργόν* male in *οὐδέν* mutat Bl. Explicandum videtur res iners. Cf. *ἐνεργεῖν* adhibitum de coitu. Scil. mulier *καθεύδουσα οὐ προσκινεῖται*. Aeque improbabile est quod fr. 44 *αὐτόν* mutat in *ἰχθύν*. Librarii talpae non erant, ut arbitror, ut verba dissimillima non distinguerent.

Fr. 46, 3. Bl. malit *ἀλλ᾿ ἔστ᾿ ἀγγεῖον; A. εἰς θυείαν παιστέον* aut *ἀλλ᾿ οὐκ ἔστ᾿ ἄγγος A. εἰς θ. π.* Posterior coniectura valde mihi placet et Kockianae praeferenda videtur. Paullo tamen lenius possis *ἀλλ᾿ ἄγγος οὐκ ἔστ᾿ κτἑ.* et fortasse praestat forma *θυῖα*. — Vs. 10 cum eodem malim *τῶν ᾿Ισθμίων*, aut lenius *τῶν ᾿Ισθμιάδων*, ut dicere solet Pindarus; sed nihil mutare praestiterit.

Fr. 47, 2. Bl. pro *πέμπειν* coni. *βάλλειν*, quod nemo librarius ita mutasset, aut *ἀφιέν᾿*, quod sane, si quid mutandum esset, multo foret probabilius. At cf. 51, 3 *γλῶτταν ἀγαθὴν πέμπετε* = *ἀφίετε*.

Fr. 49. Recte, ni fallor, Bl. *ὥσθ᾿ ἅττ᾿ ἔχω | ταῦτ᾿ ἐς ταρίχους ἀπολῶ*, aut *ἀπολέσαι*, praeterea tentans *ἀποβαλῶ*, *ἐξαναλώσω* et alia.

Fr. 51, 1. Bl. cft. Eupol. II 464 et Ephipp. III 839, vs. 3 citra necessitatem coniciens *καλλιερῆσθε*.

Post fr. 54 e lexico Sabbaïtico p. 3, 1 adde: *ἀφροδίσιος λόγος Πλάτων εἶπε Διὶ κακουμένῳ* et deinde *καὶ Ἀφροδιταρίδιον ὁ αὐτὸς ὑποκοριστικῶς*

οἴμοι τάλας, ἀπολεῖς μ᾿, Ἀφροδιταρίδιον
γλυκύτατον, ἱκετεύω σε, μή με περιίδῃς

scil. *ἀπολλύμενον*, si integram sententiam attulit grammaticus. Ipsius Herculis ad meretriculam verba videntur. Codex utrobique habet *Ἀφροδιταρούδιον*.

Fr. 55. Malim cum Bl. *δὲ δεῦρο* pro *δεῦρο δή* (*σὺ δεῦρο* Kock).

Fr. 56. Idem *τίς γάρ σε, τίς — βοράν;*

Fr. 58. *ἀλλ᾿ αὐτὸς ἀπαρτὶ* vitioso metro. Cod. *αὐτὸ*. Bl. *αὐταπαρτί*, quod neque legit grammaticus de *ἀπαρτί* agens neque usquam traditur. Melius idem *αὐτὸς δ᾿*, deleto *ἀλλ᾿*. Num forte *ἀλλὰ τότ᾿ ἀπαρτὶ κτἑ.*?

Fr. 59. <τὸ πίος ἂν> ἐψάθαλλε λεῖος ὢν <πάνυ>. Bl., qui cft. κναθάλλειν ductum a κνῆν, ut ψαθάλλειν a ψῆν.

Fr. 65. ἐπινέφελος. Cf. verbum ἐπινέφειν. Sine causa Bl. περινέφελος.

Fr. 66. ἴσσα. Cf. Herond. III 93.

Fr. 67. Ante Bl. contuli Ran. 854 κεφαλαίῳ ῥήματι; hic cft. Com. anon. IV 663 M. ἁμαξιαῖα ῥήματα. — Vs. 2 Bl. παραστὰς συμμοχλεύω coniecit, ego olim παρεστὼς διαμοχλεύω, sed fortasse recte Bl. ῥήματος; B. τούτῳ παρίστω καὶ μόχλευε τὰς πέτρας. De sententia non satis constat.

Fr. 68, 2. Recte ψυχήν (cod. ψυχή) sine articulo non fert Bl., sed non magis ferendum ψυχὴ in ipsius coniectura pro ἡ ψυχή. Scripserim B. τὸ σῶμά γ', ἡ | ψυχὴ δ' ἀνήκειν ὥσπερ Αἰσώπου (= ἡ Αἰσώπου cum illo) ποτέ.

Fr. 69, 2. Verissime εἰσφέρεις pro ἐκφέρεις Bl.; vs. 3 idem κἀγώ γε (pro δὲ) sine necessitate; vs. 5 cum eodem probo Cobeti coniecturam; vs. 9 Elmsleianam, pro qua minus leniter ipse proponit ἐπιτέθεικεν, quae non est forma Attica, sed ἐπιτέθηκεν. — Vs. 10 idem corr. αὐτὸν (sc. τὸν τρίγωνον) pro αὐτὸ, at instrumentum musicum neutro genere appellari potuisse docebit Stephani Thes. Dind. s. v. VII 2426 sq.

Fr. 71. De Meinekii coniectura πλήσας pro πάσας, probata Blaydesio, nonnihil dubito, cum quia non est necessaria (cf. Kock), tum quia comicae dictionis est ἐμπιμπλάναι. Menandro in Ἀνδρογύνου fr. 5 olim reddidi πληγὰς pro πλήσας.

Fr. 77. In antiquae comoediae poeta requiro κλῆν, παρακλήδιον. — Quaesitum a poeta parallelismum frangit Blaydesii coniectura παράσημ' ἄττα.

Fr. 82. δὲ non Platonis esse, sed Pollucis bene observat Bl.

Fr. 83. Probata mea correctione, recte Bl. tuetur οὐ, posito in fine interrogandi signo.

Fr. 84. Rectius Meineke ἐντεῦθεν, quo admisso Bl. tentat ἥξει (cod. P.) λύχνον | <ἔχων s. φέρων> δίμυξον, sed plane sufficit Meinekii correctio. Vix recte αὐτῶν pro ἄκρων coni. Kock. Cf. Ar. Ach. 638.

Fr. 85. Recte Bl. λυχνούχους; B. δηλαδή.

Fr. 86. οὐ pro μή Bl. Quod verum esse potest, quia haud raro librarii utramque voculam propter sequiorum usum confundunt. De eadem correctione et ipse cogitaveram.

Fr. 90. Optimam Cobeti emendationem παλαιογενῶν (i. e. αὐτοχθόνων) non intellexit Kock (ut alibi monui), ipse infeliciter coniciens ματαιολόγων, quod male coit cum παντοσόφων. Bl. malit παλαιγενέων, fortasse recte reponens πάντα σοφῶν, quam coniecturam ipse corrumpit addendo „vel κομψοπρεπῶν."

Fr. 91, 1. τοῦτό νυν. Bl.

Fr. 92. <ἀλλ'> ὥσπερεὶ || τοὺς πουλύποδάς <σε τοὺς πόδας> τρώγειν ἔφη (pro πρώτιστά σε) ingeniose Bl.

Fr. 96, 1. *ἐν Βυζαντίῳ* malim cum eodem; in vs. 2 *τισὶ* idem inserit, *τοῖς* Bentley.

Fr. 97. Pherecr. fr. 161 cft. idem.

Fr. 99. Apud Suidam *ξενίαν* pro *πενίαν* correxit v.Leeuwen.

Fr. 104. Bene *Ἄρεως* pro *Ἄρεος* Bl., non enim nisi metri causa haec similesque formae a poetis Atticis usurpantur.

Fr. 105. Cf. *δημοκοπεῖν*.

Fr. 106. Bl. *νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς*, quod non praefero Iacobii et Meinekii correctioni, quam bene explicat Kock. Ex *ἔφυς* apparet parodia.

Fr. 112. Bl. *ὁρᾶτε* <*νῦν* (*νυν*, *γὰρ*)> *διῆρες ὑπερῷον* <*τόδε*> cum Meinekio, qui lenius inserit *τοι*. Etiam facilius elabi potuit *τε* post *ὁρᾶτε*.

Fr. 113. *ἐνιαυτιζομἀπλάκουντος*. Rectius Ahrens *ἐνιαυτίζομαι ’πλάκουντος*, et similiter Ran. 509 *περιόψομαι ’πελθόντα* pro *περιόψομἀπελθόντα*, aliasque quae falso crases existimantur corrigendas esse arbitror, itaque retracto quod olim in Alexidis fr. 301 scribendum conieci *τὸ διορίζεσθἀβεβαίως*. Causa cur interdum ita scribitur erat falsa opinio licuisse antiquioribus comicis diphthongum ante brevem syllabam elidere, quod iure negavit olim Nauck, quem in Aristophane edendo bene sequitur v.Leeuwen. Perpetuo ea in re Kock peccavit. Recentiores tamen comicos hac lege non tenentur, ut v. c. Antiphanes fr. 240, 8 scripsit *κατακέκοφθ’ ὑπ’ οἰκετῶν*. Cf. 266, 2 etc. — Ceterum Bl. proponit <*ἔγωγε μόνος*> *ἄσπλαγχνος ἐνιαυτίζομαι*, *ἀπλάκουντος*, *ἀλβάνωτος*, <*εἰμι τῶν θεῶν*>, deleto *ἄγευστος*, quod sane suspectum est, sed ita verbis *εἰμι τῶν θεῶν* locus non est. Facile est versus facere meliores, v. c. <*τῶν γὰρ θεῶν*> || *ἔγωγε μόνος ἄσπλαγχνος ἐνιαυτίζομαι*, || *ἀπλάκουντος*, *ἀλιβάνωτος*.

Fr. 114, 2. Vere Kock „neque de metro neque de verbis neque denique de sententia constat.'' Trimetros tamen fuisse probabile videtur.

Locum emendare nequeo, sed hoc schema tentaturis commendo:

τηνδὶ πιθάκνην (*φιδάκνην*?) ⏖ — ⏑ *θαυμάζω* <*γέ*> *τοι*,
πότερ’ ὀστρακίνην ⏖ — ⏑ *ἤ τί* (*τίνα*?) *δήποτε*.

Fr. 120. *μου* pro *δὴ* inutiliter Bl.

Fr. 124, 2. Probabilius Naber *ὑπηνοβότον* quam Bl. *ὑπηνοτρόφον* vel *ὑπηνοφόρον*. Vulgatam vix recte defendit Kock.

Fr. 128. *Τῷ δακτύλῳ* mecum et cum Cobeto addit Bl., parum tamen recte proponens aut *Μορσίμου* | *τῷ δακτύλῳ* aut cum Dindorfio dubiis numeris *ἅψαι μόνον ἄκρῳ δ. τ. Μορσίμου*. Teneo quod olim suasi. Neque eidem assentior improbanti Kockii transpositionem *αὐτίκα μάλα*, licet enim *μάλ’ αὐτίκα* alicubi cogente metro legi haud ignorem, adeo insolens est per totam etiam sequiorem graecitatem, ut credere nequeam poetam permittentibus numeris non praelaturum fuisse *αὐτίκα μάλα*, quae formula etiam in titulis constanter reperitur. — Vs. 2. Sine causa *σοὐκπατήσω* Bl., quod verbum hoc sensu ne Graecum quidem est.

Post fr. 133 Sophistis accessit fragmentum e lexico Messanensi (Mus. Rh. 1892, p. 410): παρ' ὃ (χρησμῳδός scil.) καὶ ὁ χρησμοδέληρος ἐν Σοφιστῇ (sic) Πλάτωνος. Correxit Kock χρησμῳδέ, λῆρος.

Fr. 136. Προμήθεια γάρ etiam legi apud Cedrenum vol. I p. 144, 18 monet Nauck, conferens Schol. Aesch. Prom. 120 p. 186, 17 et Dindorf p. XV. Bl. quoque iure praefert Dindorfii correctionem Προμηθία γάρ.

Fr. 137. Coll. Timocle III 591 M. γαλεοὺς καὶ βατίδας, Bl. suspicatur Athenaeum vitiosa scriptura deceptum λειόβατος (cf. Photius) scripsisse pro ἡ βατίς, aut certe λειοβάτης. Qui mihi quidem non persuasit. Unde quaeso Photius eiusve auctor noverat τὸν λειόβατον esse similem τῇ νάρκῃ, aut Athenaeus eundem fuisse ac ῥίνην, qui pisces ταῖς βατίσι sunt dissimillimi? Nec fortasse nomen λειόβατος ducitur a verbo βαίνειν, sed cohaeret cum nomine βατίς.

Fr. 138. Bl. impugnata Kockii dubitatione de brevi syllaba ante ῥ in comoedia non producta, unum facit versum verba ἐν τρισὶν transponendo post ῥάμφος, silens de usu praepositionis ἐν c. d. pro simplici dativo instrumentali, qui sane usus poetis praesertim satis familiaris num in comoedia ferri possit cum Kockio valde dubito. Si sanum est ἐν, fortasse inde explicandum, quod ἐν τρισὶ πληγαῖς hic est temporale, quasi ἐν μικρῷ χρόνῳ.

Fr. 153, 4. Adversatus Kockii coniecturae ἐπανίησ' primum conieci ἵησιν ἄνω 'ς μέσον ἑστώς deinde anapaestorum licentia (quod nunc facit quoque Bl.) excusavi. Bl. tamen tentat εἰς μ. ἑστὼς ὄστρακον αὐτοῖς (αὐτῶν?) ἀνίησιν. — Vs. 5 de πίπτῃσι Nauck: „Nullus locus rem probat." afferens tamen θύῃσιν Ar. Av. 567, sed additis verbis: „si haec Meinekii coniectura probari possit."

Fr. 154. Bl. ἡ 'ξ Ἀρκαδίας τοι (cum Porsono) δριμυτάτη 'στ' ὀρίγανος aut ἐξ Ἀ. τὴν δριμυτάτην ὀρίγανον.

Fr. 164. πολινδορίᾳ (sic) Bl. Voluit sane παλινδορίᾳ, quae necessaria est emendatio, quam permirum est neminem, quod sciam, fecisse. In Crameri Anecd. idem pro εἰργασμένον coniecit ἐπερραμμένον, calceis scil. Cf. Porsoni explicatio apud Kockium.

Fr. 166, 3. οὐ γὰρ λαγὼν Bl. et vs. 5 κουδαμῶς, atque alia.

Fr. 168, 4. De forma ὀλίος vide quae scripsi in lexico meo suppl. s. v. pag. 580 sq.

Fr. 169, 2. Headlam ὥστε <κἀλεώτατος ἤδη 'στι κ>ἀθλιώτατος. Debuerat saltem κἀλεέστατος, positivus enim ἀλεής est, non ἀλεός. Ceterum ingeniosa est coniectura.

Fr. 171. Certa videtur Dobraei correctio. Perperam Bl. φυλλεῖόν τι ῥαφανίδος aut φυλλεῖ' ἅττα ῥαφανίδων proponit, non reputans Athenaei verba ὑποκοριστικῶς εἴρηκε κτέ.

Fr. 173, 8. ἐστ' αὐτὸν pro ἐνταυθὶ Bl. nescio an recte. — Vs. 15 sine causa idem πολλῷ pro epico πολλὸν de industria adhibito a poeta

in hexametro. Ob eandem causam vs. 17 malim *κρείσσων* pro *κρείττων*. — Vs. 16. *πλεκτή* pro vulgari *πλεκτάνη*. Cf. Blayd. — Vs. 21. De ioco Kock cft. Anaxandridem ap. Athen. IV 131 a sq., vs. 67. Non minus apte contuleris Ar. Plut. 180 *ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος B. ἐμπέσοι γέ σοι.*

Fr. 174, 1. *προσέχεθ'* inserit Bl. Praefero Iacobsii coniecturam. — Vs. 2. *οἴνῳ 'ξακεῖσθαι.... βούλομαι* violenter idem. Cft. Theopomp. 62, 4. Comparare etiam potuerat Arist. Eq. 95 sq. et 114 aliosque locos, ubi acuendi mentem vis vino tribuitur; verum aliud latere videtur et solum *οἶνον* corruptum esse. Male idem vs. 4 coniecit *τοῦ καπήλου*, quo perit verborum lusus, quem bene animadvertit Iacobs. — Vs. 9 *δεδευμέναι* Bl. et Headlam, quod mihi quoque venerat in mentem, pro *διαμεμιγμέναι*. — Vs. 16. *βύρσ' ἐκδαρεῖσα* vel *σταφυλῆς γίγαρτα* Bl.; neutrum sine ulla veri specie. — Vs. 18. De *Κέλητι* idem cft. Ar. Lys. 60.

Fr. 175, 2. Olim correxi *ἐξανήλωται* pro *ἐξανάλωται*.

Fr. 176. *τοὺς* aut *ἐν* aut *καὶ* ab initio supplet Bl., alia quoque proponens. In singulari sic coniuncto cum plurali, qua re nihil graecis scriptoribus est familiarius, frustra haesit Kock. Bibentes vero neque ore neque in ore capimus poculum, sed ori admovemus, quare iam antehac proposui:

<πρὸς> τῷ στόματι τὸν κύαθον ὧδ' εἰληφότες.

Quia *εἴληφα* est = *ἔχω*, recte se habet *πρὸς* c. dat.

Fr. 177. *περιουσίας* pro *παρουσίας* certa Cobeti est emendatio.

Fr. 178, 1. *ἀνάθημα* pro *ἀνάθημα* sine causa idonea Bl.; vs. 2 apte *ἡρμοσμένον* supplet Meineke, sed eodem iure possis *κεχαρισμένον*.

Fr. 181. In parodia, nisi fallor; verbum enim *ἀναίνεσθαι* est tragicae dictionis, neque aliter iudicandum videtur de *ἀτηρίας* (fr. 182); quae vox fortasse non est substantivum, ut putabat Kock, sed adiectivum fem. gen. = *ἀτηροῦ*.

Phaoni accessit e Lexico Messanensi (Mus. Rh. 92, p. 412. Rabe) *ᾠδός· ἀλεκτρυών· ὁ αὐτὸς* (Plato) *Φάωνι·*

τὸν ἀλεκτρυόνα, τὸν ᾠδόν, ἀποπνίξασά μου.

Fr. 183, 2. *περίσημος* pro *πρόσρησις* Kock. Quamvis plaudat Blaydes, dubito an *πρόσρησις* satis tueatur simillimus usus vocis *γέλως* ridendi occasio, materies, causa. Ut autem *προσαγορεύειν* saepe significat salutare, ita *πρόσρησις* non allocutio hic est, sed salutatio, i. e. salutandi causa. Cf. etiam similis usus vocabulorum *κωμῳδία, τραγῳδία*.

Ad Platonis incertarum fabularum fragmenta e lexico Sabbaïtico pertinet *αὐχμηρόβιος* p. 2, 2) et haece (p. 4, 22):

ἄψηκτος, ἀκατάμακτος (lacuna, ubi afferebatur Lys. 657), tum *Πλάτων*

... *ὦ τᾶν, ταχὺ τρέχων ἀπωλόμην.*

Kock: <ἄψυχος?>, ὦ τᾶν, κτέ., qui etiam lemma ἄψυχος excidisse coniecit.

Vix tamen recte uno tenore iungi videtur ἄψυχος ἀπωλόμην, quare fortasse lacuna fuit paullo maior, ut fuerit v. c. <ἄψυχος>· Πλάτων.

<εἰμὶ γὰρ
ἄψυχος,> ὦ τᾶν· ταχὺ τρέχων ἀπωλόμην.

Fr. 184, 3. καλαμίνω recte Hilberg, monente Nauckio.

Fr. 186, 2. ἂν ἔφυσαν Bl. vix recte. — Vs. 5. Cf. Av. Nub. 1093: δημηγοροῦσι δ' ἐκ τίνων; B. ἐξ εὐρυπρώκτων, ut olim ante Bl. monui.

Fr. 187, 1. προτέρων pro τρόπων optime Kock.

Fr. 189. Λεσβίου δ' ἀνοίξας sine ulla probabilitate pro λύσας δὲ ὀργὴν Bl. Fortasse rem acu tetigit Meineke. Dubitaveris autem utrum εὐώδους ποτοῦ suspensum sit a voce praegressa an sit genetivus partitivus iungendus cum verbo sequenti. Simul utroque negotio fungi videtur genetivus. — Vs. 4. κἀξημύστισ' Headlam nulla necessitate. Idem iam ante suasit Bl., qui praeterea coniecit κἀξέπιε pro ἔπινε. Suspectum sane est imperfectum coniunctum cum aoristo. An ἔπιέ <τε>?

Fr. 192, 2. Feliciter Bl. κἢν ᾖ <πεφυκὼς> τοῦ γένους μακρὰν <πάνυ> [i. e. κἢν ᾖ ἐγγυτάτω τοῦ γένους γεγονώς], coll. Ar. Nub. 1038 τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν. Saepe ita dicitur πόρρω τῶν νυκτῶν et alia. Re sic intellecta, nulla est causa cur cum Kockio h. vs. poetae abiudicemus.

Fr. 193. Bl. cft. Theophr. Char. 4, ubi recte τοῦ ταρίχους coniecit pro τοὺς τ.

Fr. 196. ἀνακογχυλιαστὸν ἐχθοδοπόν τι σκευάσω. Bl. ἀνακογχυλιάσασθ' ἐχθ., non sine specie quadam, modo scripseris ἀνακογχυλιάσασθαι 'χθοδοπόν κτέ. aut ἀνακογχυλιασμόν. Sed ἐχθοδοπόν non intellego. Num forte fuit

ἀνακογχυλιάσασθαι δ' ὀπιόν τι σκευάσω?

Accedit quod ἐχθοδοπός extra parodiam non est dictionis comicae. Sed nescio an multo praestet ἀνακογχυλιαστικὸν ποτόν τι σκευάσω. Verbum enim ἀνακογχυλιάζειν, non ἀνακογχυλιάζεσθαι, fuisse credideris ob Platonis philosophi Symp. 185 d.

Fr. 198. σαπρῷ <'ν> γάρῳ recte Bl.

Fr. 198 b. Dielsii emendatione usus idem mavult ἐστ' Ἀχιλλεὺς καὶ Μίνως pro ἐστιν Ἀχιλεὺ(ς) ὅ τε Μίνω(ς). Lenius corrigi potest ἐσθ' Ἀχιλλεύς ὅ τε Μίνως. De viris omnium fama celebratissimis recte se habent articuli.

Fr. 199. Bl. <φέρων> ἐμαυτὸν ἐς κόρακας, aut οἰχήσομ' ἐμαυτὸν (male) εἰς ἀπώλειαν <φέρων>. Cod. Hamb. habet ἀπώλειαν, pro quo tragicus poeta scribere poterat metri causa ἀπωλίαν (quod repositum est), comicus non item. Suspecta autem in antiquo poeta ipsum ἀπώλεια, pro quo antiquiores graeci dicebant ὄλεθρος, quare

valde mihi quidem abblanditur prior Angli coniectura, ut *εἰς ἀπώλειαν* habeatur pro glossemate formulae *ἐς κόρακας*.

Fr. 201. Frustra Bl. *σύνειρε*, coll. Ar. Av. 1079.

Fr. 203. Duplex Blaydesii tentamen iugulat *παραδιόρθωσις* *πιόντων* pro *πινόντων*, quale praesens est necessarium, quia agitur de actione identidem repetita. Sententiam potius quam ipsa poetae verba afferre videtur grammaticus.

Fr. 206. *ἄνδρες* pro *παῖδες* expectabam cum Blaydesio.

Fr. 207. Tentat idem non male *οὐ <γὰρ> μονοσιτῶν <ἐσθ'> ἑκάστοτ', ἀλλὰ καὶ | ἐνίοτε δειπνῶν <ἐστι> δὶς τῆς ἡμέρας*.

Fr. 207 b. *οὐκ ἀπεχρησάμην* sine causa Bl.

Fr. 209, 2. *καὶ* pro *κἂν* malit Bl. Eodem iure vs. 1 scribi possit *κἂν* pro *καὶ*. — *κατέκειντο* temere idem.

Fr. 209. Bl. *σὲ δὲ κοκκύζων <ὄρνις> ἀλέκτωρ <ὄρθριον> ἀεὶ προκαλεῖται*. Melius scripsisset *αἰεί*. Placet *ὄρθριον* pro *ὄρθρι'* (inserto a Lobeckio), ut dicit solet *ὄρθριον ᾄδειν*, minus vero additum avis adeo noti nomini *ὄρνις*. Fortasse:

σὲ δὲ κοκκύζων νόμον ὄρθριον ἐξ εὐνῆς προκαλεῖται ἀλέκτωρ.

Fr. 211. *ὅτι δ' ἂν ἡ συβώτρια, μήδ' ἀγαθὴ γενοιτό μοι.*
ἔχει δὲ μόνον δακτύλους αὐλητικούς.

Quin lateant trimetri, haud dubium esse reor, licet dissentiat editor, cuius coniecturas *οὐτιδανὴ* et *φωνὴν* (qua tibicina *ἅμ' αὐλοῦσα* uti non poterat) prorsus improbo. Alterum autem versum egregie correxerat Meineke inserendo *οὐ* post *μόνον*. Priorem emendaturis observandum Pollucem scribentem *Ἐπίχαρμος δὲ καὶ ποιμενικὸν μέλος αὐλεῖσθαι φησί, Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ συβωτικὸν* probabiliter hoc ipsum adiectivum apud Platonem legisse, cum praesertim vox *συβώτρια* etsi bene formata nusquam alibi legi videatur, ut frustra apud Latinos quaesiveris subulca. Qua observatione nixus propono: *<μελύδρια δ'>, οἷ' ἂν ᾖ || συβωτίχ' αὐλεῖν ἥδ' ἀγαθὴ γένοιτό μοι, || ἔχει δὲ μόνον <οὐ> δακτύλους αὐλητικούς*. Utinam haece apta mihi sit tibicina carminum subulcicorum, habet autem fere digitos ad eam rem idoneos. Nec tamen de vera tibicina eiusmodi carminum, quae fortasse nulla unquam fuere, sed potius de *ὑομουσίᾳ* quadam sermo esse videtur. Nempe vix dubito quin subsit Platonis verbis sententia obscaenissima, scilicet *ὁ αὐλός* sit mentula, quam digitis suis movens dicatur puella *συβωτίχ' αὐλεῖν ἀγαθή*. Indidem explicandum quod Eupolis *γλωττοκομεῖον*, quae proprie est *ἡ θήκη τῶν αὐλῶν*, vocavit *τὸ γυναικεῖον μόριον*. Nisi Pollux X 154 diserte moneret Timoclem *ἐπὶ τοῦ ἀγγείου* idem vocabulum adhibuisse, etiam in huius fr. 2 K. obscoenum lusum suspicarer propter verbum *βαλανεύειν*, quo iocu lariter uti potuerit quasi ducto a *βάλανος* (glans). At fieri sane potest, ut grammaticus eum locum non intellexerit. Blaydesii con-

iectura ὅτι δ' ἂν ᾖ | συβώτρι' ἑτέρα μηδ' ἀγαθὴ γενοιτό μοι, ἔχοι δὲ κτέ., cuius sensus latet, nihil proficitur.

Fr. 213. μελιτητέων Bl. pro Μελιτέων. Valde dubito. Vid. supra ad Aristophanis fr. 115.

Fr. 231. Bl. comparat ἀστενακτί, ἀστακτί etc.

Fr. 232. Male tuetur ἀποθρέξεις.

Fr. 239. Violenter γνωμομαλακτήν idem pro γλώττην.

Fr. 249. Corrige ποδοκάκ<κ>η.

Fr. 252. Bl. male ῥαχετίζειν. Contra Photio reddendum ῥαχέτ<ρ>ον, quod etiam postulat analogia. Platoni ῥαχετρίζειν optime restituit Meineke.

Fr. 262. Vid. Plut. Mor. 92 E et cf. Suid. s. v. καιρός. Monuit Headlam.

Fr. 267. Cf. Poll. VII 31 et Hesych. s. v. Monuit Nauck. Ceterum fortasse codicis vitium μίσασθαι pro μι<τώ>σασθαι decepit grammaticos. Forma enim parum probabilis videtur. Non enim vero est simile extitisse quondam verbum μίειν sive μίεσθαι, unde μίτος et μιτοῦν (-οῦσθαι) duxerint originem.

Aristonymi fr. 2. Bl. καρκινοτήρης vel καρκινοπίπης, sine ulla veri specie. Idem valet de coniecturis eiusdem in fr. 3 τις (vel ἐστ' ἔτ') ἰδέσθαι pro κακοδαίμων, aut contra metrum βεμβρὰς ἐστ' ἔτ' ἰδέσθαι. Esse tamen sanum κακοδαίμων haud satis mihi constat.

Amipsiae fr. 1, 2. γε νῦν malit Bl. quam γὰρ οὖν cum Meinekio, quod tamen raro sibi constans ipse probat Add. p. 324.

Fr. 2, 2. Recte θοὔδατος idem.

Fr. 4. Probabilius Meineke quam Bl., qui proponit ἐγὼ | Διόνυσος, deletis δὲ et πᾶσιν.

Fr. 5. Postulat Bl. κριβανίτης, formam solitam.

Fr. 7. Bl. δίδομεν et κωλῆνα, quae vocabuli forma in antiquiore comoedia non occurrit. Sana sunt δίδοται et κωλῆ.

Fr. 9, 2. πόθεν ἂν —; Bl. cft. Aristophan. fr. 462. Usurpari solet formula sensu optativi, ut πῶς ἂν —; Cf. Ar. Pac. 21 πόθεν ἂν πριαίμην ῥῖνα μὴ τετρημένην;

Fr. 10, 3. Suspectum mihi παραμαινομένῳ, quod Amipsius novasse videtur Kockio ad analogiam verbi παραπαίειν, quae fuisset falsissima. Conieci πάνυ μαινομένῳ.

Fr. 22, 2. Bl. partim cum Cobeto: σὺ δ' ᾆδε, τήνδε δ' ἐγὼ τέως ἐκπίομαι, conferens tamen de antepaenultima correpta Plat. II 616 M. ἐκπίομαι et Epicrat. 2, 21 K. πἴομένη. — Vs. 5. Headlam ἀλλ' ἐρᾶν τε καὶ ἐσθίειν <πιεῖν τε>. σὺ κτέ. Dubito. Ipse traditum κατεσθίειν habebam pro glossemate genuini verbi σπαθᾶν, ut ap. Schol. Nub. 53, coll. Diphilo IV 395, nec muto sententiam. Bl. probat, ut ipse quondam feci, Meinekianum κἀσθίειν.

Fr. 23. Sine causa Bl. εἰ τοῖς θανοῦσιν. Supra soecum assurgere videtur oratio.

Fr. 26. ἐπ' αὐτὸν ἥκεις τὸν βατῆρα τῆς θύρας.

Cf. Ar. Ran. 436 ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὴν τὴν θύραν ἀφιγμένος. De sensu metaphorico Bl. cft. Vesp. 480 οὐδ' ἐν σελίνῳ πω.

Archippi fr. 9, 1. ἰτρίοισι κἀπιφορήμασιν praefero cum Bl. Non enim nisi raro poetae nec nisi cogente metro in fine trimetri elisionem admittere videntur, quia ea elisio naturae horum versuum refragatur. Plurimum, quamvis modice et ipse, in eo genere peccavit (est enim licentia) Sophocles.

Fr. 10. ὕφελε aut ἄπαγε requirit Bl. pro ὕ π α γ ε, quod ferri nequit. Verum videtur ἄ π α γ ε; male se haberet ὕφελε, quia ἀκροβελίδες igni imponuntur, non supponuntur, itaque certe ἄφελε dicendum fuisset.

Fr. 11, 1. Bl. violenter εἰσὶ δ' ὁμοῦ. — Vs. 2. Idem θ' ὑψίκερω.

Fr. 12. Recte Bl. virgulam post νήστεις delet, coll. Alex. III 500, Eubul. III 238, Anaxandr. III 177, Euphron. IV 489 etc. Errat Kock. Recte Bl. eam inserit fr. 15, 2 post γε.

Fr. 17. Iniuria idem requirit ἱερός, male tuens ἱεροὺς fr. 18, quod optime Bothe et Cobet in ἱερεὺς refinxerunt.

Fr. 21. <ἐγὼ δὲ> κύαθον κτέ. Bl. Correctio τῶν δέκα τοὐβολοῦ. Recte a talibus abstinebat Kock, ubi quid non suspicari possis.

Fr. 24. Pessime idem καὶ κτένεσσι, forma inaudita in comoedia. Melius Kock βάτοις pro τε τοῖς.

Fr. 25, 3. ἐντερεύων. Bl. cft. Ar. Nub. 166 τοῦ διεντερεύματος.

Fr. 27, 5. σ υ ν ή γ ο ρ ο ν pro πάρεδρον Bl., nimis violenter; lenius certe σ ύ ν ε δ ρ ο ν coniecisset, sed quidni Batrachus magistratus alicuius p a r e d r u s fuisset? Magis me torquet τ ό κ ο ν, quod in comoedia p a r t u m et u s u r a m tantum significare potest, non f i l i u m aut s u b o l e m. Scribendum certe videtur Κωβιοῦ τοῦ Σαλαμινίου <τὸν> τόκον. Sed nescio am vera lectio sit τ ὸ ν γ ό ν ο ν, coll. Hegemonis fr. 1, 2, ubi vid. Kock.

Fr. 29. Sine causa ὦνδρες Bl. In vocativo sine discrimine ὦ passim additur aut omittitur. Posthac eandem, quam saepe proponit, coniecturam neglegam.

Fr. 33. Frustra inserendis vocabulis ad trimetros hos tetrametros revocat Bl. „Penes deum omnia esse" populari proverbio dicunt nostrates. Hoc non est emendare! Idem valet de simili tentamine loci sanissimi Lysippi (vel potius Archippi) fr. 9.

Fr. 35, 1. <οἴμοι> τάλας meum probat Bl.; ἔδακεν iure revocat Nauck e codice. — Vs. 2. <με> pro <τις> cum Dindorfio Bl. Sed vix sanum est κ ἀ π έ β ρ υ ξ ε. Legendum puto A. ἔδακε; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε κ α ὶ κ α τ έ β ρ υ ξ έ <με>. — Vs. 3. θεοσεχθρία, quamvis prave formatum, metro postulatur, siquidem θεοισεχθρία in comoedia non admittit synizesin. Quia autem ipsum vocabulum procul dubio

genuinum est, agnoscere cogimur Archippum, sive θεοσεχθρία sive θεοισεχθρία dederit, in alterutram partem peccasse.

Fr. 37 b. νῦν δ' Homeri schol.; νῦν ὡς unus Et. M. codex; νῦν οὖν Bl., sed rectius νυνὶ δ' idem.

Post fr. 42 inserendum:

κηρίνην θρυαλλίδα. Ἄρχιππος ὁ κωμικός, ὃ νῦν κηρίολον (scil. λέγουσιν). Vid. Cohn, Rh. Mus. 1888, 417.

Fr. 43. τῆς non ex codice, sed e coniectura editum esse monet Nauck. — Vs. 2. μηδαμοῖ lege cum Bl.

Fr. 45. προσεμφερῆς Cobeti Mnem. nov. III 162 emendationem esse animadvertit Nauck. Bl. tentat διακεχλιδηκώς, θοἰμάτιον ἕλκων, ὅπως | <ἂν> ἐμφερὴς μάλιστα δόξῃ τῷ πατρί, κτέ. De ὅπως ἂν prorsus assentior, de διακεχλιδηκώς valde dubito, quia etiam Hesychius habet glossas διακεχλ[ο]ιδώς et διακεχλιδέναι, itaque potius scribam cum Kockio βαδίζει ... | διακεχλιδώς <τε>, θοἰμάτιον κτέ. De singulis vocabulis scriptorum locos cft. Bl., nove dictum esse τραυλίζεται pro τραυλίζει animadvertens. Formam mediam provocavit metri necessitas, ut saepe eodem cogente alterutrum genus admiserunt poetae.

Accessit e lexico Sabbaïtico p. 2, 24 elegans fragmentum: ἀφροδίσιος κῆπος. Ἄρχιππος·

> ὦ μάκαρ, ὃς ἐπὶ χλανιδοφόροις
> κόραισι τὸν ἀφροδίσιον
> κῆπον ἀποδρέπεις.

Fr. 47. καθέζωμ' sine causa Bl.

Addatur Lysippi fr. 9, ubi vide meam notulam.

Fr. 52. Bl. cft. BA 36, 19 διασιλλοῦν et Hes. διεσίλληνε et Lucian. Lex. 24.

Aristomenis fr. 3. Bl. μισῶ δ' ἐγώ σ', reliqua cum Cobeto.

Fr. 4. Idem ἐντεῦθεν ἤδη pro ἐπειδή. Praefero Kockii coniecturam, quamvis incertam et ipsam. Possis etiam ἐπεὶ δὲ <πρὸς> τοὺς πρυτάνεις προσήλθομεν, quod vel praetulerim, quia προσιέναι cum acc. pro dat. apud solos tragicos occurrere videtur.

Fr. 5, 2. Bl. cum Nabero ἐνθάδ'. Omnino cf. Ar. Av. 358, 388, quem locum eum non attulisse miror.

Fr. 6. Iniuria me iudice haesit Kock (eumque secutus Bl., vel ὡς aut διὰ aut ὡς κρέας (vid. etiam Add. p. 325) proponere ausus!) in ὀστακὸν ἀλίπαστον. Quidni enim caro cancerina, corio exempta, sole conspergeretur? Num hodie sine sale ea vescimur? Rectissime igitur Athenaeus, quod negat Bl., scribere potuit, haec afferens: ἀλιπάστων κρεῶν μνημονεύει — Ἀριστομένης.

Neglexisse Kockium Aristomenis Ὑλοφόρων mentionem in Equitum Argumento monuit Bl.

Fr. 8. Recte Bl. ἀναβράστων pro ἀναβραστῶν.

Fr. 14. BA 23, 15. Ἀριστομένης pro Ἀριστοφάνης reposuit iam Dindorf. Animadvertit Nauck.

Calliae fr. 3, 1 et 2. Addito ab initio καί, et κρέ' ante ἐγχέλεια, in dimetros iambicos hos tetrametros trochaicos dispescit Bl. Vulgatam οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος μέμψαιτο. Miror novatorem Anglum non sollicitasse tetrametrum fr. 4.

Fr. 11, 1. τῷ δ' ἆρα τοὺς κτέ. malit Bl. Sufficit Nauckii lenior correctio τί δ' pro τίς. — Vs. 2. „λευκόπρωκτοι nusquam perstringuntur" Kock. „Noli mirari" respondet doctior Nauck „πυγή enim nates, πρωκτός podex significat. Legendum λακκοπρώκτους." Vid. Mel. VI 86 sq. et cf. Mel. IV 721, 2. Quae palmaris est emendatio, praeferenda Blaydesianae μάλιστ' ἂν εὐρυπρώκτους, et Kockianae μάλιστά γ' εὐρυπρώκτους. Absurda est altera Kockii coniectura λειοπρώκτους. E lexico Messanensi (Mus. Rh. 1892, p. 407 Rabe) accessit: Καλλίας Πεδήταις·

ἴσως ξυνῳδὸς τῷ χρόνῳ (τοῦ χρόνου cod.) γενήσεται.
τῆς δὴ γὰρ ἀγαθὸν χρῆμα καὶ ξυνῳδικόν.

Duo esse fragmenta sensit Kock, sed quidquid latet sub τῆς δή, latere vix potest quod proposuit τήθη vel τιτθή. Cogitavi de scribendo πείσει vel φήσει, sed nihil certi extundo.

Fr. 12, 1. τί δ' εἶ σὺ σεμνή. Bl. Fortasse etiam δή servari poterit, ut εἶ subaudiatur. Quod pro σεμνή substituunt σεμνοῖ, nulla nititur atticorum, qui σεμνύνεσθαι dicunt, auctoritate.

Fr. 13. καὶ Σάκαν, | ὃν κτέ. Bl.

Fr. 21. De vocis ἔτνος anapaestorum licentia producta priore syllaba apte Bl. comparavit κᾱπνοῦ Ar. Nub. 320.

Hegemonis, 1, 1. Coniecturis πρίω <τε> addit Blaydes.

Lysippi fr. 1. Nauck vs. 1. ἔχεις; pro ἔχομεν; deinde transponens ἐς τὸ φρέαρ καθεῖκ' ἐμέ (καθεικέναι codd.; corr. Dobree) et τοῦ θέρους, ἐμοὶ δοκεῖν. Verisimiliter admodum. Bl. non recte πῶς ἔχω; et Add. p. 326 πῶς ἔχετον; Omnino vid. Mél. VI 87 sq.

Fr. 7. 2. Frustra τεθαύμακας pro τεθήρευσαι Bl. Verte: nec captus es (eius urbis illecebris).

Fr. 9. Archippo rectius tribuit Nauck, sic explicans Et. m. codicum scripturas $\overset{ρππ}{χ}$ et $\overset{ρ\quad ος}{χππ}$. De Blaydesii coniectura vid. supra ad Archippi fr. 33.

Leuconis fr. 1, 1. Haud displicet Blaydesii suspicio: οἶσθά που <μεμνημένος> | Παάπιδος τἀκπώμαθ' ἃ (cum Kockio) κατεδήδοκεν | Ὑπέρβολος. Ita enim Ὑπέρβολος (qua in re merito haerebat Bl.) traditum locum tueri potest. Notae sunt formulae οἶδα ὅτε et μέμνημαι ὅτε. Dictum κατεδήδοκεν dilapidandi sensu, ut in κατεσθίειν τὰ πατρῷα.

Sed sufficit, ni fallor, lenior correctio: οἶσθά που Παάπιδος | <ὅθ'> Ὑπέρβολος κατεδήδοκεν τἀκπώματα.

Metagenis fr. 1, 2 temere ἐγὼ pro γὰρ ὢν Bl.; recte vs. 1 τί σοι — Kock. — Cum vs. 2 Bl. comparat Polyzeli fr. 7.

Fr. 2, 2. Bl. ὅ τι tuetur collato Ar. Nub. 348.

Fr. 4, 3. Cft. Bl. Ar. Nub. 978, recte improbata Kockii coniectura. Idem carpens Bergkium, quod vs. 2 pro οὐχ coniecit αὖθ', quia scil. in trimetris hoc locum non habeat, confundit trimetros cum hexametris. Vera videtur Bergkii correctio, nisi forte praestat νυνὶ (pro νῦν) δ' ὑμῖν, deleta negatione, quae corrupto versui inseri potuit. Minus placet, quod dubitabundus propono, οὖν pro οὐχ; nec accipio Kockii tuendi negationem conamina.

Fr. 6, 3. Verba ὠθεῖ κῦμα locis Homeri, Ar. Eq. 692, Alcaei fr. 20 illustrat Bl. — Vs. 6 ῥεῖ τενθιδίοισι pro τενθίσιν ὀπταῖς ob vitiosam caesuram suadet idem, licet pro vulgatis faciant Eubul. III 212 Anaxandr. III 184, Ar. fr. 302, 3 Dind., quos locos affert ipse, nec (quod etiam gravius est) ὀπταῖς sine damno abesse possit. Num igitur exclusa est lenis correctio ῥεῖ τενθίσ' ὀπταῖς? — Vs. 11. Olim correxi περινέουσιν pro περινάουσιν.

Fr. 7. δ' abesse malit Bl.

Fr. 9. ξυγκόψαι et ξυνεκόπην duo fragmenta ducit idem. Testimoniis Nauck addit Et. magn. p. 733, 19.

Fr. 10, 2. πρῴην ante προδοὺς proclivi errore perisse olim conieci. Bl. <ὁ κατα>προδούς, aut <οἰκεῖ> προδούς, sed ἐνταῦθά που cohaeret cum ἐμπορεύεται (vs. 3). Corruptum esse ξενικὸν, quod putat Kock ξένοισιν coniciens (alia proponit Bl. Add. p. 327), haudquaquam mihi constat — quidni enim peregrinum fori signum recte dicatur Lyco, quem ex Ionia oriundum fuisse tradidit scholiasta Platonis? Versum alii aliter tentant, Bl. <δι'>ἀγορᾶς πορεύεται, Naber <νῦν> ἀ. π., sed quia ἀγορᾶς ἄγαλμα Euripidi sublectum est, mirum non est poetam tragico more dixisse ἐμπορεύεται pro πορεύεται. Nihil igitur novandum est.

Fr. 13, 2. De formula πλὴν ἄρ' εἰ Bl. cft. Ar. Av. 601. Thesm. 532. Xen. Hell. IV 2, 21. — Pro νόθον temere idem coniecit τέκνον, aut (absurde de homine adulto) βρέφος. Nisi fallor, neutrum τὸ νόθον pro ὁ νόθος cum contemptu dictum est.

Fr. 16. Pro οἴνου conieci ὕδνου, non etiam οἴδνου, ut ait Bl,, sed dicebam ὕδνου primum in οἴδνου, quae sequior scriptura alibi quoque apparet, deinde in οἴνου esse depravatum. Certa videtur emendatio.

Strattidis fr. 1, 1. Audacissime Bl. οὐ μέλει μοι δραμάτων pro οὐκ ἐμέλησέ μοι μελῶν. Non tamen iniuria haesit in μελῶν. Num fuit καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἐμέλησέ μοι μάλα vel μέγα, et reliquos (sive reliqua) quidem non valde curo?

Fr. 2. <ἄρ>των δὲ κτἑ. ingeniose et vere Bl., coll. Philyllii fr. 4.

Fr. 6. Διονυσιοκουρομυρώνην Bl., usus Meinekii coni. Διονυσιοκουρομυρωνῶν pro Διονυσοκουρωνῶν in Cratini fr. 3, aut Διονυσιοκουροπυρώνην, aut -πόνηρον, coll. fr. 208, 3 sq. et Διονυσιοπηγανόδωρος A. P. II 324.

Fr. 10. τῶν οὐ μάλα τέθηκα κεκυκκᾶν (sic) ἐπικρατῇ (sic).
Proposuit Kock:

οὐ μάλα γ' ἔθηκ' <ἀλλ'> οὐδὲ κίκκον Ἐπικράτη.

Malit Bl. οὐ μάλα τίθημ'. Sed nescio an eodem sensu servari possit perfectum, cuius forma vere attica hic feliciter servata est; quare malim:

οὐ μάλα τέθηκα κίκκον Ἐπικράτη ⏑⏓.

Syllaba κε merum dittographema videtur sequentis syllabae. Quo sensu Headlam voculam τῶν in τὸν mutet, haud assequor.

Fr. 11, 1. Numeris offensus Bl. proponit αὐτίκα δ' (vel αὐτίχ') ἥρπασεν τεμάχη <τρία>. Propter sequentia numerus non expectatur additus. — Vs. 2. κἄβρυξε vel κἄβρυχε idem, contra metrum utrumque.

Fr. 13, 3. τί (pro ἤ) <σὺ λέγεις;> B. τοῦτ' κτἑ. Headlam. Parum mihi arridet iterata quaestio. — Vs. 4 sq. coll. Hes. s. v. κόφινος, Bl. οἴνου κόφινός τίς ἐστι τρεῖς χωρῶν χόας | καὶ τοῖς κοφίνοισι ταὐτὰ (ταὐτὸ) χωρεῖν δυνάμενος, quae mihi quidem minime satisfaciunt. Vereor ne locus sit insanabilis. Apud Pollucem ἄμφω recte in ἄλφιτα refinxisse videtur Naber.

Fr. 14. Sine causa Bl. apud Athenaeum pro λεπτοὺς coni. κοπτούς.

Fr. 18. Athenaeo recte idem restituit τὸ Φθιῶτ' Ἀ<χιλλεῦ> λέγειν. Cft. Headlam Suid. s. v. πυρρίχαις et Schol. Ran. 153, ubi σκλη<φ>ρὸς bene corrigit pro ὀκνηρός.

Fr. 22. Comparat Bl. similem Cratini locum II 127 M.

Fr. 28. E fabulae titulo Μακεδόνες Macedones σφύραινα pro κέστρα dixisse incautius olim collegi, vix enim Macedonice sed, ut prodit pronomen ὔμμες (sic enim l. pro ὕμες), Aeolice altera persona loquitur, itaque Aeolensibus hic usus tribuendus est. Non scribendum esse ὑμὲς prodit sequens ὠττικοί, quod τὠττικοὶ dorice sonaret. Cf. Antiphanis fr. 95.

Fr. 29. Assentior Kockio, nisi quod sine causa συχνὸν mutat in πυκνόν. Quaerente cuipiam ex altero, an pisces habeat elixos, hic respondet se habere m u l t o s. Cf. Antiphanis fr. 97.

Fr. 30, 3. Blaydes <ναῦται> τὸν ἱστόν.

Fr. 31. Non recte ἡδέα sollicitavit Kock, quae etiam Blaydesii est sententia.

Fr. 32. Forma Μακεδόνισσα falsa analogia ficta ad exemplum formarum Κίλισσα, Φοίνισσα, qui abusus latius serpere coepit aetate Hellenistica, qua βασίλισσα dicebant, Ἀντιόχισσα aliaque permulta.

Fr. 33, 4. ἐκ πολλῶν ἐτῶν apte supplet Naber. Aliquid saltem huiusmodi (v. c. ἐκ πολλοῦ χρόνου) sententia postulare videtur.

Fr. 34. Perperam δείνῳ revocat Bl., formam itacismo corruptam.

Fr. 36. In Kockii supplemento bene Bl. requirit τριῶν δ' ἐδείπνουν. Reliqua ipsius tentamina pag. 88 et Add. pag. 327 nullius sunt pretii.

Fr. 37, 1. δέ pro τε Bl. Deficientibus praegressis, deest criterium.

Fr. 40. Locus obscurior. Vide, si tanti est, Bl., quocum facio contra Kockium tuente Dobraei supplementum, sed pro τοῦθ' ὅπερ malim ταῦθ' ὅπερ.

Fr. 45, 2. Ar. Pac. 169 cft. Bl.

Fr. 47, 2. Insuper Ar. Vesp. 984 cft. Bl., qui vs. 3 male requirit ὀπιττοτίλαν, coll. boeoticis ἴττω, ἐπιχαρίττως, nam ἴττω = ἴστω et ἐπιχαριττω(ς) f. l. est Ach. 867 pro ἐπεχαρίττω. Ad vs. 4 inutilia quaedam tentat idem, e quibus solum ferri quodammodo potest τὸν δ' ἰώμενον, sed meliora reperies apud Kockium. — Vs. 5. Nescio an iure revocet δὲ post βέφυραν, ut boeotice υ breve fuerit. — Vs. 8. νεοσπάτητον coni. Blaydes. Res non potest diiudicari et satius est nihil novare.

Fr. 51. Quamquam adversante Bl., cum Kockio propter metrum malim μὴ χέσαι. — Vs. 2 ἀσωτεῖον, ut recte Meineke scripsisse videtur pro ἀσώτιον, fortasse nihil commune habet cum gl. Hesychiana Ἀσώπιον· τόπος Ἀθήνησι.

Fr. 59, 3. Bl. κοτύλη δ' ἀνὰ χοίνικ' ἀπαρκεῖ, procul dubio false, parva enim cibi mensura pauperi non magis quam diviti sufficit, licet sufficere debeat. Intellegerem κοτύλην δ', <οὐ>χοίνικα μάττει, qualem scripturam perdere potuit explicatio κοτύλη ἀντὶ χοίνικος. Notum est χοίνικα fuisse panis diurni mensuram.

Fr. 61, 1. οἶνος <δὲ> κοχυδεῖ Bl., quem non sequar.

Fr. 62. τί δ' ὥσπερ οἱ σταδιοδρόμοι προανίστασαι; Cf. Herod. VII 59, ubi Adimanto dicenti ὦ Θεμιστόκλεες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανιστάμενοι ῥαπίζονται praetor Atheniensium praeclare respondet: οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται.

Fr. 63. Bl. διαβαίνειν apud Pollucem male in περιβαίνειν mutandum esse suspicatur, nam illud proprium hac in re verbum est; si quid mutandum, potius sequens περιβάδην in διαβάδην convertendum esse credi possit.

Fr. 65 e fabula Σάτυρος περικαιόμενος sumtum esse vidit Reitzenstein Ind. lect. Rostock. 1891/92, p. 13. Coniecturis addit Bl. ἀλλ' εὖ μέλλεις κἀνδρείως σῴζειν ὥσπερ κτέ, et ἀλλ' οὖν κτέ.

Fr. 67. βοῦς <γὰρ vel τις> idem.

Fr. 74. Recte Blaydes διάτραμιν pro διατράμιν. Cft. τερπότραμις Teleclid. 66.

Theopompi fr. 3. Iure Nauck, probata Valckenaerii coniectura χρυσίων, proposuit ὠνόμαζεν ἄν.

Fr. 5. Bl. cft. Herod. II 42 γυναικὶ τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν. Pro tragici parodia recte habet idem, quod confirmatur articulorum absentia.

Fr. 13. Etiam ἕστηκ' verum esse posse monet Bl.

Fr. 14. Apud Photium pro τῷ νυμφίῳ non corrigendum τοῦ νυμφίου cum Bl., sed lenius τῶν νυμφίων ex Harpocratione 108, 4.

Fr. 23. In Eustathii loco perperam Bl. coniecit φυτευθὲν pro φιληθέν.

Fr. 24, 1. τρίλιτρος pro τρίμετρος Bl. et ἐν Λεοντίῳ. Neutrum placet.

Fr. 25 ad Εἰρήνην referendum putat idem parum probabiliter.

Fr. 32, 2. Pro εἶδος Bl. ἄγγος, quale quid sane expectatur, sed nimia est mutatio. Fortasse: γενναῖον νὴ Δί' ὄνομά σοί τι θώμεθα. Est enim γενναῖον ὄνομα quod sequitur κάτοπτρον φύσεος. — Vs. 3 recte Bl. hic et alibi post ἆρα sententiam ordiens ponit interrogandi signum, quod Kock data opera ubique neglexit. — Vs. 5. Rectius Bl. τίνα καλεῖς; Α. σέ, φιλτάτη, aut τί με καλεῖς σύ, φίλτατε; Α. ἵν' ἀσπάσωμαι.

Fr. 34, 1. τοῦτ' ἐστὶν vel τόδ' ἐστὶν Bl. Illud soloecum, hoc minus probabile quam quae alii coniecerunt. — Vs. 2. τὸν καλῶς εὐδαίμονα. „Eadem verba Men. IV 111. 250." Bl.

Fr. 35. „Post στομάτων nonnulla videntur excidisse; nisi transponendum εὑρεῖν διὰ τῶν σφετέρων στομάτων." Bl. Hoc satis probabile.

Fr. 37. Ope huius fr. Pherecrati 62 reddidi ἥβης pro ἤδη. — Vs. 2. ἀποδεσμὸν coniecit Bl., coll. Aristophanis fr. 309, 13; 312.

Fr. 41, 3. Hinc περίστατον pro διάστατον in Menandri fr. 515 idem scribendum suspicatur. Cft. περίστασις Telecl. 35.

Fr. 43. Propter nomen Δημοφῶν huius comoediae (Pamphilae) argumentum Choricius in oratione nuptiali I p. 16 (cap. 13) referre videtur Foerstero.

Fr. 46. σπηλάδιον pro σπηλάδιον recte postulat Bl.

Fr. 50, 2. „Quidni κρουμάτι' οἷα?" Bl.

Fr. 52. <ιασδὶ σὺ> τὰς idem.

Fr. 59. E titulis atticis restituatur vetustior forma Ἰλείθυ(ι)α. — ἔχοι perperam postulat Bl., qui cft. Ar. Vesp. 368. Bene locum explicat Kock.

Fr. 62, 1 sqq. Asyndetorum causa est praeceptorum diversitas. Cf. quae nuper scripsi in Mus. Rhen. 1903, p. 145. Totum locum optime tractavit Kock, nec debuerat Bl. probare Scaligeri coniecturam εὐκοιλίαν (vs. 5), nec ipse conicere τὴν κοιλίαν (vs. 5). De locutione ῥάω εἶναι cft. Demosth. p. 56 et Philippid. fr. 18, 2 et Com. adesp. 478.

Fr. 63. ὥσ<τε> μοι δοκεῖν mecum Bl., silens meum nomen.

Fr. 64. Cft. Bl. Ar. Ach. 70; Eq. 785; Theocr. XV 28. — ἐπὶ τρικλινίου sine necessitate proposuit idem.

Fr. 65. Displicet Blaydesio in Kockii coniectura Ἕλληνας sine articulo. Quem rectius addunt Meineke et Porson.

Fr. 69. Cft. Bl. de proverbio Cratini fr. 16. Tangit etiam Plautus (i. e. Philemon) Mercat. 309 R

Senex quom extemplo iam nec sentit nec sapit,
Aiunt solere eum rusum repuerascere.

Fr. 70. οὐκ ἐκφορά. Cf. quae scripsi in lexico meo suppletorio et dialectico s. v. ἀποφορά et in Appendice.

Fr. 73. Bl. <ὁ γὰρ vel ὁ δ'> αἱμασιολογεῖν κτέ. Quidni <ἀλλ'>? Talia restitui nequeunt.

Fr. 75. Bl. δεσπότου πενέσται. Suspectum est ῥυσὰ, sed parum probabilia quae coniecit πιστὰ et δόλια.

Fr. 78. Poll. II 18 καὶ γραῖα, καὶ ὡς Θεόπομπος ὁ κωμικός, πρεσβῦτις, φίλοινος, μεθύση, οἰνοκάχλη, κοχώνη (οἰνομάχλη κοχλώνη A).

Deleto ut glossemate φίλοινος cum Kockio, possis:

πρεσβῦτις (ἥδε vel ἐστί) μέθυσος, οἰνομάχλη ⏑ –́
⏑ –́ κοχώνη (?)

Ultimi vocabuli procul dubio corrupti incerta quidem est correctio, maxime tamen mihi abblanditur Kuhnii coni. χώνη, quae si vera est, ab hoc incepit alter versiculus; prior finiri potuit v. c. voce κάδος, si, ut hodie solemus, vas vinarium eiusmodi mulierem vocavit poeta, quemadmodum ἀσκός usurpavit Antiphanes fr. 19. Scatent autem comici Graeci et Latini locis de mulierum, vetularum imprimis, temulentia, quod vitium procedente aetate gliscere solet.

Fr. 80. Inconsiderate Bl. opponit Nauckii correctioni ὀρνιθείων λεκάνην, quod ea verba in trimetro locum habere non possent. Quasi vero in comoediis non extaret metrum anapaesticum!

Fr. 83. ἀντήλιος requirit Bl. Hanc sane formam atticam esse ait Phrynichus. Cf. ἀπηλιώτης, ἔφηλις etc. Difficile autem in his glossis, ubi merum nomen Theopompus citatur, ubique distinguere quid historico, quid poetae tribuendum sit.

Fr. 84. ἀποδοθήσεται coniecit Bl. Revera ἀπωνηθήσεται umquam dici potuisse pro πεπράσεται prorsus incredibile.

Fr. 95. Temere τονθορυστοὶ Bl. Cf. τανθαρύζειν, τανθαλύζειν.

E Philetaero Vat. Cohn in Mus. Rhen. 1888 p. 414 Theopompi fragmentis addidit:

καὶ ἀμύνεσθαι λέγοντες οὐκέτι τὴν ἄμυναν <λέγουσιν>, εἰ μὴ Θεόπομπος ἅπαξ· καὶ ἔχειν (l. κατέχειν aut κἄχειν?) ἄμυναν, ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς. Cft. Aeschyli (Poll. VII 61) χειμάμυνα et εὔθυνα. Vid. Lexicon meum suppl. s. v.

Alcaei fr. 1. Bl. cft. incerti poetae hexametros apud Athen. VII 37 A, ubi ἐφαρμόζεν corrigit pro ἐφαρμόζειν.

Fr. 2. τρέχε, χωλέ, κτέ. parum probabiliter Bl., licet κατάχωλος de vitio suspectum sit. Verbo καταχωλεύειν utitur Gregorius Naz. Non magis satisfacit mihi Kock.

Fr. 3 pro dimetris catalecticis (διακωλύειν?) habet Bl.

Fr. 4. Non tanti facio Herodiani auctoritatem, ut κατέχεσον pro κατέχεσα (κατάχεσον dubitabundus, sed recte, Kock) sanum esse credere possim.

Fr. 7. κακοτεχνίζων analogiae adversatur. Recte κακὰ τεχνάζων coniecit Nauck.

Fr. 10. Priscianus *OTINCXEΔONTI* μῆνας ἐγγὺς τρεῖς ὅλους | φρουρῶ τὸν Ἐνδυμίωνα. Iure Kock addubitans propter insolitum pleonasmum lenissimam Meinekii mutationem ὅτιή σχεδόν τι, violentius corrigit ὀνειροπολοῦντα. Equidem ambigo utrum recte olim elicuerim ὅτιή (vel ὅτι τὸν) γέροντα, an, quod postea venit in mentem et nunc occupatum video a Blaydesio, admisso Meinekii invento pro ἐγγὺς substituam ἤδη. Illa tamen lenior ratio videtur itaque magis probanda.

Fr. 14. βοοῖν pro βοῶν Meineke, probante Nauckio. Dubito.

Fr. 15. ἀφανίζουσι, i. e. consumunt, fortasse recte tuetur Bl. Ei probabilior videtur Meinekii quam Kockii coniectura.

Fr. 19. Prorsus infeliciter rem egisse videbar Kockio, feliciter Blaydesio, nec sane hodieque eius coniecturae me poenitet, magis quam dubiam, quae ipsi vix dubia videbatur, ratum violentam ipsius Kockii coniecturam, nec persuasit mihi Headlam proponens πλεκτοὺς pro πλείστους, quod tamen, admissa gravi mutatione Kockiana τοῖς θεοῖσι, multo felicius coniectum est quam πελάνους. Vix opus est monere ὄψον, si recte ita rescripsi pro ὅσον, sensu generali de omnigeno obsonio, quale agri producebant (hinc addidit οἷον εἰκὸς ἦν), non speciali de piscibus esse intellegendum.

Fr. 20. Placet Blaydesii coniectura στόμα τε pro τὸ στόμα.

Fr. 22. δὲ pro τι idem, vix recte. Verba ὁδὶ — ἐστιν posita videntur διὰ μέσου, reliqua autem cohaesisse cum praegressis, neque igitur esse asyndeton.

Fr. 23. Lege συγκατέκλησεν. Locum bene interpretatur Kock, nec magis quam Meinekii coniectura opus videtur Blaydesiana μυρισαμένη κατέκλινεν.

Alcaei Pasiphaes fragmentis e lexico Messanensi Rabe (Mus. Rhen. 92, 405) addidit hocce:

Ἀλκαῖος Πασιφάῃ·

Μίνωαν; ἀλλ' οἴμωζε σαυτὸν περιθέμενος.

ubi περιθέων bene emendavit Kock.

Fr. 35. ἄκναπτα pro ἄθικτα in Et. m. corrigit Bl.

Fr. 38 delendum esse monuit Nauck, Alcmanis enim esse fr. 4 Bergk. (Harpocr. p. 95, 20) καὶ ναὸς ἁγνὸς εὐπύργω Σεράπνας, ubi Alcmani reddendum Θεράπνας, ut antiquitus ipsi Lacones scribebant.

Canthari fr. 6. Blaydes cft. Ar. Ach. 1199.

Dioclis *ΘΑΛΑΤΤΑ*. Apud Athenaeum <ὡς> Θάλαττα coniecit Bl.

Fr. 7. τύπων in πίθων refinxi, plaudente Bl., qui ipse pro ἀθέλδεται,

quod sanum videtur, coniecit ὕδωρ διαχεῖ, nullam traditionis habens rationem. Postea cogitavi de scribendo etiam lenius ἀθέλδεταί γ' ὀπῶν, sed γε hoc quidem loco illatum suspectum est, et dubium num ipsa foramina τετρῆσθαι recte dicantur; quare praefero veterem suspicionem.

Fr. 8. ἀπὸ λασάνων θερμὴν ἀφαιρήσω χύτραν

Bis requiritur articulus. Corrigo:

ἀπὸ <τῶν> λασάνων θερμὴν ἀφαίρει τὴν χύτραν.

Priorem articulum restituit etiam Bl. Servum hoc facere iubet coquus vel dominus.

Fr. 10. <τὸ> τιγγάβαρι χἠ μίλτος. Bl. Melius Meineke.

Fr. 15. Apud Suidam ἐν post ἔκρουεν recte delet Bl., fr. 17 apud Hesychium σκήνους idem mutat in στήθους vix recte, nam λαπάραι sunt infra pectus; τοῦ σκήνους = τοῦ σώματος.

Dioclis inc. fab. fragmentis accessit e Philetaero Vat. (Cohn, Mus. Rh. 1888 p. 415) glossa ἀργυροθήκη· τὸ νῦν ἀργεντάριον καλούμενον παρὰ Διοκλεῖ. Cf. Poll. X 132, qui citat Antiphanem.

Nicocharis fragm. ex Agamemnone: ἀψευδόμαντις· Νικοχάρης Ἀγαμέμνονι:

οἶδα δ' ὡς
ἀψευδόμαντις ἧδε καὶ τελέσφορος. —
γνώσῃ δὲ τέχνην τὴν ἐμὴν ἐτητύμως
ἀψευδόμαντιν οὖσαν.

Ex altero fragmento apparet in priore intellegendum esse ἡ τέχνη, quae vox fuit in verbis omissis. Parodiam esse Aeschyli Agamemnonis hanc fabulam credo et loqui Cassandram. Vid. tamen Kockium Mus. Rhen. 1893 p. 581 sq.

Fr. 1, 2. γενώμεθα Bl. recte; optativus, quem tuetur K., bene se haberet, si pro συμπόται esset v. c. φίλοι. Nudum optativum hic ineptum esse sensit etiam Meineke corrigens μένοιμεν ἄν, quod tamen, non praegresso οὕτως, minus aptum videtur quam γενώμεθα.

Fr. 3. τί φῄς; aut τί δρᾷς; Bl. Quae quis tandem praeferat lenissimae Bentleii correctioni ἢ δῆτ' pro τί δῆτ';

Fr. 9. Quia Pollucem non ὄπεαρ, sed ὀπήτιον ex utroque loco citasse constat, ferri nequit Kockii correctio. Melius Bl. τὸ τρυπάνοισιν ἀντίπαλον ὀπήτιον.

Incertarum Nicocharis fabularum fragmentis lexicon Sabbaïticum 3, 10 addidit: ἄφυκτον λαβήν. ὁ λόγος ἐναργής· τροπικῶς ἀπὸ τῶν παλαιστῶν Νικοχάρης·

ἀλλ' εἰλήμμεθα
λαβὴν ἄφυκτον.

Fr. 15, 2. ἐξέλῃ Bl.; lenior est Dindorfii correctio.

Nicophontis, 2. Naber οὐκ ἐς κόρακας; τὼ χεῖρ' ἀπόσχες, Bl. ἐς κόρα-

κας· οὐ τῶ χεῖρ' ἀφέξεις —; Sed vide ne traditum *ἀποίσεις* melius iungatur cum *ἐκποδών* quam *ἀφέξεις* et cf. Ar. Pac. 1221 *ἀπόφερ' ἐς κόρακας*. Malim igitur sine distinctione:

ἐς κόρακας οὐ τῶ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν κτέ.;

Fr. 12, 3. In *ἥκει τρέχων* vix iure haeret Bl. improbabiliter coniciens *ὀξύτατος* aut *ταχύς* (voluitne *ὀξύτατος ἥκει* vel *ἥκει ταχύς*?), inepte explicans verba *οὐκ ἄξιος τριωβόλου* non levis; quae si sana sunt, nihil aliud significare possunt quam ipsum contrarium, levis. Nonne autem dicere potuit poeta eum qui meridie ficus comederit levi febri corripi, quae bilis vomitum efficiat dormienti? Num enim eiusmodi febris gravis sit necesse est? Gravis febris somnum, ni fallor, impediret. Dubito igitur num recte hunc versum in vitii suspicionem vocaverit Kock.

Fr. 13, 1. *νειφέτω*, quod unice graecum videtur, revocetur ex Athenaei cod. A.

Fr. 15. Sine causa idonea Bl. *ἔχομεν γὰρ* aut *ἀλλ' ἔχομεν*. Si quid mutandum, quanto probabilior est lenissima Porsoni coniectura, sed ne haec quidem plane certa est, quia ignoramus quid secutum sit post vs. 3.

Fr. 17. *τί πτιστικόν* Bl., non alia de causa quam quod hoc dicere placuit Phrynicho fr. 14. Quis credat?

Philyllii fr. 3. *μύρου τι* malit Naber.

Fr. 4. Sine ulla causa Bl. transponendo e tetrametris trimetros facit. Permirum hercle foret verba ultro tetrametrorum formam induisse!

Fr. 6, 1. *σὺν ᾧ* Dindorf aliquanto probabilius quam Bl. *συχνῶς*.

Fr. 7, 3. *τοὔνομα* Bl. — Vs 2. Malim *τόδ' αὔτ'*, quia refertur ad sequens vocabulum *μετρητήν*.

Fr. 12. <*ἀλλὰ*> *σπαθᾶν* incerta coniectura supplet Bl.

Fr. 13, 3. Kock *σπάρος*, *ἀνθρακίδες*. Non male, modo constaret *ἀνθρακίδες* Graecum esse = *ἐπανθρακίδες*, quae difficultas premit etiam Dindorfii coniecturam *πάρα τ' ἀνθρακίδες*. Fortasse legendum *πάρ' ἐπανθρακίδες*, ut vs. 3 novum sit fragmentum, quae etiam Blaydesii est opinio ob casuum mutationem. Non satis causae est cur cum hoc vs. 3 *τρίγλη*, *σαῦρος* pro *σάργος* legamus, quod Ephippo III 33 et Mnesimacho III 560 utrumque piscem copulare placuit.

Fr. 14. Temere *κοσκινοπώλης* Bl., quod praegresso vocabulo *ἀνθρακοπώλης* haud facile in *κοσκινοποιός* mutasset librarius.

Fr. 19. *ἀμυγδάλαι* aut *ἀμυγδάλας* malit Bl., coll. fr. 25 et Diphili IV 413 M. Pro Meinekiano *ἀμυγδάλια* facit sequens deminutivum *καρύδια*.

Fr. 20, 3. Bl. cft. Philem. IV 43 M.

Fr. 24. Coniecturis addit idem <*οἶνον*> *παρέξω Λέσβιον*, *Χῖον σαπρὸν* | , *Θάσιον*, ⏑—⏑—́⏑—⏑ *Βίβλινον*, | *Μενδαῖον*, *ὥστε μηδέν'* <*ὑμῶν*> *κραιπαλᾶν*. *Βύβλινον* recte dedit Kock, quamquam forma deterior saepe traditur.

Fr. 33. Cft. Bl. ἐκπηνιεῖται Ar. Ran. 578.

Polyzeli fr. 1. Male Headlam cum Synizesi in comoedia illicita ἐν <τοῖς> Θεοξενίοις.

Fr. 3, 1. ἑλέσθαι σοὐστὶ Bl.

Fr. 4. Idem ἐν λεκανίῳ | πρῶτον μὲν ἐναπονίψεις <εἶτ'> (aut ἐναπονίψει <κᾆτ'>) ἐνεξεμεῖς | ἐνεκπλυνεῖς κτέ. Quia vero certa est Elmslei emendatio ἐναπονίψει, consentaneum est prius ferri non posse, alterum autem damnat soloecum πρῶτον μὲν — κᾆτα, utrumque vero spondaeus in sede quarta. Quanto melius ipse Elmsley locum tentavit!

Fr. 7. Male Bl. repetit infelicem Meinekii coniecturam. Verum vidit Kock.

Fr. 8. Bl. ὥσπερ δὲ Χαλκὶς (cum Kockio) ἑ π τ ὰ τέτοκεν ἡ γυνή, deleto ἡμῖν, quo tamen aegre caremus. Nihil novare praestat, nam sequens senarius ordiri potuit a verbis τ έ κ ν' ἑ π τ ά.

Fr. 10. Optime Bl. γυναικοφίλης, collato Theognideo παιδοφίλης, dummodo re vera pro φιλόγυνος ita dixerit Polyzelus, nec erraverit Pollux, nam γυναικοφιλής significat a m a t u s a m u l i e r e (uxore) aut a m u l i e r i b u s.

Fr. 11, 2. τρύφημά τι fortasse recte Bl. coll. Aristoph. 320, 7.

Sannyrionis fr. 2. κοινῶς pro σεμνῶς Bl.

Fr. 4. κεραμικὰν (sic) τροχὸν, coll. Eccl. 1. 4, temere idem.

Fr. 8, 1. εἰσδύσομαι malim cum Bl., qui vs. 2 eleganter φέρε τί γένωμαι; μυγαλῆ; Sitne tamen opus dubito. Idem vs. 4 cum Dindorfio recte praefert lectionem εἰσιδὼν scripturae interpolatae εἰς ἐχθροὺς.

Demetrii fr. I, 4. καὶ μέγας καὶ λαμπρὸς ἦν Bl., dubitans tamen de μέγας. Sed vid. Kock.

Fr. 3. οὗτοι δὲ supplet Bl. Iure Kock ab incertis eiusmodi supplementis abstinuit.

Fr. 4, 3 Bl. κέχηνε vel ἀκούει pro ἀπαντᾷ, utrumque minus probabiliter quam quae proposuit Kock.

Apollophanis fr. 5, 2. βούλομαι male sollicitat Bl. coniciendo δός τινας, nec praefero quod vs. 3 pro ἃς cum Blomfieldio requirit ὡς, pro quo praeterea comicorum sermo postularet ὡς ἄν, nec necessarium videtur quod in eodem versu coniecit μ ε pro τι. Sed notanda diphthongi elisio ante brevem syllabam in διαμασῶμ', ὅταν, cuius non novi exemplum antiquius, sed iam apud Antiphanem aetate huic proximum eius licentiae exempla reperiuntur.

Fr. 6. ἁ δ ύ ο σ μ ο ς, coll. Telecl. 24 ἡ δ ύ π ν ο υ λεπαστῆς, pulchra est Blaydesii coniectura pro ἀδύοινος, nisi quod dorica dialectus potius ἁ δ ύ ο δ μ ο ς videtur requirere.

Fr. 7. Cf. Lexicon Sabbaïticum 3, 6 Ἀπολλοφάνης Κρησίν· Ἀσκληπιός Κ ύ ν ν ι ο ς, Ἀφρόδιτος Τύχων, ubi Κ ύ ν ν ε ι ο ς restituit Pappadopoulos.

Cephisodori fr. 3.

ἔπειτ' ἀλείφεσθαι τὸ σῶμά μοι πρίω
μύρον ἴρινον καὶ ῥόδινον, ἄγαμαι Ξανθία·
καὶ τοῖς ποσὶν χωρὶς πρίω μοι βάκχαριν κτἑ.

Kock, quem offendit quod servus ab ero tam blande et urbane conlaudetur praesertim antequam mandatum perfecerit, scribi iussit ἄγε μοι, Ξανθία, ut ἄγε scil. significet adfer, eme mihi, non reputans eo sensu quominus verba interpretemur plane nos impedire verba praegressa μοι πρίω, post quae pessime abundarent. Si quid mutandum foret, melius saltem coniecisset ἄγε δή vel ἄγε νυν, agedum. Quod autem tam blando sermone erus utitur, nescio an egregie hoc pingat hominem mollem et imbecillum, qui totus pendeat a servo impudentissime et insolentissime respondenti:

ὦ λακκόπρωκτε, βάκχαριν τοῖς σοῖς ποσὶν
ἐγὼ πρίωμαι; λαικάσομ' ἄρα (ἆρα?) βάκχαριν;

Sensus est: laudo te (si ita feceris), valetque ἄγαμαι fere idem quod apud Latinos amabo, sive Ξανθία vocativus (nam genetivum pro Ξανθίου esse non posse recte monuit Kock) recte se habet, sive refingendum est in Ξανθίου. Cf. Ar. Ach. 489 ἄγαμαι καρδίας, ubi Porson coll. Athen. XII p. 553 malebat ἄγαμαι, καρδία. Ibi quoque, ut h. l., ante rem factam usurpatum videbis. Utrum βάκχαρις, quod ter h. l. occurrit, an βάκκαρις sit vera scriptura peregrini vocabuli, ignoramus.

Fr. 8. E producta vocali in κρεάδιον recte Bl. colligit κρεᾴδιον scribendum esse cum iota.

Fr. 10. σπονδὴ δὲ παρὰ τῶν ὁλκάδων καὶ καταφαντισγός. E Pollucis, hoc fragmentum citantis, verbis φρυγεύς et φρύγετρον olim collegi Cephisodoro reddendum esse καὶ [κατα] φρυγανισμός, coll. Thucyd. VII 4, 13, qua emendatione tacite usus nuper Headlam praeterea proposuit σπονδὴ δὲ περὶ. Quid sibi velit καταρραντισμός, quod coniecit Naber, mihi quidem obscurum est.

Epilyci fr. 2. μῆλα καὶ ῥόας. Cft. Bl. utiliter Vesp. 1268; Pac. 1001; Herod. VII 41, 3.

Fr. 3, 1. σώμαι = σοῦμαι dorico accentu. Quod moneo propter Bl. σῶμαι requirentem. Cod. A κοπίδ' οὐώσομαι. Laconice loquentem in scena etiam laconice pronuntiasse probabile est, itaque rectissime ita cum Ahrensio edidit Kock, ut mox βαράκες (pro βάρακες), quod iterum miratur Bl., parum versatus in dialectis. Contra vs. 2 dare debuerat Ἀμύκλαιιν, quod iure postulat Bl., vel potius Ἀμυκλαιῖν pro Ἀμύκλαισιν, idque celare videtur Athenaei lectio ἀμύκλαιον. Male idem Add. p. 331 τὰν Ἀμύκλαισιν proponit. — Vs. 4 optime idem, collatis Athenaei verbis ζωμόν τινα, pro δωδεμοστος (sic A) corrigit δωμός τις.

Autocratis fr. 1. Locum elegantissimum sic partim feliciter tentat Bl.:

οἷα παίζουσιν φίλαι
παρθένοι Λυδῶν κόραι
κοῦφα πηδῶσαι ποδοῖν (vel ποσίν)
καὶ κροτοῦσαι <ταῖν. Malim τοῖν> χεροῖν,
Ἐφεσίαν παρ' Ἄρτεμιν
πλεῖστα δή, καὶ τοῖν ἰσχίοιν
<τις> τὸ μὲν κάτω, τὸ δ' αὖ <τις>
—◡— αἴρουσ' ἄνω,
οἷα κίγκλος ἅλλεται.

Vs. 3. Aeliani codd. κόμαν, unus κόμας, iam Fiorillo πόδας coniecerat lenius, sed τραγικώτερον. Cf. Porson ad Orest. 1427. Verum etiam ποδοῖν sine articulo (ut et κοῦφα πηδᾶν) spirat paratragoediam; in qua omissione si nulla iusta offensio (cf. vs. 6), malim cum Headlamo:

κοῦφα πηδῶσαι <ποσὶν (malim ποδοῖν)
κἀνασείουσαι> κόμαν.

Vs. 4. Optima videtur emendatio. — Vs. 6, si Bl. recte coniecit πλεῖστα pro καλλίσταν), aut abiciendum fuerat δή, quod additum numeros pessumdat, aut, omisso καί, scribendum πλεῖστα δή, τοῖν <τ'> ἰσχίοιν. Lenissime quidem, sed parum apte κάλλιστα proposuit Lobeck; magis arridet Kockii coniectura καλλικόμαν. Possis etiam coll. Aesch. Agam. 140 cogitare de scribendo καλήν, τε καὶ τοῖν ἰσχίοιν. De reliquis non habeo quod addam.

Fr. 31. ἀμνοὶ δὲ βληχάζουσιν ὑπ' ἀγαλαξίας.
Imo ἀγαλακτίας, quam formam unice veram illustrat hoc versu B. A. 336, 26. Cf. Poll. III 50. Si recte traditum βληχάζουσιν (Kock μηκάζουσιν), est paratragoedia, nam βλ apud Sophoclem saepissime non facit positionem. Nihil tribuo corrupto Vesparum loco 570, quo provocat Blaydes, qui fortasse rectius scribit ἁμνοὶ cum articulo.

CAPUT SECUNDUM.

Ad Kockii volumen secundum.

Antiphanis fr. 1, 4. Traditam lectionem tuetur Bl., coll. eiusdem poetae fr. 176, 4, male spreta optima ibi Meinekii correctione *κατέχοντας*. Cft. etiam Eubul. 37, 3; 64, 1. Melius defendit *ὅλην*, sc. *τὴν κύλικα* in fr. 3, 1.

Fr. 4. Non male idem *ἐκαλεῖτ', εἶτα* pro *ἐκαλεῖτο*, sed vix recte fr. 5, 2 *δύναι' ἂν* pro *δυνάμενος*, quod sanum videtur, et sine causa fr. 16, 2 *ἀσυνάκολουθος*; nec video necessitatem fr. 18, 3 scribendi *προσλαβών*, aut vs. 4 *μόνος θεῶν*, ubi ad vs. 6 cft. Soph. Ai. 926.

Fr. 20, 1. *κρέα δὲ τίνος <ἂν>* idem minus numerose quam Meineke qui *κρέας* corrigit, deinde *ὅτου*; (pro *τινός*;), quod sane consuetius. — Vs. 6. Non inepte supplet *ταυτ<ὶ τὰ κρέ'> ἐσθίων*, sed magis mihi abblanditur ingeniosa Kockii coniectura.

Fr. 21. *κλισίον*. Bl. dubitat an sit *κλίσιον*. Rectius Dindorf in Thesauro IV p. 1653 s. v. requirit *κλεισίον*·

Fr. 24, 3. *γ'* cum Bl. abesse malim, qui deinde acute coniecit *οὗτος — μόνος οἶδ' ὡς ἐμοὶ κ ε ρ α ν ν ύ ν α ι*, dubito tamen num ita recte se habeat *ὡς*. Possis *διψῶσα, μόνος <εὖ> οἶδ' ἐμοὶ κεραννύναι*, sed fortasse nihil novare praestat; *κεράννυται* = *κεράννυσθαι εἴωθεν*.

Fr. 26, 3. *μὴ φωσί σ ε, | Δωριάς, ἀλούτους σηπίας ε ἰ λ η φ έ ν α ι*, scil. *παρ' ἐμοῦ*. Kock de coniectura sua *σ ο υ* edidit, quem genetivum vereor ut exempla Homeri et Sophoclis verborum *δέχεσθαι* et *κομίζεσθαι* in poeta comico tueantur, ut mittam tales pisces emtores vix accepturos fuisse, itaque aptum non esse *εἰληφέναι*. Etiam minus probo violentissimam Blaydesii coniecturam *πεπρακέναι*, et nihil mutandum esse iudico. — Vs. 7. *κατέδετἄρα* recte Meineke, nisi quod malim *κατέδετᾶρα*. — Vs. 13. *κατέδεται* (pro sanissimo *λήψεται*) violentissime Bl. nec melius vs. 17 *ἀεὶ δ'* pro *καὶ μήν*. in

quo nihil reprehendendum, in eodem vs. probans meam correctionem κιθαροῖσι σφόδρα (an ex Hilbergi doctrina κιθαροῖσιν σφόδρα?), deleto interposito ὡς. — Vs. 18. Apte quidem idem ἐπιμεμηνὼς, quod minus probabile tamen quam lenissimum Meinekii inventum ἐπικεκυφὼς pro ἐπιπεφυκὼς. — Vs. 19. Maiore etiam violentia Bl. proponit ὄψων (pro sano ἀνδρῶν), quo perit festiva allusio ad Cobium, de qua cf. Kock. Fortasse etiam comparari poterit illud Archippi II 723 M. ἄνδρες ἰχθύες, si licet suspicari ea verba dicta esse ad homines piscium nomina habentes (cf. ibi fr. 6).

Fr. 29, 1. φέρου recte tuetur Kock; vs. 2 cur suspectet Bl. verba οὕτως, ἐκείνως me quidem latet; significare videtur hoc et illo (i. e. omni) modo. — Vs. 3 Perperam idem ἐγχείρημ' ἐάν, nam sententia evidenter postulat traditum κἂν (sive κῆν), vel si.

In Argumento Euripidis Alcestidis rectius quam Lachman παρὰ τοῖς κωμικοῖς Nauck παρὰ τῶν γραμματικῶν pro παρὰ τοῖς τραγικοῖς coniecisse videtur; si vere, constat falsam esse Meinekii suspicionem ea verba ad Antiphaneam Alcestidem esse referenda. Quae Nauckii sententia etiam certior, si lenius corrigere liceat παρὰ τοῖς γραμματικοῖς (i. e. iudicio grammaticorum) ἐκβάλλεται, ut ὁμολογεῖσθαι παρά τισι et παρά τινων redit eodem.

Fr. 33, 3. Lectionem φανός praefert Bl., coll. Ach. 845. — Vs. 4. Idem iure addubitat Kockii coniecturam βαιά τε πέζα pro corruptis βεβαία τράπεζα, ipse proponens (coll. Cratin. II 225 M. κρουπεζοφόρον γένος) κρούπεζα βαιά, de quo et ipse cogitavi, qualis suspicio quodammodo commendatur absentia voculae τε, quae in hac enumeratione parum commoda est. At statim abieci eam suspicionem propterea quod Boeoti, non Athenienses (quos intellegendos esse docet vs. 6), erant κρουπεζοφόροι, itaque aliud quaerendum, quod non reperio. Nam praeter incommodum τε Kockii coniecturam etiam premit locus ubi πέζα commemoratur, quippe de qua statim post vs. 3 mentio fuerat inicienda. Solum βαιά verum esse potest, et sic apud Athenaeum habet L. — Vs. 6 iniuria Bl. pro γὰρ requirit μοι. Non solos Iones sed etiam Atticos interdum δοκεῖν pro νομίζειν usurpasse satis constat.

Fr. 34, 3. ἄριστον pro χρηστὸν Bl.; fieri potest, sed vix opus videtur. Potius cum Kockio pro δὲ, quod in γὰρ mutat Bl., scripserim δεῖν.

Fr. 35, 1. πρὸς τῷ μύρῳ γενόμενον αὐτὸν κατέλιπον | περί <τὸ> μύρον κτέ. Bl. intolerabili tautologia, graviore etiam quam qua premitur tradita scriptura πρὸς τῷ μυροπώλῃ, pro quo praeterea expectes παρὰ τῷ μ. aut ἐν τοῦ μυροπώλου. Hinc mihi nata est suspicio verba πρὸς τῷ μυροπώλῃ nihil aliud esse quam interpretamentum sequentium περὶ <τὸ> μύρον, quibus olim probante Meinekio necessarium inserui articulum, et poetam dedisse:

π ε ρ ὶ τ ὸ μ ύ ρ ο ν γενόμενον α ὐ τ ὸ ν κ α τ έ λ ι π ο ν
⏑́ – ⏑ –́ μέλλει τε συνθείς σοι φέρειν κτέ.

Nam *κατέλιπον* probabiliter Bl. coniecit pro verbi forma nusquam alibi in comoedia obvia *κατελίμπανον*.

Fr. 39, 2. Coniectura mea *πάτερ, σπαθήσεις* placuit Blaydesio, qui ipse vs. 3 satis probabiliter explet *λαβὼν γῆν* <*σμηκτρίδα*>, sed nihil in talibus certum est.

Fr. 40, 4. Supplementum meum *χρυσίῳ* eidem satisfacit.

Fr. 42, 1. Adversus Kockium quondam defendi leniorem Cobeti coniecturam *ἐπανήξω*, non enim apparet verbis *εἰς τὴν οἰκίαν* significari d o m u m a l i e n a m, ut ille explicat; contra, quia nihil additur, vix aliter intellegi potest quam d o m u m s u a m; nam *τῆς νυκτὸς αὐτῆς* est i p s a n o c t e. — Scholia Homeri *Λ* 293 affert Nauck.

Fr. 44, 4. *ἀ π ό λ α υ ε τοῦ ζωμοῦ, φ ό ρ ε ι τ ο ὺ ς β ύ σ τ α κ α ς*
μ ὴ κ α τ α φ ρ ό ν ε ι, μηδ' ἕτερ' ἐπιζήτει καλά.

Verbis corruptissimis nihil prodesse veterem meam coniecturam *μηκέτι φόρει* non solum docet, quod obiecit Kock, numerus pluralis *τοὺς βύστακας*, sed etiam falsa Ruhnkenii coniectura *ῥόφει*, quam minus recte (male enim post *ἀπόλαυε* abundat) cum illo probabam. Iugulat autem eadem correctio ipsius suspicionem *τοὺς βύστακας* (*μύστακας* vult Bl., sed cf. *βεμβράς* = *μεμβράς*, *βάρνασθαι* = *μάρνασθαι*, alia) *μ ὴ κ α ι ν ο τ ό μ ε ι*, quae verba num satis clare significare possint d e l a b i i s r a d e n d i s n e q u i d n o v a t o multum dubito, quibus saltem vel propter lenitatem praeferrem *τ. β. μ η κ έ τ ι φ ρ ό ν ε ι*, quod proponit Bl., quamvis id potius dicendum fuisset *τὰ τοῦ βύστακος*.

Maius igitur ulcus hic latere crediderim, quod licet certa coniectura sanare nequeam, lubet tamen significare, quale quid manifesta loci sententia requīri videatur:

ἀπόλαυε τοῦ ζωμοῦ, φ έ ρ' ε ὖ τ ο ῦ β ύ σ τ α κ ο ς
τ ὴ ν ἀ π ο τ ο μ ή ν, κτέ.

i. e. F r u e r e (i. e. libenter vescere) i u r e n i g r o; f e r p a t i e n t e r m y s t a c i s d e t o n s i o n e m, etc.

Vides cur etiam abiecerim veterem meam suspicionem, cui plaudit Bl., *ἀπόλαπτε* pro *ἀπόλαυε*, de quo verbo sic usurpato cf. Iacobii Index. — Vs. 5. *ἔτι ζήτει* malit Bl.

Fr. 45, 2. *πικρόν τε*, coll. Hom. *λ* 846, feliciter Naber, nec sane displicet, licet certa non videatur, eiusdem coniectura *ἔπεισεν* vs. 3.

Fr. 47, 2. Recte B. praefigit Bl. — Vs. 3. Supplet *ἑτέραν*. Aut hoc aut *ἄλλην* elapsum videtur. — Vs. 5. Idem *δέ γ' αὐτηί*, aut *ἥδε σοι*, nisi lateat proprium nomen aliquod. Cur quaeso? Nec duplici particulae hic locus est. — Vs. 6. <*τὸ*> *κοινὸν* proponit idem, tum *μὲν οὐ* pro *πάλιν*. Longe probabiliora suasit Cobet, sed obscurum restat post omnes eruditorum curas hoc fragmentum.

Fr. 48, 1. Bl. malit *Μενέλεως* <*μὲν*>, at facilius ea vocula periit ante nomen, ubi recte inseruit Koppiers.

Fr. 42. Coniecturis suam addit Bl. *λευκοσάρκους*, coll. III 96. Fortasse verum vidit Kock. In fine persuasit mihi Naber, quocum in fr. 52, 2 malim *τυκτὸν*.

Fr. 52, 3. *ἄλλης* Bl., quod non intellego; recte *ἀγνῆς* Kock. Cur hic cum Meinekio Homericum *γαίης*, quod habet cod. *A* Athenaei, in *γαίας* refinxerit, me latet. — Vs. 5. *ταχεροχρῶτα κρέα* Bl. At in olla non carnes tantum, sed omnia ciborum genera (*εἴδη*) coquuntur. — Vs. 6. *θᾶττόν μ'* aut *τἄρα μ'* idem. Neutro opus. — Vs. 7. *μελίττης* in hac paratragoedia non scripserim cum Bl., cui vs. 8 persuasi corrigens *ἐγκαθειμένον*.

Fr. 53, 1. *πένθει* Naber; *μετρίως δεῖ*, deleto *δὲ* Bl. Neutro opus videtur; infinitivus pro imperativo etiam apud Atticos haud ita rarus est. Utrum in fr. 59 sic accipiendum sit *ἐνεγκεῖν*, an supplendum ab initio *ἐκέλευσ'*, ambigo. — Vs. 3. Optime cft. Bl. Pac. 334 et Aesch. Cho. 239.

Fr. 55, 1. *συνίης*; Nauck, provocans ad Porsonum ad Eur. Or. 41. Mihi probabilior videtur Cobeti doctrina, quam sequitur Kock. — Vs. 2. *λυχνεῖον* lege cum Bl., qui vs. 3 lacunam explet verbis *καὶ μῆλα θήσω*. Cf. Kock. — Vs. 14. Bl. mecum scribere iubet *τρόπῳ* et *λαβεῖν* cum Bergkio, et vs. 16 *οἴνου — πολὺ* cum Kockio, Athenaeo XI 487 d iure reddens *ἐφ' ὃν* pro *ἐφ' οὗ*.

Fr. 59. Vid. ad 52, 1.

Fr. 60, 1. *καλέσας* si quos vocavit optime explicat O. Crusius; melius igitur Bl. *πνίξας* suum reticuisset.

Fr. 63. <*ἔστι γὰρ*> *ὁ κόιξ* Bl. Cur poetae verba abiudicemus cum Kockio non video causam idoneam.

Fr. 66. *τὸ χερνιβεῖον πρῶτον· ἡ πομπὴ σαφής*. Bl. coniecit B. *ἦν πομπὴ σαφῶς* aut B. *ἦν* (ecce) *π. σαφής*. Procul dubio *σαφής* sanum est, articulus mendosus. Ipse suspicabar *ἦ* (profecto) *πομπὴ σαφής*, quae verba ambigo utrum alteri personae tribuenda sint, an priori continuanda.

Fr. 68, 4. Quidquid dicit Kock, *χρηστῶς* hic ineptum est, et teneo quod conieci *ὦ χρήστ'*, mi bone! — Vs. 10. *ἄν τις ἄλλος ἰχθὺς ἦ* Bl. violenta et inutili coniectura. *Μικρός* ob sqq. necessarium, et *ἰχθὺς* facile auditur. Nec non opus est voce *κἂν* (sive *κῆν*). — Vs. 14. Aenigma solvit Crusii coniectura *Σελήνης* pro *Ἑλένης*, sed vitiosus est anapaestus *ἐστὶ Σελήνης*. Legendum per interrogationem:

> *δῆλον ὅτι, ταῦτα δ' οὐ Σελήνης βρώματα*
> *ὡς* (cum Cobeto) *φησιν οὗτος μαινίδας καὶ τριγλίδας;*

cuius quaestionis traditum *ἐστὶν* est interpretamentum.

Fr. 71. Meinekii coniectura *κογχίον τι* Kockio prorsus incerta, mihi

veri simillima videtur. Ita quoque iudicat Bl., qui praeterea sine causa tentat πρὸς τετμημένον | μέρος.

Fr. 72. ἐκτεμὼν χορδῆς μεσαῖον.

Blaydes dubitans utrum τόμος an τέμαχος supplendum sit, non videtur observasse de piscibus constanter τέμαχος (nos m o o t) adhiberi, de pane vero, placenta, farcimine, similibusque eadem constantia τόμος (s n e d e). Hic igitur necessario audiendum est aut supplendum τέμαχος, ut v. c. Ar. Eq. 1179. 1190. Saepius apud comicos occurrere ἀλλᾶντος (-των) τόμος (-μοι) docebit Iacobii Index.

Fr. 74, 7. Α. ἔξω τις δότω
ἱμάντα ταχέως οἷ ο ν. Π. οὐκ ἔγνων ἴ σ ω ς.
ἔ π ε ι τ α τοῦτο ζημιοῖς με; μηδαμῶς κτέ.

Optime Headlam paedagogo Ganymedis tribuit οἷον, sed etiam sic sensu cassum videtur ἴσως. Suspicor:

ἔξω τις δότω
ἱμάντα ταχέως. Π. οἷον οὐκ ἔγνων τ ά λ α ς,
ἔπειτα κτέ.

Sententia est: „Quod quale rogas me aenigma non solvi miser, hancine mihi multam imponis? Facere noli!" οἷον = ὅτι τοιοῦτο (scil. ὃν προβάλλεις μοι γρῖφον, κτέ.). Sed fortasse praestat:

οἷον οὐκ ἔ γ ν ω κ ά π ω ς,
ε ἶ τ α δ ι ὰ τοῦτο ζημιοῖς με;

Vs. 13. Placet Kockii coniectura ἀποστρέψαντα, nec displicet Blaydesiana συνδήσαντα.

Fr. 75. καλυψάμενος τριβωνίῳ
διεπαρθένευσα.

Bl. ἐγκαλυψάμενος. Locum non satis intellego, cur enim homo dicatur se tribonio involvisse haud assequor, et male me habet omissus articulus, sed excerpti brevitas obstat emendationi.

Vs. 76, 2. Iure προεῖτ' Bl. Atticum non est πρόοιτ'.

Fr. 77, 3. εὐφραίνετ' ὀσμαῖς optime Meineke elicuit ex cod. A Athenaei lectione εὐφροσύναις ὀσμαῖσι, nec Naber debuerat serum vocabulum ὄσφρα comico veteri obtrudere.

Fr. 78. Bene Bl. μελίπηκτα; Β. ναί, κτέ., sed hoc ipsum fortasse voluit emendationis auctor.

Fr. 80, 9. γελᾶν meum probavi Blaydesio. — Vs. 12. Cobeti σιτάρκημα non est dubia emendatio. Cf. lexicon meum suppl. p. 741 s. v. σιταρχία, ubi adde PB 948, 13.

Fr. 81, 1. Temere τις pro μοι Bl.; nec magis necessaria videtur Kockii coniectura προσφερέτω aut quod praeterea proponit Bl. τις φερέτω. Subiectum fuit in praegressis. Fragmentum autem sumtum videtur e narratione eius qui loquitur, ut arguit aoristus vs. 2 ἐνεχεάμην, quemadmodum bene pro ἐπεχεάμην correxit Kock. Nec video cur ibidem pro οὐχὶ παιδιᾷ (recte idem) Bl. requirat οὐκ ἐν

παιδιᾷ aut οὐχὶ παιδικῶς, sed virgula pro puncto posita post λαβών scripserim ἐνεχεάμην <δ'> ἄκρατον κτέ., delens virgulam post παιδιᾷ. Nam procul dubio vss. 1—3 unam efficiunt periodum.

Fr. 82, 2. Bl. δὲ pro τε. Cur? Nec video cur vs. 3 καὶ βεβρωκὼς melius sit quam traditum καταβεβρωκώς. Imo καταβιβρώσκειν, pro quo antiquiores comici κατεσθίειν adhibent, devorandi sensu usurpatum hic aliquanto aptius videtur quam verbum simplex.

Fr. 85, 1. κυαθοῖσιν Bl. pro θεοῖσιν forsitan rectius quam σκύφοισιν, quod coniecerat Kock. Cum neutro facio futurum ἔνεσται, quod optime coit verbis sequentibus ἂν μὴ κεράσῃ τις, mutante in praesens ἔνεστι vel ἔνεστ' ἐν.

Fr. 86, 5. Cum Bl. inutilem iudico Kockii coniecturam ὠστιζομένους pro σιτιζομένους, quod postulant ipsa sequentia. Cum vs. 6 iniuria sollicitato O. Crusius cft. Alexidis fr. 159.

Fr. 87, 3 sq. καθάπερ αἱ γυναῖκες, κατέφαγεν
πάμπολλα καὶ ταχύτατα.

Librarios sequiorem formam substituisse pro attica τάχιστα monui Anal. Crit. 34. Non praeferendam esse Kockii coniecturam παχύτατα arbitror propter Eubuli fr. 42. Risum movet Bl., qui quodvis pro quovis passim reponens violentiam hic mihi exprobrat!

Fr. 88, 1. Pro οὐ Bl. malit αὖ, quod pessumdat sententiam, quam optime explicat Kock. Recte idem vs. 3 tuetur ἅπασιν, sed perspicuitatis ergo scripserim ἅπασιν· ἵπποις, κτέ.. Utrum vs. 4 pro μαστοῖς rescribendum sit cum Dalecampio μασπέτοις, quod probat Bl., an cum Kockio, qui illud nomen ignotum fuisse Atheniensibus e Theophrasti loco H. Pl. VI 3, 1 efficit, μαστροποῖς ridicule interpositum agri Cyrenaei fructibus, non plane quidem mihi constat, sed tamen huc magis inclinat animus. Verum pro πυρετοῖς longe praefero Meinekii inventum πυροῖς illius coniecturae πύργοις.

Fr. 89, 5 sq. Cum Blaydesio probo Porsoni transpositionem.

Fr. 90, 2. Pro δαιτὸς interpolator potius scripturus fuisset vulgare δεῖπνον, quare multo probabilior videtur Meinekii coniectura excidisse λιπαρᾶς quam delendum esse δαιτός.

Fr. 91, 1. πόθεν οἰκήτωρ (sc. ὄχλος) magis poetice dictum quam πόθεν οἶδ' ἤκουσ', quod substitui iubet Blaydes.

Fr. 92. Bl. „ἀστρίχοις, i. q. ἀστραγάλοις. Scilicet ob astri similitudinem." Quod si ita esset, suspiceris talos ita dictos esse a punctis, quibus ut stellis coelum distinguebantur. Verum apage ineptias! Ἀστρίας et ἄστριχος nihil aliud sunt quam breviores formae vocis ἀστράγαλος, talus (animalis, plerumque hinnulei, unde δορκάς), quae vox procul dubio ab astris non ducit originem. Fieri potest ut Herondas III 6 sq. scripserit καὶ γὰρ οὐδ' ἀπαρκεῦσιν | σοί γ' ἀστρίαι. Λαμπρίσκε, pro ametro αἱ ἀστράγαλαι.

Fr. 93. Causa est nulla cur cum Bl. ἠκρόασο mutemus in ἠκροάσω.

Fr. 94, 1. *ποθεινόν* ut *πόθος*, desiderium, iam continet deficientiae notionem, itaque otiosa est Kockii coniectura *ἀπὸν μὲν* pro *ἅπασιν*; licet placeat Blaydesio, qui ipse vs. 3 recte requirens duplicatum *ὡς* haud improbabiliter proponit *ὡς ἐχθρόν* pro corrupto *ἀχθηρόν*.

Bothii *παραδιόρθωσιν* iniuria probabat Kock. Cur ibidem pro *τέ* scribamus *δέ* cum Bl. causa est nulla.

ΕΥΘΥΔΙΚΟΣ. Aesch. I 40 *ἐκάθητο — ἐπὶ τοῦ Εὐθυδίκου ἰατρείου*. Noli cum Bl. rescribere *ἐπὶ τῷ — ἰατρείῳ*. Ita scripsit orator ad similitudinem notae locutionis de scortis *ἐπ' οἰκήματος καθίζειν*.

Fr. 95. Melius qnam Kock Blaydes *πουλύπους* | *ἐν βατανίῳ τις ἑφθὸς* <*εὖ*> *τετμημένος*.

Fr. 100, 3. Quadruplicem, imo quintuplicem coniecturam propositis addit Bl. p. 106. De vs. 4 cft. Antiph. III 52 M.; Philem. IV 10 M.; Alex. 211, 1 K.

Fr. 102, 2. *πρὸς* (pro *καὶ*) et *ἔχων* me probabilius Naber; meas coniecturas refert K., *σὺ* delens, si mecum legatur *ψέγεις* (improbabiliter *μέμφει* Bl.). Hodie scripserim:

τουτὶ γὰρ αὐτὸ πρῶθ' ὃ σὺ ψέγεις παθεῖν

pro *πρῶτον ὃ σὺ ποιεῖς π.* — Vs. 4. Bl. recte a Naberi coniectura *ἁπαλαῖς* (quam tamen, mirabile dictu, primum amplectitur) pro *καλαῖς* defendit vulgatam, comparato simillimo *ἁπαλὸς καὶ καλός* Nausicrat. IV 572; Ar. Lys. 1063; Com. anon. IV 673.

Fr. 103. *ἄγαλμα κἀνδριάντα καὶ γραφὴν* (*ἔχω* vel *ἔχεις*) Bl. reliqua recte, sed supplementum nullius est pretii. Quot enim alia excogitari possint!

Fr. 104.

ἀνδρὸς διαφέρει τοὔτ' ἀνήρ· ὁ μὲν κακῶς
πράττων τὸ λυποῦν ἤγαγ' εἰς παράστασιν,
ὁ δ' ἐμφρόνως δεξάμενος ἤνεγκεν καλῶς.

Nisi forte, quod olim putabam, lacuna sumenda est post *πράττων*, locus sic corrigendus videtur:

ἀνδρὸς διαφέρει τοὔτ' ἀνήρ. ὃ μὲν κακῶς
πράττων ὑπὸ λύπης (aut *διὰ λύπην*) *ἦλθεν εἰς παράστασιν,*
ὃ δ' ἐμφρόνως (*εὐφρόνως*?) *δεξάμενος ἤνεγκεν καλῶς.*

i.e. vir a viro hoc differt: alter, adversa fortuna utens, dolore delabitur in vesaniam (s. desperationem), alter sapienter (hilari animo?) accipiens (res adversas) fert pulchre.

Pessime vs. 2 *πράττων* in *φρονῶν* mutat Bl., et male sollicitatum est *παράστασιν*. Cf. Polyb. V 48, 7 *κατὰ τὴν παράστασιν καὶ τὴν ὁρμὴν τὴν πρὸς σωτηρίαν ἐρρίπτουν ἑαυτοὺς εἰς τὸν ποταμόν* et III 84, 9 *διὰ τὴν παράστασιν τῆς διανοίας ὁρμῶντες ἐπὶ τὸ νήχεσθαι σὺν τοῖς ὅπλοις ἀπεπνίγοντο*. Dobraei coniecturam *περίστασιν* bene refutans Kock etiam peius ipse coniecit *μετάστασιν*, quod Alexidis fr. 292, ubi recte additum est *τοῦ φρονεῖν*, non defenditur. Omnino conferendum Antiphanis fr 295:

λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναί μοι δοκεῖ

et Philemonis fr. 106, 2 sq.:

διὰ λύπην καὶ μανία γὰρ γί<γ>νεται...
αὑτούς τ' ἀνῃρήκασι διὰ λύπην τινὲς κτέ.

Fr. 106, 4 mecum τά τε pro καὶ Bl., sed in vs. 6 prorsus incredibiliter coniecit: μελιλωτίνῳ δέ γ' ἑκάτερον βραχίονα. Recte Kock.

Fr. 108. τῶν γίγγρων αὐλῶν
μνημονεύει Ἀντιφάνης ἐν Ἰατρῷ et Μένανδρος ἐν Καρίνῃ. Manifestum est solum voc. γίγγρος esse horum poetarum, reliqua Athenaei.

Fr. 109, 2. Bl. ὁ δέ γε πῆλος πάγκαλος | ψυκτὴρ eleganter.

Fr. 112, 1. Bl. p. 107 ἀσπίδα fuisse in hoc versu fuisse putat (propter Aristot. poet. 21, ut arbitror.) proponens εἶτ' ἀσπίδα δὸς φιάλην Ἄρεως et alia quaedam p. 107, pro qua opinione quodammodo facit glossema τὸ ὅπλον, quod recte delevit Koppiers (licet potius ὅπλον per ἀσπίδα quam inversa ratione explicatum esse crederes), sed adversantur Athenaei verba, nec re vera eam demonstrat locus Aristotelis bene intellectus. Lenitate reliquas omnes coniecturas Emperiana vincit εἶτ' ἤδη δὸς pro ειτ' ηδηλος et fortasse recipienda.

Fr. 113, 4. μόνος ἀνευρηκὼς (l. ἀνηυρηκὼς). Μόνος, ut saepe, h. l. significat praecipue (cf. nota locutio μόνος καὶ πρῶτος sive πρῶτος καὶ μόνος), neque igitur probo Naberi coniecturam πρῶτος ἀνευρηκὼς (contra numeros) aut Blaydesii πρῶτος εὑρηκώς. — Vs. 5 quamvis sanum me haud satis intellegere confiteor ope loci Diog. L. V 87, quem affert Kock; ignoro enim quo sensu accipiendum sit τὰ κεφάλαια.

Fr. 115. Mihi quidem neutiquam persuasit Kock.

Fr. 117. ἐκαυχῶντ' pro ἐφύσων (quod sanum est) temere Bl., et fr. 121 <δὸς vel καὶ> στειλεὰν inutiliter.

Fr. 122. τὸ δὲ τυραννεῖν ἐστιν
ἢ τί ποτε τὸ σπουδαῖον; ἀκολουθεῖν ἔρις
ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν, κτέ.

Minus inique iudico de Kockii coniectura παρανοεῖν ἐστι δή, quam Bl., qui num illius sententiam intellexerit valde dubito. Qua suspicione admissa, verte: id vero (quod aggressurus est) insania est, aut quid tandem serii? Interesse cupis (ἐρᾷς K. pro ἔρις) sophistis etc. Quae aptissime dicta mihi quidem videntur et lenissime correcta. Dubito tamen num recte se habeat articulus ante σπουδαῖον. Num forte fuit:

ἢ πῶς ποτε σπουδαῖον;?

Bl. ἐρῶ (pro ἔρις), quo sensu me latet. — Vs. 4. λέγονθ' male coit cum praegresso σοφιστῶν, nec verum esse potest κλύειν θ', quod a comico sermone alienum. Quidni vero λέγειν θ'? Gestit adolescentulus ille, quem pater seniorve amicus ab argutiis dia-

lecticis revocat, minus alios audire quam ipse dicere, itaque nihil aptius aut lenius reponi potest. — Vs. 5—7. Ter lege γι<γ>-νεται et vs. 6 γι<γ>νόμενον.

Fr. 123, 3 rectius Kockio Bl. ὅτε δὲ προστάξειέ τι. — Vs. 6. οὐδέποτ' ἂν αὐτὸν vel οὐδέποτ' ἐκεῖνον idem, quale quid sane requiritur, neutiquam enim satisfacit recepta Dobraei coniectura.

Fr. 124, 10. Sana est lectio. Perperam Bl. μέν γε δή 'στι, qui vs. 12 ἐπὶ pro ἐν scribit mecum et vs. 15 optime delet punctum. Graecum non est ἆρα sententiam ordiens sine interrogatione, qua in re perpetuo fallitur Kock, neque vero interrogationi locum esse arguit νὴ Δία.

Fr. 125, 2. Recte se habet καὶ νῦν, ut vel probat citatus ab ipso Bl. Vesp. vs. 503. Bl. γε νῦν aut νυνί, aut κήρυγμ' ὅπου γε νῦν. Ferri fortasse poterat κήρυγμ' (κήρυγμα traditum) ὅπου καὶ νῦν, sed minus placet κήρυγμα κεκραγέναι, quam κηρύττειν, itaque vere κηρύγμαθ' emendasse videtur Meineke.

Fr. 126, 3. Bl. malit γ' pro δ'. — Vs. 4 (ubi infelicissime ἀπείθισεν coniecit Kock) corrigebam ἀπεῖρξε <μὲν> τὸ ζῷον <αὕτη>, τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν. Possis fortasse etiam cum illo ὥστε <τοῦτ'> ἀπεῖρξε σκατοφαγεῖν τὸ ζῷον <ἀεί>, κτέ., sed cum violentior est haec ratio, tum μέν in hac oppositione aegre desideratur. Quia tamen pronomen demonstrativum additum substantivo τ. ζῷον placet magis quam in mea coniectura inutile αὕτη, hodie correxerim:

ἀπεῖρξε <μὲν>
τὰ ζῷα <ταῦτα>, τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν

cui plurali numero favet tam ταῖς ὑσίν (vs. 3) quam oppositum τοὺς βοῦς. O. Crusius suspicatur voce boves ipsos Cyprios innui a poeta, collatis Diogeniani quos citat Kock locis, cui tamen suspicioni non favet Plinii locus apud eundem.

Fr. 127. Meam coniecturam probat Bl.

Fr. 128. Ingeniose Kock:

Εὔθυνον <ὄψον> ἀπολοπίζοντ' αὐτόθι
χρηστόν τί, Παρμένων, κέλευσόν μοι τεμεῖν.

Sed haereo in inutili αὐτόθι, neque intellego cur librarii traditos accusativos in nominativos refincturi fuerint. Malim igitur fragmentum ita constituere:

ἐλθὼν τε πρὸς τὸν τεμαχοπώλην περίμενε,
παρ' οὗ φέρειν εἴωθα· κἂν ἀγαθὸν (pro οὕτω) τύχῃ
Εὔθυνος <ὄψον> ἀπολοπίζων, αὐτόθεν
χρηστόν τι, Παρμένων, κέλευσόν μοι τεμεῖν.

Erus servo Parmenoni mandat ut Euthynum τὸν τεμαχοπώλην, si forte bonum viderit piscem desquamantem, lautam inde portionem (τέμαχος) sibi (ero) abscindere iubeat. Non omnes piscium partes aeque delicatas esse usu novimus. Ita saltem clara sunt omnia.

Fr. 129, 2. Suspectum alterum utrum μέν, sed immodulata Meinekii est correctio ὄψον, melior, sed iusto violentior, Blaydesii ὀψάριον οὐδὲν ἐσθίει θαλάττιον. Quia tamen θαλάττιον οὐδέν, non addito ὄψον, rectissime dictum est, suffecerit scribere cum eodem Meinekio:

ὁ δ' ἐν (pro μὲν) ἀγρῷ τρεφόμενος
θαλάττιον μὲν οὗτος οὐδὲν ἐσθίει, κτέ.

Vs. 4. θύννου pro θύννης sine causa idonea Bl. — Vs. 6. idem τὸ δεῖν' ἂν ἐσθίοις; aut τὸ δεινὰ δ' ἂν φάγοις; Prius placet. — Vs. 7. τὰ λειόνωτα ταῦτα. Bl., aut ◡—◡—◡. Γ. ποῖα; Κ. λ.; pro πλοῖα, quod in λεῖα mutari iubet Headlam; ipse τουτὶ in τὸ τί; mutandum putő cum Kockio, desperans de reliquis; nam apta quidem sed traditis dissimillima sunt quae praeterea proposuit. – Vs. 8. Feliciter Headlam, coll. Arist. fr. 218 et Eupol. 338, ἔγνως pro ἀγρίως, quanto probabilius quam μάλιστά γ' vel ἥδιστά γ' Blaydes, qui adhibita Eustathii lectione sagaciter vs. 10 supplet scribendo κομιδῇ γὰρ οὐκ ἦν <οὐδὲν ἐνταῦθ'> οὐδαμοῦ aut ἐνθάδ'.

Fr. 132, 3. σακτή corruptum putat Bl. Quidni vero loligo farciri potuit? Vs. 9 temere idem καὶ τούτων vel τούτων μὲν pro sanis.

Fr. 133, 5. ἐκτυμίας pro οὐ ταμίας sine causa idonea Bl.; praeterea librarius facilius in contrariam partem peccasset. — Vs. 7. τυρὸς χλωρός, i. e. ὁ νέος καὶ πρόσφατος, interprete Phrynicho Bekk. p. 73, 3. Bl. cft. Alex. III 462, 12 M. — Vs. 9. Recte κνηστός pro πηκτός Halbertsma ex Eustath. p. 872, 11.

Fr. 134, 1 male ταῦθ' pro τοῦθ' (sc. ἓν) Bl. — Vs. 5. Idem sanum participium παροῦσι, i. e. convivis, confidenter in πιοῦσι mutat, quod saltem πίνουσι (quod metrum non fert) sonare debebat.

Fr. 131, 2. Cf. etiam Ar. Eq. 944 sq. — Vs. 3. μελαγχροῦς exspecto cum Bl., qui cft. Polioch. IV 590 μελαγχρῆ μᾶζαν.

Fr. 137, 1. Bl. τράπεζ' ἀφῃρέθη· μετὰ ταῦτα δαίμονος, spreta omni litterarum similitudine.

Fr. 138. κεστρεῖς ἔχων, ἀλλ' οὐ στρατιώτας, τυγχάνεις | νήστεις.
Dicta haec videntur ad ducem nescio quem (ξεναγόν, ut suspicor), qui pro militibus bene nutritis et honestis famelicos ideoque rapaces dissolutosque ducebat, quemadmodum apud Shakespearium Falstaff. Cadunt talia in diadochorum tempora. Moneo propter Kockium, qui „prorsus obscurum" vocat fragmentum.

Fr. 140, 3. Headlam μαλακὰς σφόδρ'; Β. ἀδεῶς· μ. πρ. δὲ δεῖ vel δ' ἔα, ut ante haec vs. elapsus sit, cuius sententiam indicavit verbis: „And how do you feel towards λαγῷα and κίχλας?" coll. Platonis fr. 174, 8 sq., Alexidis 163, 5; Menandri 518, 13, 16; Athen. p. 357 F., quae sagacissime excogitata sunt. Vid. ipsum Athenaei, ubi hoc fr. affertur, locum. — Vs. 4 sq. Bl. continuans verba μ. δ' εἴ τις προσφέροι σοὶ priori personae: τρώγοις ἂν ἢ | ᾠόν; Β. καταπί-

νοιμ' αὔτ' ἄν vel ᾠά; *B* καταπίνοιμ' ἄν, aut non continuans et probabilius: *B.* τρώξομαι, | ᾠὸν δὲ κτέ. Lenius possis:

A. μελίπηκτα δ' εἴ τις προσφέροι; *B.* τρώγοιμ' ἄν. *A.* εἰ ᾠὸν δέ; *B.* καταπίνοιμ' ἄν. *A.* ἄλλου δεῖ τινος;

admissa Eustathii et cod. C lectione τρώγοιμ' ἄν pro τρώγοιμι.

Fr. 144, 7. Ante Bl. contuli Av. 128. — Vs. 9. Valde dubito tam de hiatu quam de anapaesto ἡδύ; ἐμοί. Locus non sanatur Blaydesii coniectura οἶμαι pro ἐμοὶ μέν. Num forte fuit οὐχ ἡδύ; φημὶ μετὰ τὸ πλουτεῖν δεύτερον?

Fr. 147, 1. Bl. conicientem τά τ' ἄλλα, quod ipsum traditur, non intellego; sin voluit καὶ τἆλλα, fallitur, nec necessariam arbitror eiusdem coniecturam vs. 2 νομίζειν pro τὸ νομίσαι aut leniorem Naberi τε pro τὸ. In Aristophanis fr. 520 D., quod citat Bl. ad vs. 7, corrigendum ἐστιν μέλι (pro μέλει), non γλυκύ cum ipso. — Vs. 4. θιγεῖν pro τυχεῖν felix est Kockii inventum.

Fr. 148, 2. παρατίλλεται pro προσέρχετ' αὖ, quod sane corruptum est, coniecit Bl. Ne sic quidem locus persanatus videtur, nec illud verbum primo loco exspectatur ante ῥύπτεται — σμῆται κτέ., licet aptum sit aliquod verbum ad cultum muliebrem pertinens. Quidquid fuit, teneo quod olim conieci μετέρχεται —, αὖ μετέρχεται. — Vs. 4. ἐκδέδυκ' (Kock pro ἐκβέβηκ') speciem habet. — Vs. 5. σκοπεῖται, στέλλεται corrupta ducit Bl. Prius verbum sane difficile est explicare (vix enim significare potuit quod Graece dicitur κατοπτρίζεσθαι), sed non improbabile videtur στέλλεται, induit vestimenta, si verum est Kockianum ἐκδέδυκ'. Ceterum venit in mentem σκοπεῖ, τί στέλλεται, spectat quid sibi mittatur ab amatore (munus), sed nihil affirmo.

Fr. 149, 1. Bl. τοῦτο δ' aut τήνδε δ' et τὴν Ὑγιείας temere coniecit.

Fr. 151, 1. ὡς pro ὧν sine necessitate Bl.

Fr. 153. Apud Steph. B. idem ἐνδύματος εἶδος, quale quid sane exspectatur.

Fr. 154, 2. Bl. εἶτα, ut natum e vs. 3, in αὐτοῦ mutat. Fieri potest ut recte, sed absque causa idonea verba ὡς θᾶττον ἡ παῖς violenter mutat in ἐπεὶ τάχιστα, quae nemo ita corrupisset. Analogis comparativi θᾶττον exemplis satis defenditur quamvis insolentior tradita lectio.

Fr. 159, 4. Revocata cod. A. lectione οὐχί, Bl. pro Hanoviano κοὐ transponit εἰσάγουσι τίτθας, sed elegantius vulgo τίτθας separatur a voce βασκάνους. Dubito tamen an οὐ pro οὐχὶ sufficiat. — Vs. 6 (propter negationem, ut arbitror) idem postulat μὰ Δία, quod tamen, quia recusant numeri, si bene receptum est Grotii supplementum, suspicor e proximo versu huc devenisse pro δῆλα δή, similive lectione. Sed cf. Kock. — Vs. 8. Pro αὖ Bl. malit οὖν, possis etiam δή, si quid mutandum. — Vs. 10. Idem proponit καταλέγειν, quae notio

hic alienissima videtur, in vs. 11 supplens τούτους δέ. Nescio an rectius de his iudicaverit Cobet (cf. Kock). Ibidem γένος pro ἔθνος requirit Nauck itemque apud Menandrum fr. 535, 6.

Fr. 160, 2. ἅλιμον pro ἅλιμα recte, ut videtur, Nauck; pro καὶ κακὰ Bl. χἄτερα postulat; si recte, κακά est glossatoris, sed novandi necessitatem addubito.

Fr. 161, 10. Pro τὴν πεῖραν, quod sanum, Bl. πεῖράν τιν', in quo mihi quidem displicet pronomen indefinitum, quia de certo agitur experimento. Similiter nos in tali re diceremus de proef, de ondervinding.

Fr. 163, 5. Inutiliter et violenter Bl. σοῦ δ' ὦ κυλίκιον (aut γλυκύτατον), vel αὐτοῦ δ' ἵν' ἐσμέν (quae non intellego). In traditis nihil reprehendendum, nam τέκνον in hac paratragoedia recte priorem syllabam producere sensit iam Kock, cuius placet vs. 8 coniectura τῆς τ' ὠφελείας, pro καὶ τῆς ἀφελείας, quod vix recte Bl. vertit smoothness of surface, quamvis ipse requirat nomen capacitatem significans. Minus vero recte Kock hic et alibi velut mox fr. 164, 6, secutus illa aetate vigentem criticorum morem, traditum οὕνεκα, quod vetusti tituli attici tuentur, mutavit in ionicum εἵνεκα. De quo semel monuisse sufficiat.

Fr. 164, 3. Temere Kock τοῖς βουσὶ πᾶσιν, quod ita requireretur, si solorum boum essent hecatombae. Probabiliter admodum reliqua sanavit Cobet. — Vs. 7. αὐτὸ vix recte Bl. hic interpretatur μόνον. Verte: hoc ipsum parvum, juist dit geringe (offer).

Fr. 166, 3. Bl. corrigere malit ἐμβλέπων γὰρ εὐθέως, non reputans ita vs. 4 pessime abundare εὐθύς, nec rectius metri causa (?) vs. 7 emendat ἰχθὺν ὁπόσου pro ὅσου. Nam vocalis υ in nominativo et accusativo attice producitur. — Vs. 6. ἡλίκον, quam exiguum (Kock), novicio usu, ut ἡλικία usurpari coeptum est de statura.

Fr. 167. Omnino cum Bl. περικάλυμμα legendum, integumentum, pro παρακάλυμμα, praetextus.

Fr. 168, 5. Temere idem φειδωλίαν pro πονηρίαν.

Fr. 169, 3. Male idem τοῦτό γ' ἂν λαβών.

Fr. 171, 1. εἰ κελεύει μ' ὁ σταθμοῦχος Bl., qui bene addidit articulum (perperam mutans traditum ἂν κελεύῃ, pro quo saltem εἰ κελεύοι scribendum foret), ut in vs. 3 εἰ ἐπιτάττοι μοι στέγαρχος, pro μοι corrigit δ' ὁ. Nonne sufficit μοὐ = μοι ὁ? Cf. Ar. Eq. 1237; Vesp. 902.

Fr. 172, 2. Optime φυλλ<αδ>οτρῶγες Kock, quidquid obloquitur Bl., qui huius coniecturae in vs. 4 addit suas ἡμῖν τοῖσι πρόμοισιν vel τοῖς ἀφνεοῖσιν, quarum prior mihi quidem multo probabilior videtur quam Kockiana.

Fr. 173, 1. εὖ δ' ἐγένεθ' ὅτι Porson sec. Bl., ἐγίνεθ' ὅτι sec. Kock. Certe illud multo praestat aut, quod rectius fortasse Bl. coniecit, δὲ γεγένηθ' (una cum aliis inutilibus). Fere constanter in his

fragmentis traduntur formae dialecticae et hellenisticae *γίνεσθαι* et *γινώσκειν* pro atticis *γίγνεσθαι* et *γιγνώσκειν*, quae sine controversia ubique restituendae fuerant. Illas vero recentes scriptores et grammaticos etiam citatis suis introduxisse, nihil hercle est quod miremur. — Vs. 2. *τις εὖ* forsitan recte Bl., quod *εἷς τις* graecum sit, non *τις εἷς* (cod. *τισεις*).

Fr. 174, 1. *ἐπεισήγαγε* pro *ἐπεισῆγεν* nescio an recte Blaydes, sed male *καὶ* pro *ἢ* (sive). Cf. Kock. Idem vulgato versuum ordine servato proposuit *σεμνοτάτης*, unde quis quaeso librarius poeticum *σεμνοπότου* fecisset? Ceterum fortasse omnino nihil novandum cum Kockio, quia brevius est fragmentum quam unde de totius carminis compositione metrica iudicari possit.

Fr. 175, 2. Displicet asyndeton; an *καὶ* (pro *ἢ*) *Κύπρος*? Passim utramque voculam a librariis confundi constat. Similiter Epicrati in fr. 2, 20 *ἐστὶν ἢ* (pro *ἐστι καὶ*) *πτύσαι* reddidi, quod hodieque verisimilius duco quam *καὶ κύσαι* (Jacobs) et *θᾶττον ἔστ' ἢ καταμύσαι* (Headlam).

Fr. 176, 2. Iniuria Porsonum vituperans Bl. *τῆσ<δε> στέγης* corrigentem, ipse substituit *τῆς οἰκίας*, quod quis tandem in minus triviale *τῆς στέγης* fuisset mutaturus? Scilicet senserat vir summus affectari h. l. tragicam grandiloquentiam itaque recte abesse articulum post pronomen, ut vs. 3 *ἄρτους τούσδε* et vs. 6 *δημόταις* contra vulgaris sermonis usum articulo caret. Eadem de causa, totum enim fr. spirat paratragoediam, vs. 4 transponam (admissa cum Kockio probabili Meinekii emendatione *κατέχοντας*):

κατέχοντας ἰπνὸν ἐν πυκναῖς διεξόδοις,

nec probo Blaydesii rationem, qui deleto *τούσδε* scribit *ἰπνὸν* | *καταμπέχοντας*. Quod participium recte Kock e conflatis duabus scripturis *κατέχοντας* et *ἐπέχοντας* natum esse existimat. — Vs. 5. *κριβάνῳ 'ξηλλαγμένους* sine iusta causa coni. Bl., nam pluralis numerus ut magnificentior in paratragoedia singulari praeferendus est, sed in vs. 6 merito me iudice tuetur *μίμημα* adversus Kockium.

Fr. 177, 2. *μηδείς μ' ὄψεται*, aut *μηδεὶς ὄψεται* et *με* vs. 1 (pro *μοι*). Bl. Fugit me causa mutationis.

Fr. 179, 5. *καὶ γνοίης* Naber, *ἀναγνοίην* Kock. Neutrum necessarium videtur, hoc tamen arridet.

Fr. 180. Hes. *βύστραι· αἱ τῶν λαχάνων ἐνθέσεις. ἔνιοι δὲ τοὺς ἐκ τῶν λαχάνων ψωμούς*. Pro *ψωμούς* Bl. coniecit *θωμούς*, sed neque ita praepositioni locus esset neque *βύστρα* (a *βυνεῖν*) facile acervi notionem induere potuit. Aptum foret *στοιβάς*, quod tamen haud facile sic corrumperetur. Quia vero in hoc fragmento *βύστρα* evidenter *ἔνθεσις* significat, *ψωμός* autem idem denotat, potius crediderim, stupidum lexicographum e diversis glossariis coniunxisse interpretationes forma diversas, re easdem, itaque *ψωμούς* sanum esse.

Fr. 181, 1. *θυννίδος* pro *θυννάδος* malim cum Bl., qui illud septies, hoc alibi nusquam in comoedia legi observat; vs. 2 „*λακιστοῖς* poetice pro *κνιστοῖς* (Antiph. III 44), *στεγάσμασι* pro *καλύμμασι* (Antiph. III 27)." Bl.

Fr. 182, 2. Mire fallitur Bl. *ἰσοτράπεζος* hic producere *ι* putans. — *εὐγενής* vix corruptum videtur, pro quo Kock *εὐπινής*, Bl. *εὐπρεπής* proposuerunt, nec vs. 3 necessarium videtur *γηγενές*, *ζέον* corrigere cum Nabero aut *γηγενές*, *ζέων* cum Blaydesio; propter praegressum *θρέμμα* librarius potius in contrariam partem peccasset, sed cf. *εὐγενής* (2) et *κάκκαβον* (4).

Fr. 183, 2. *βρώματα* pro *πράγματα* speciose Bl. Cf. tamen Ar. Equit. 1399 *τὰ κύνεια μ(ε)ιγνὺς τοῖς ὀνείοις πράγμασιν*, ubi ipse in Mnemosyne *φάργμασιν*, farciminibus, proposui. Pro *ἀρνεῖα* idem recte *ἄρνεια* emendat, et vs. 7 optime refutat Kockium, idem esse *κράμβη* et *ῥάφανος* (coll. Apoll. Car. IV 449) monens.

Fr. 187, 5 sq. Inter utrumque verbum, ut scribuntur, prava est oppositio, quare teneo veterem meam coniecturam, aut *μαλακῶς δὲ δειπνεῖν* vs. 6 scribendum esse aut totum versum Antiphani abiudicandum.

Fr. 188, 1. *ἔγωγε πρὶν τῶν ὑμετέρων* <*σίτων*> *φαγεῖν*, non male. Bl.

Fr. 190, 2. *ἐλογίζετ' ἔνδον πραγμάτων* Bl. At *ἔνδον*, quod procul dubio secum esse voluit, Graece verbo *λογίζεσθαι* similibusque non additur. Incertissimae reliquae quoque sunt coniecturae. — Vs. 11 sq. *μάτην* | *ἡμᾶς* Bl. — Vs. 14. *νησιωτῶν* imprudens mecum scribit, addens analogiae contrarium esse *νησίαρχος*, pro quo *νήσαρχος* postuletur, qua in re fallitur, ut apparet ex titulis Deliis, vid. Lexicon meum suppl. et dial. s. v. p. 558. Si autem recte Antiphanes (cf. Mein. Hist. Crit.) iam decessisse a. 328 a. Chr., et nesiarchus, insulanorum consiliis praefectus, a Lagidis, quorum primus anno demum 323 coepit regnare, creatus esse creditur, consentaneum est aut coniecturam meam veram esse, aut falsam illam sententiam; nisi forte statuendum est Antiphanem longius vitam suam protraxisse. — In eodem versu recte Headlam coniecit *ἐστ'*; *ἔδει* pro *ἐστί*; *δεῖ*. — Vs. 16. *νῦν γὰρ* vel *νυνὶ δὲ* malit Bl. et *Μάχων* et 17 *καὐτὸς* vel *καὶ πρὸς* (pro *καὶ*) vel *κἀριστογείτων* idem, numquam una coniectura contentus. — Vs. 21. Idem dudum post me *εἰσιν* pro *ἦσαν*. Videlicet ego aut hoc conieci aut delendum esse *ἦσαν*, quod etiam probabilius videtur.

Fr. 191, 5. *φῇ*, sc. *ὁ ποιητής*, pro *φῶ* verissime Richards. — Vs. 18. *τὰ διῳκημένα πρότερον*. Proposui olim *διῳχημένα*, i. e. quae dramatis personis antehac acciderant et spectatoribus necessario exponi debent, ut Euripides tragicorum Antiphanis aetate populo dilectissimus satis prolixe facere assolet, qualem sententiam imperiose postulant ipsa sequentia *τὰ νῦν παρόντα*. Quam coniecturam pro-

fligare sibi visus est Kock, ut suae ipsius τῳκονομημένα, quae lectio mihi quidem obscura est, viam sterneret, contendendo διῳχημένα neque usitatum esse Atticis neque sententiae satisfacere. Alterum crimen hac expositione propulsasse mihi video, prius si recentiore Antiphanis aetate, qua purus atticismus gliscente Hellenismo ionicae praesertim dialecti vocabulis contaminabatur, haud satis excusatur (cf. infra ad 211), exiguo scribendi discrimine substitui poterit τὰ π α ρ ῳ χ η μ έ ν α πρότερον. — Vs. 20. In asyndeto haerens Bl. ἂν 'ἐν<δέ> τι minus numerose aut ἀλλ' ἄν τι cum sententiae damno coniecit. Idem vs. 22 ad verissimam Meinekii coniecturam πάντ' stabiliendam apte cft. Diphil. 30, 4.

Fr. 192, 4. Probatis meis (vs. 2 et 3) coniecturis, Bl. improbans Kockii βράττειν pro τάττειν ipse φαγεῖν et γεννικὴν pro γεννικῶς apte coniecit.

Fr. 193, 1. μῦς pro antiquiore μύες, ut apud Herondam III 76. Similiter saepius recentiores comici ἰχθῦς dicunt pro ἰχθύες, ut ἰχθῦ pro ἰχθύε legitur mox in fr. 194, 15.

Fr. 194, 2. εἴρυσε ionice Bl. pro attico εἵλκυσε. Fert sane versus hexameter, sed mutandi causa nulla est. — Vs. 3 et ἦκεν (vs. 4) variis modis tentat idem p. 113, sed non maiore successu quam reliqui. Ἀνιατὸν τὸ χωρίον. — Vs. 15 sqq. traduntur haec:

B. πίννη καὶ τρίγλη φωνὰς ἰχθῦ δύ' ἔ χ ο υ σ α ι
πόλλ' ἐλάλουν, περὶ ὧν δὲ πρὸς ὅν τ' ᾤοντο λέγειν τι
οὐκ ἐλάλουν· οὐδὲν γὰρ ἐμάνθανεν, ὥ σ τ ε πρὸς ὃν μὲν
ἦν αὐταῖς ὁ λόγος, π ρ ὸ ς δ' α ὐ τ ὰ ς πολλὰ λαλούσας
α ὐ τ ὰ ς ἀμφοτέρας ἡ Δημήτηρ ἐ π ι τ ρ έ ψ ε ι.

Vs. 15. ἐχούσα nescio an recte Bl. — Vs. 17. ἴστε vel λῷστε Headlam; ἐμάνθανε τῶνδε, πρὸς Kaibel, quod praefero. — Vs. 18. Mendosa sunt verba πρὸς δ' αὐτὰς, non enim duo pisces inter se colloquebantur, sed loquebantur ad alium, qui nihil horum intellexisse dicitur. Corrigendum arbitror:

π ρ ὸ ς δ' α ὐ τ ὰ ς πολλὰ λαλούσας
[αὐτὰς del.] ἀμφοτέρας ἡ Δημήτηρ ἐ π έ τ ρ ι ψ ε. <κάκιστα>

Non solum is cui loquebantur nihil eorum intellegebat, sed praeterea (πρὸς δ') Ceres ipsos pisces propter loquacitatem pessime perdidit. Kockio debetur ἐπέτριψε. Post haec de duabus reliquis Blaydesii ariolationibus aperte falsis melius silebitur.

Fr. 195, 3. τύπτεσθαι μύδρος. Apte Bl. cft. Aesch. fr. 307 et Ar. Nub. 422. — Vs. 7

δειπνεῖν ἄκλητος μυῖα, μ ὴ 'ξ ε λ θ ε ῖ ν φρέαρ.

Μυῖα s a g a c i s imago est apud Philemonem, i. e. Plaut. Merc. 360 R. M u s c a s t m e u s p a t e r: n i l p o t e s t c l a m i l l u m h a b e r i etc. — μ ὴ ξ ε λ θ ε ῖ ν]. Cum Blaydesio video me incidisse in eandem coniecturam μ ὴ 'π ι λ ι π ε ῖ ν, ut dicatur bonus parasitus numquam deficere nisi deficientibus ipsis conviviis et amphitryoni-

bus, quemadmodum puteus non nisi in summa siccitate deficit (cf. Demosth. XIV 30 ἐπιλείπει τὰ φρέατα). Quam coniecturam tamen ut non prorsus abicio ita non valde commendo, cum quod artificiosior violentiorque videtur tum quod parum ei favet aoristi usus, quoniam ἐκ τοῦ παραλλήλου ponuntur novem praesentis temporis infinitivi cum uno aoristo ἀποπνῖξαι vs. 5, qui nescio an in ἀποπνίγειν refingendus sit. Ob eandem causam non dubito quin non φρέαρ, sed ἐξελθεῖν vitiosum sit, nisi forte (quod parum probabile) utrumque vocabulum cubet in mendo. Ingeniosioribus igitur rem permittere habeo satius.

Fr. 196, 1. κόλπῳ malit Bl. — Vs. 2. φύντα Nauck, quod placet. Idem recte (vs. 4) praefert οὐ παρέουσιν, coll. Av. 688 et Pherecrat. 152, 2. — Vs. 3. κατὰ pro priore διὰ scripserim cum Bl., qui vs. 15 fortasse recte καὶ μὴν ἀκριβῶς <γ'> proposuit, sed temere vs. 18 διατρέφει pro περιφέρει, in quo nihil vituperandum. — Vs. 21. L. ἀναγι<γ>νώσκοντος.

Fr. 199, 1. ἐπὶ κῶμον δοκεῖ
ἴωμεν ὥσπερ ἔχομεν. B. οὐκοῦν δᾷδα καὶ
στεφάνους λαβόντες. Χαιρεφῶν οὕτως ⏑⏓
μεμάθηκε κωμάζειν ἄδειπνος.

Prima verba sana esse neutiquam mihi persuadent loci collati a Kockio, ubi praeterea est δοκεῖ μοι. Rectissime Dindorf:

ἐπὶ κῶμον, <εἰ> δοκεῖ,

κτέ., i. e. nisi aliter tibi videtur. — Vs. 2. Fortasse οὔκουν — λαβόντες; nisi forte probanda Blaydesii coniectura οὐκοῦν — λάβωμεν, quia quaestioni non respondeatur, si verba sqq. priori personae tribuenda esse recte iudicavit Kock; quod tamen videtur incertissimum. Lacunam Bl. explet vocula ταχύ, quod non placet. Multa excogitari posse ait K., nihil ipse excogitans. Mihi in mentem venit:

Χαιρεφῶν ⏑ οὑτοσ<ί> κτέ.

ut perierit particula aliqua (μέν? γάρ?). Sed quia imperfecta est sententia, nihil certi autumari potest.

Fr. 202, 1. <εἶτ'> ἐν Κύπρῳ δῆτ' pro miro sane φῄς. Bl. Si sanum est = ὡς φῄς (quod ipsum salvo metro scribi potuit, coll. crasi ἐγᾦχόμην (Eccl. 550), nec tamen requiro), iam ante persona B. dixerat se in Cypro degisse, quare nihil mutare satius est. — Vs. 9. Bl. πολυτίμῳ aut πολυτίμου pro τοιούτῳ. — Vs. 10. καρπὸν Madvig recte, ut videtur. — Vs. 12. οἷαί τ' iure tuetur Bl., sed vs. 14 parum probabiliter tentat ἀπίσχουσαι et vs. 17 inutiliter μηδ' ἄγαν σκληρὸν et peiora alia.

Fr. 204, 1. Cum Bl. probo Valckenaerii coniecturam γεγώς, minus tamen propter particulae δέ (quae ut vocularum γάρ et τε omnibus poetis liberior est) collocationem quam quod φύς est tragicae

dictionis. Idem vs. 7 ad τριηραρχῶν ἀπήγξατο cft. Ar. Eq. 912—918, sed vs. 10 εἰσαναλίσκων cum illo non mutabo in ἐξαναναλίσκων.

Fr. 205, 2. Perperam πλείους <δ'> Bl., nam ex ταῶν (vs. 1) commode auditur ταῷ et voculae μὲν (1) respondet δ' (3).

Fr. 206, 8 ἄλλοι cum articulo malim cum Bl.

Fr. 207, 2. Λογάριον, non λογισκός, quantum novimus, Graeci dicebant, quare hodieque praefero coniecturam meam καὶ <διά>λογος Kockianae. — Vs. 3. Si recte Kockio lenissima Meinekii coniectura παραξάτω displicuit, quod verbum sit h. l. nimis violentum, idem valet de audaciore Blaydesii conatu εἰσπαισάτω. Aptissime sane ipse Kock coniecit παρεισίτω, licet mendi ratio minus appareat. — Vs. 7. Bl. cft. Cratin. II 194 M.

Fr. 208, 4. σικύαισιν. „Cf. Cratetis fr. 41; Eubul. 147. Eodem sensu κύαθος Pac. 444. 542." Bl. Idem vs. 1 coniecit κατεσκευασμένον, sed tradita lectio significat qui sibi instruxit, nec sollitanda.

Fr. 209, 4. τὰ μέλη, sc. Φιλοξένου, neque igitur vs. 5 opus est Blaydesii coniectura κέκρακε.

ΤΥΡΡΗΝΟΣ. Apud Athenaeum temere Bl. proponit τὰ ἱμάτια ἀπέδυε pro περιέδυε. Vid. lexica.

Fr. 210, 1. Violenter χάρις aut κέρδος Bl. Acquiescendum lenissimae Erfurdtii correctioni.

Fr. 211. δήμου similiter bis Herodotus V 92 et IX 73, quare, si revera ita scripsit poeta, ἐκ τῆς κοινῆς, quae multa arripuit ex Iade, haec dicendi ratio in Atticorum sermonem se insinuavit. Vid. supra ad fr. 191, 18.

Fr. 212, 4. ἐρήμης sine causa Bl., nec opus mihi videtur vs. 5 Naberi coniectura χρηστὸν pro χρυσοῦν, quod magis poeticum. Miror hanc probare Bl., qui ipse contulerit Horatianum aureos mores. E Graecis cf. πλούσιον ἦθος Eur. Suppl. 907. — Vs. 6 sq. Bl. αἵ γὰρ — τρόποισιν ὄντως. In vulgatis mihi quoque suspectum est μέν.

Fr. 217, 4. αἶθετ' pro αἴρεθ' multo certe melius Kock quam ὀπτᾶθ' Bl. Propter notos tamen anguillarum vel concisarum saltus, haud satis mihi constat de corruptela, quamvis ita potius exspectarem ἅλλεθ'. Iudicent alii. De παφλάζεται Bl. recte cft. Eubuli fr. 112 nec debebat proponere χρωτίζεται aut ῥιπίζεται (quod prorsus ineptum, non enim ῥιπίζεται anguilla, sed τὸ πῦρ), nec vs. 10 ἀλειφθείς pro λοπισθείς (s. λεπ.); melius idem deinde <ἁλσὶ δια>πασθείς — Vs. 13 et 17. δὲ pro τε malit idem et vs. 14 suspectat de vitio ἀκτῖσι θείαις et vs. 17 tentat νῦν στρέφοντας, ubique somnians menda, ut vs. 21 pro palmari Meinekii emendatione πυρωποῖς (ῥιπίσμασιν Abresch) substitui perperam iubet suum πυκνοῖσιν (in Addendis secundis melius certe πυρωτῶν proposuit). — Vs. 22. ξουθαῖσιν idem pro sano ξανθαῖσιν. — Vs. 24. Proponit: τοιαῦτα τοί σοι ταῦτά

γ' <ἴσθ'> ἀλλ' εἴσιθι. Cf. Kock. Sed quidni cum cod. C: ὥστ' εἴσιθι, nam voculae γ' (in A) vix locus est. Sibi autem habeat bellam etymologiam, qua cohaerere putat verbum gr. χρωννύναι cum anglico to roast.

Sed enim vereor ne iam iusto diutius versatus in diligenter excutiendo copias Blaydesianas taedium meum cum lectoribus meis communicem, quapropter in sequentibus, plerumque omissis omnibus, quibus criticus Anglus aut sanissimas lectiones aut probabiliter iam correctas ab aliis sollicitavit, ea tantummodo referam, quae sive crisi sive interpretationi aut utilia non prorsus fortasse inutilia protulisse videtur. Qua in re eadem fide, quam hucusque praestiti, acturum me spondeo.

Fr. 222, 6. πρόσεστι, praeterea est? Bl. πάρεστι, coll. Pherecr. II 290 et Dionys. III 552 forsitan recte. Vs. 8. ὁ σπλήν; B. σεσάχθω. A. νῆστις; B. ἀπολεῖ μ' οὑτοσί. Vix recte se habet νῆστις sine articulo. Num forte <ἡ> νῆστις corrigendum, ut obtineat similis crasis atque in ἴττω 'Ηρακλῆς Ach. 850? At vereor ne obstet personae mutatio. Bl. σπλήν; B <αὖ> σεσάχθω. fortasse recte. — Vs. 7 corruptissimum peringeniose sed violenter tentavit Kock, violentius etiam Bl. B. ὀπτήσεις. A. ὕειον; B. ταὐτὸν αὖ.

Fr. 225. τέτταρες δ' αὐλητρίδες

ἔχουσι μισθὸν κτέ.

Exspectatur φέρουσι, non enim solvebatur, ut arbitror, merces ante praestitam operam. Iusto violentius Bl. πάρεισι μισθοῦ.

Fr. 226. ἐξωπλισμένη. Bl. cft. fr. 217, 19. Fons locutionis est homericus usus verbi ὁπλίζειν. — Vs. 9. Headlam τίς γὰρ τὸ μέλλον οἶδεν ἡμῶν transponit, sed praefero simpliciorem Meinekii coniecturam.

Fr. 228, 1. Recte, ni fallor, proposui: τοῦ δῆτ' ἂν ἄλλου πρὸς θεῶν τις οὕνεκα κτέ. Aliter Bl. p. 116. — Vs. 7. Postea coniecturam meam contra Kockium defendi et Blaydesio saltem p. 333 persuasi.

Fr. 229. 6. μυίαις. Ad hanc parasitorum appellationem simul respicitur. Cf. fr. 195, 7. δειπνεῖν ἄκλητος μυῖα.

Fr. 231, 6 sq. Verba οἱονεὶ — ξηρασίαν non immerito suspecta Nabero melius sane bonus poeta omisisset.

Fr. 233, 2 νῦν (πᾶν ego) frustra Kockium tueri putat Bl.

Fr. 234. Athen. I 14. 15 ...ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων. Non potuit ita scribere grammaticus, nam procul dubio sic ludus vocabatur ἀπὸ τῆς προδείξεως, ut docet Poll. IX 165 ἡ δὲ φαινίνδα εἴρηται ... ὅτι ἑτέρῳ προδείξαντες ῥίπτουσιν ἑτέρῳ. Scripsit, ut arbitror, Athenaeus: ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα <ἀπὸ τῆς προδείξεως, ὥσπερ ἡ ἐφετίνδα> ἀπὸ τῆς ἀφέσεως (ἐφέσεω,?) τῶν σφαιριζόντων; Cf. Phot. lex. ἐφετίνδα· ὅταν ἄλλῳ προδείξαντες τὴν σφαῖραν ἄλλῳ ἀφιῶσιν, ubi ἐφιῶσιν corrigitur. Aberraverant librarii oculi, quae est lacunarum causa frequentissima, a priore — ινδα ad

posterius. In ipso fragmento vs. 3 (τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν) R. Ellis τοῦ δ' ἐξεκρούσθη coniecit, Bl. τοῦ δ' ἐξέκρου' (vel ἐξένευ'), εἰς τὸν δ' ἀνένευεν αὖ πάλιν, quae non intellego; nec magis conicere audeo, quod fere expectabam τὸν δὲ διέκρουε, τῷ δ' ἂν iterative) ἐπαφίει πάλιν, alium falsa exspectatione frustrabat, alii rursus proiciebat pilam, apto quidem sensu sed mutatione iusto maiore. Auget emendandi difficultatem lacuna vs. sequentis.

Fr. 235, 3. Frustra Kockium defendere praesens πίνων olim monui, assentiente Bl. Non agitur hic de potandi consuetudine. Teneo veterem coniecturam <ὑπο>πιών.

Fr. 236, 2. Corrige Φλ<ε>ιάσιος ex constanti antiquo scribendi more. — Vs. 4. Naber lacunam supplet verbis σίλφιον (καυλὸς coll. Eubuli 214 Bl.) ἐκ Καρχηδόνος, apta sed incertissima coniectura.

Fr. 237. Manifesta paratragoedia, quare rectissime articulo caret γνάθοις (-θοιν Mein.) vs. 3, quod moneo ob Bl. Hic recte verbum traditum στρέφειν (vs. 4) defendit a Kockii coniectura, coll. Eur. Tro. 1242, requirens ἐστραμμένα, sed praestare puto ἐστραμμένον. Codd. ἐστραμμένοις.

Fr. 238. In Ciceronis loco Nauck legit stultitia et pro stultitiae. Vix opus.

Fr. 239, 2. Eq. 1352 et Vesp. 1353 cft. Bl.

Fr. 240, 3. Ex tribus exemplis quae contra Cobeti legem affert Kock solus Avium locus satis certus videtur, nam apud Isocratem mutatione propemodum nulla rescribi possit ὥς <ὑ>πέρ, et Nub. 947 speciose coniectum est τῶν γνωμιδίων pro ὑπὸ τῶν γνωμῶν. Sed enim plura extant exempla, ubi ea lex migratur, et concedendum est virum summum exaggerasse iustissimae observationis constantiam.

Fr. 242, 4. πεινῶσιν pro πράσσουσιν Bl., quod speciem habet propter Euripidis fr. 887 ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρος, ἐν πεινῶσι δ' οὔ. — Ibidem βροτῶν malit idem.

Fr. 244, 4. Suspectum in comoedia ὅπως cum coniectivo sine ἄν. Bl. εὑρεῖν μάσημα ὅπως ἕξω ταῖς γνάθοις.

Fr. 245. Peliae verba ex Medea (Poll. VII 17) esse suspicatur O. Crusius in Philologo a. 1888, p. 610. — Vs. 4. Pro στερεόν olim proposui βλαβερόν, assentiente Bl. Incertior tamen correctio, possis enim eodem iure ὡς ὀλέθριόν τι πρᾶγμα θερμόν ἐσθ' ὕδωρ. In vs. 2 displicet asyndeton. Legerim ἀποκναίσειε δ' ἄν.

Fr. 247, 2. Recte εὐηθές Kock pro ἀληθές, sed non minus (vs. 1) mendosum est πεπαιδεῦσθαι, quod haud facile potuit corrumpi ex μαλακίζεσθαι aut μαλάττεσθαι, quae coniecit Bl., facillime vero ex καταιδεῖσθαι = αἰδεῖσθαι (ut passim κατελεεῖν = ἐλεεῖν dicitur miserandi sensu). Quia vero verbum compositum καταιδεῖσθαι hoc sensu usurpatum lexica ignorant, malim:

τὸ <μὲν> γὰρ αἰδεῖσθαι, μόνον ἄν τις τοῦτ' ἔχῃ,
εὐηθές ἐστι καὶ τὸ τῶν ἀδικημάτων
μὴ λαμβάνειν τὰς ἀξίας τιμωρίας,
ἐλεεῖν δὲ πάντως.

in quibus ultima verba egregie opponuntur τῷ αἰδεῖσθαι ἁπλῶς, hoc enim sibi volunt verba μόνον ἔχῃ.

Fr. 248, 1 Bl. supplet τί σιγᾷς; aut τί σιωπᾷς; et contra numeros οἰσέ τι καταφαγεῖν. Teneo veterem coniecturam. Non meliora Bl. vs. 3 profert propositis a Nabero, compluria tentans.

Fr. 251, 1. γυναιξὶν Bl. Cur? — Vs. 3. Sive spurius est, sive genuinus, misere languet.

Fr. 255, 1. Βωμός optime tuetur O. Crusius in Philologo l. l. (ad fr. 245), coll. Ovid. Trist. IV 5, 1 sq.: O mihi dilectos inter pars prima sodales | unica fortunis ara reperta meis. Ceterum ὅρμος non Kockii est sed Meinekii coniectura, ut monuit Nauck, qui Arsenii lectionem non ἰδεῖν γὰρ probat, rescripto δεῦρο pro εἰς τοῦτο.

Fr. 256, 2. τοῦ πράγματος, scil. τοῦ ψέγειν, quod moneo propter Bl., male haec sollicitantem.

Fr. 258. Ut μᾶλλον intellegatur, necesse est praecesserit βούλομαι vel αἱροῦμαι simileve verbum, neque igitur requiritur κρεῖττον cum Bl.

Fr. 262, 1. Insanabilem, i. e. non certa ratione sanabilem, haud ita temere, ut Kockio visus est, dixit Cobet. Quis enim quaeso certam dicet quam violentam aut ipse excogitavit medelam aut postea Bl., proponens ὅστις δὲ πρὸς χάριν τι μὴ ποιεῖ πατρί, utrumque parum apte, quia sic nimia exaggeratio est in vs. sq.

πάντων ἂν οὗτος κατεφρόνησε (καταφρονῆσαι Mein.) τῶν θεῶν.

propter quem credideris gravius aliquod crimen antecessisse. Itaque saltem probabilior videtur lenis correctio haece:

ὅστις δ' ὁμολογήσας τι, μὴ ποιεῖ πατρί, κτέ.

pro γὰρ ὁμόλογον, vel ὁμολογῶν (cod. A. Stob.).

Nec tamen vel hoc plane mihi satisfacit propter πατρί a comico positum sine articulo, in quo nemo haesisse videtur. Quia vero etiam in altero versu probabilis Meinekii correctio καταφρονῆσαι tragicae potius est quam comicae dictionis, cuius est terminatio σειε, fieri potest ut fragmentum non Antiphani, sed tragico nescio cui (Euripidi?) sit tribuendum. Mentiri autem fr. 264 ab eodem Stobaeo Antiphani tributum huius nomen hodieque ut olim contendo. Quis quaeso vetus poeta τὴν καρδίαν sic usurpasset pro τὴν ψυχήν?

Fr. 266, 1. Bl. coniecturis addit τίς οὐχὶ θανάτῳ μισθοφόρων ὀφείλεται; temere deleto δ'. Mihi quidem valde arridet Cobetiana θανατᾷ, servata tradita lectione ὦ φιλτάτη; nisi quod etiam μισθοφόρων pro inutili Grotii coniectura μισθοφόρας revocaverim. In fr. 267 et alibi verae lectiones sunt ἀποθνήσκειν et γί<γ>νεται.

Fr. 271, 1. συνεχῶς olim tuebar, et nunc Bl.

Fr. 274, 1. Coniecturis accedat: ἀεὶ σὺ (pro δὲ) πρὸς Μούσαισι καὶ λόγοις γὰρ εἶ pro πάρει (Mein. ἆρ' εἰ). Bl. nimio molimine ἀεὶ δὲ πρὸς Μούσαισιν εἰ σὺ καὶ λόγοις, quod idem valet de Kockii coniectura.

Fr. 276, 2. Recte procul dubio Bl. *B.* Θέτταλον iungit cum sequentibus, speciose corrigens κομιδῇ (κομιδῇ?) λέγεις τιν' ἄνδρα.

Fr. 277, 1. εἰσφέρῃ necessaria est correctio Dobraei corrigentis ἂν — πέπερί τις εἰσφέρῃ melius quam Bl. p. 120.

Fr. 278. ἀνδρός praegnanter dictum, ut saepius, tuebar olim ab Halmii et Kockii coniecturis admissa Grotii correctione ὀρθῷ τρόπῳ. Consentientem habeo Bl. In vs. 1 παντός, scil. τοῦ τυχόντος, opponitur τῷ ἀνδρός. Multo durius est inter se opponere παντός et ὀρθοῦ τρόπου.

Fr. 281. τὰ τῆς | τύχης cum cod. *B.* Bl. Pro Meinekii coniectura τἀπὸ τῆς τύχης faciunt Menandri fr. IV 127 et Anon. ap. Athen. 458 B, quae ipse affert.

Fr. 283. εἰδέ σ' pro ἤεις satis probabiliter Kock. Barbare παίσων (sic!) Bl.

Fr. 284. Quidquid excidit, necessarium est τἄριστον, cum articulo, quem Bl. quoque requirit. Fortasse:

τἄριστον ἐν ὅσῳ <δ' ἔνδον Mein.> ὁ μάγειρος ποιεῖ.

Fr. 285. Longe melior est altera Kockii coniectura, in qua partim Cobetum sequitur, quam prior, quae dubiae est graecitatis.

Fr. 286. Post φαγόντας Meineke supplet φάρυγα, sed haereo in omisso articulo, nec δαψιλῶς separandum videtur a φαγόντας. Praefero igitur Blaydesii coniecturam <τὸ στόμα> βρέχειν.

Fr. 289. Menandro vs. tribuitur in Boissonadii Anecd. I p. 124 et legitur in huius monostichis n^{0}. 173, ut monuit Nauck, qui cft. Eur. Alc. 799.

Fr. 294. Recte Bl. ἐστὶ τῶν pro ἐστιν ἤ, coll. Theocr. XXI init. Nec τρόπων sine articulo in versu comico ferri posse videtur. Minus necessarium videtur in fr. 292 τοὔσχατον, quod idem requirit, cum praesertim κακόφωνον sit τοὔσχατον τοῦ.

Fr. 299 cur Blaydesio graviter corruptum videatur prorsus me latet.

Fr. 300, 1. Alcaei fr. 41 ἀ δ' ἀτέρα τὰν ἀτέραν κύλιξ | ὠθήτω cft. O. Crusius. — Vs. 5. στάσει στάσιν propter reliqua omnia, exceptis verbis Καλλίστρατον μαγείρῳ (quae aliter numeris includi non poterant), merito malit Bl.

Fr. 310. ἁλουργιαῖον· ἀντὶ τοῦ ἁλουργές. Sanum esse testantur tituli. Perverse ἁλουργίδιον coniecit Kock, quod si legissent grammatici, non ἁλουργές, sed ἁλουργίς explicassent.

Fr. 324. Recte Gesneri marg. εἰ τοὺς ἐρῶντάς φησί τις νοῦν οὐκ ἔχειν, lenius quam Bl. εἴ φησί τις νοῦν τοὺς ἐρῶντας οὐκ ἔχειν, qui vs. 4 praefert Athenaei lectionem ἄλλο πλήν. Ultra vera sit dici nequit.

Anaxandridis fr. 2, 3. Nauck Mél. VI suam coniecturam defendens, Kockianam impugnat propter servatam formam minus atticam ᾔδειν pro ᾔδη, sed dubito num hac aetate, qua dudum invaluerat usus formae ἦν pro ἦ in prima persona, vetus illud ᾔδη constanter servatum sit. Nihilominus maiorem fidem haberem Kockii coniecturae, si meminissem formulae οὐκ εἶδον οὐδ' οἶδα exempla. — Vs. 4, ubi Kockio non satisfecit lenissima Meinekii coniectura Χρῆστε, κοὐκ pro χρηστῶς οὐκ, Bl. tentat ἄν τότ', οὐκ ἔζων ἐγώ, quae mihi non satisfaciunt vel idcirco quod verbum παραζῆν continuitatem sua ipsius natura significans particulam iterativam vix admittere videtur. Possis οὕτως παρέζων δῆτα, κοὐκ, sed nihil affirmo. Cum eodem in fr. 3, 1 probo Naberi coniecturam delentis supervacuum ποτήρια, pro quo Macrobius habet κυμβία, et cum Bl. vs. 3 propter sequens perfectum expectabam κεκάρωκεν pro ἐκάρωσεν.

Fr. 41 sq. Doctissime de h. l. disputavit in Philologo O. Crusius, „Servorum urbs nusquam est gentium; nam fortunae arbitrio qui fuerunt servi cives liberi fiunt. Respicitur ad fabulosam urbem in Africa memoratam a Mnasia Patrensi apud Didymum. Cf. Suid. s. v.; Zenob. III 25; Pseudoplut. p. 324; Eupolis Maric. fr. 197 K." — Vs. 2 σώματα sanum esse mihi neutiquam persuasit Kockii affirmatio; haeserunt praeter me F. G. Schmidt quoque et Bl., quorum ille σχήματα, hic melius πράγματα proposuit. Incredibile dictu est eundem (Bl.) vs. 4 δεσπόται κᾆτ' pro Σουνιεῖς εἶτ' conicere sustinuisse et vs. 5 ἀγορᾷ κέχρηνται, quae optime explicuit Schweighaeuser, interpretari venerint (veneunt?).

Fr. 6, 2. Probabiliter Kock ἐν πυρικτίτῳ στέγᾳ, nisi quod formae doricae locus non est (nam διανεκῆ atticum est), et procul dubio legendum στέγῃ.

Fr. 9. τὴν ἐκ Κορίνθου Λαΐδ' οἶσθα; Β. πῶς γὰρ οὔ;
τὴν ἡμέριον. Α. ἦν ἐκείνῃ τις φίλη
Ἄντεια. Β. καὶ τοῦθ' ἡμέτερον ἦν παίγνιον.
Α. νὴ τὸν Δί' ἤνθει τότε Λαγίσκη, ἦν δὲ τότε
καὶ Θεολύτη κτέ.

Vs. 2. Recepta est Abreschii coni. ἡμετέρειον, quae non una de causa mihi quidem videtur infelicissima. Primum enim Sicula natione erat, quare Ἱμεραίαν Casaubonus, Schweighaeuser Ὑκκαρείαν reponendum esse coniecerunt, neque igitur qui loqui videtur Atheniensis eam nostratem appellare potuit, deinde vero ἡμετέρειος, quo adiectivo solus, quantum novimus, usus est Anacreon in EM 429 (ὑμετέρειος et σφετέρειος, si umquam extiterunt, non tulerunt aetatem), et ea notione Atticum est ἡμεδαπός. Sed quia etiam Athenis vixit aliquando Corinthia meretrix, nostram vocare potuit, ut Anteam (frustra Ἄνθειαν coniecit Bl.) deinde vocat idem ἡμέτερον παίγνιον, vix dubito quin corrigendum sit: τὴν ἡμετέραν

ποτ'. — Vs. 4. Reliquis criticis melius Kaibel correxit *Λαγίσκ'*, ἤνθει τότε κτέ.

Fr. 10, 1. Verba obscurissima interpretari conatur Kock, emendare Blaydes proponens γ' ἐγελῶμεν, quo non fiunt lucidiora. — Vs. 2. L. ηὗρε.

Fr. 11. βρέτας· ὁ ἀναίσθητος. Eadem translatione, qua interdum ἄγαλμα et ξύλον et latine stipes.

Fr. 15, 3. ἔν<δον> Bl., quod non satis intellego.

Fr. 17, 4. Improbata Kockii coniectura in vs. 3, θεὶς aliquando pro τοῦθ' conieci, deleta virgula anteposita. Aut hoc probandum putat Bl. aut reponendum εἶθ', at scire velim, quo sensu. Si verba tradita sana sunt, corrigatur saltem sic interpunctio, ut post πλουτεῖν ponatur punctum, sed vereor ut hoc sufficiat.

Fr. 18. Non male Bl. ἀναλαβὼν | μόναυλον κτέ.

Fr. 27, 1. Pro varia lectione κορακινιδίοις Bl. affert Pherecr. II 274. — Vs. 4. σκινδαρίοις, ignotis aliunde piscibus. Bl. Contra metrum proponit σηπιδαρίοις, nec probabiliores sunt eiusdem coniecturae μαινιδίων aut τευθιδίων pro κωβιδίων. Melius Meineke καρκινίων, licet quid verum sit lateat.

Fr. 29. 2. ἐξὸν τοσουτονὶ δύ' ἀγάλματ' ἀγοράσαι; Numerorum causa Kock coniecit δύ' ἀγέλας, quod ita tantum verum esse potest, si vs. tertius ordiebatur a βοῶν. Numquam enim eo sensu nudum reperies illud substantivum, si quidem de omni animalium genere usurpabatur. Si sanum est ἀγάλματα, ita uti possis falsa Dobraei coniectura, ut scribatur λαβεῖν δύ' ἀγάλματα; quod si verum, ἀγοράσαι est glossatoris. Male sanae critices foret substituere cum Bl. δύ' ἵππους. Alia vid. apud ipsum.

Fr. 30, 1. pro τμητὸν proposui θνητοῖς, improbata violenta Kockii coniectura; violentius etiam est et ob tautologiam ineptum Blaydesii tentamen πολυτελὲς καὶ τίμιον; qui vs. 4 fortasse recte transponendum putat πάντα τόνδε τὸν τόπον, quod certe consuetius, et cum Nabero legendum esse κατοικῶ, quamvis obloquente Kockio.

Fr. 33, 6. κατακάετ' corruptum esse vidit Kock. Non sufficit Blaydesii coniectura κέχηνεν, non enim ἐπὶ τὴν μαγειρικὴν κέχηνε τὰ στόματα τῶν νεωτέρων, sed ἐπὶ τὰ σιτία, ut arbitror; quare si tale quid lateat, praeterea vs. 5 scribendum sit διὰ τίνα, quod etiam requiri videtur propter verba sequentia ἢ | ὠθισμὸς — καταπιεῖν; — Vs. 7. Pro depravato δακτύλων violenter Kock γαστρίδων, lenius δαιταλέων coniecit Bl., sed in ipso vocabulo fallitur, quo non nisi de convivis illis in Herculis fano epulantibus Athenienses utebantur. Corrigendum δαιτυμόνων, quod, licet ionicae et epicae sit originis, e poetis comicis adhibuit Strato IV 545 M., e pedestribus Plato Rep. I 345 C. — Vs. 10. τίς δὲ συνδειπνεῖ βροτῶν | φρυκτοὺς καταλαβὼν ἢ κορακίνους ὠνίους | ἢ μαινίδ'; Vix sufficit editoris correctio λαβόντι (i. e. πριαμένῳ) καί, nam pessime ita abundat ὠνίους,

quod sensisse etiam Bl. videtur, qui proposuit συνδειπνεῖ(ν) — βούλεται, pro quo paullo lenius possis ἂν θέλοι, aut συνδειπνεῖ — ἀξίους, quod fortasse verum est. Nasci facile potuit ὠνίους e glossemate huius adiectivi εὐώνους, metri causa reficto a librariis. Eiusdem coniectura vs. 18 ἀσύμβολόν τε τὴν ἀναγκαίαν φύσιν non intellegere me fateor, ut obscuri mihi restant etiam post eruditorum curas duo ultimi versus.

Fr. 34. Cf. Aristophontis fr. 4. — Vs. 4. De ἐξελήλυθ' Bl. cft. Diphil. IV 408 M. et Eq. 430. — Vs. 9. παῖδας θεατροπίπης Kock. Aliud latere videtur. Praetulerim certe καλεῖται παιδοπίπης, sed nihil certi extundo. — Vs. 8. κεστρεύς τις pro κεστρῖνος sine causa idonea Bl. — Vs. 10

ὑφείλετ' ἄρνα ποιμένος παίζων, Ἀτρεὺς ἐκλήθη.

Locus perquam memorabilis, unde apparet nova nobis forma notissimae fabulae de ovis aureo vellere, quam formam Anaxandridae aetate satis vulgarem fuisse necesse est, ut poeta, cui facilior erat propter numeros Thyestae nomen paene excludentes, ea uti posset. Noli autem credere verba ὑφείλετ' ἄρνα ποιμένος de vero agno et de vero pastore accipienda esse. Procul dubio agitur de amatore τὰ παιδικά alii amatori surripiente. Cf. Ar. Vesp. 570:

εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ (κωλῇ Richter) παιδὸς φωνὴν ἐλεήσαις.

Similiter vs. 11 accipiendum κρίος, sed κωδάριον, quod aliquis conviva hospiti suffuratur, sensu proprio. Quid vero vs. 10 sibi velit παίζων haud intellego. Fortasse sub participio vix sano latet adiectivum aliquod iungendum cum ἄρνα, sive καλόν sive aliud.

Iniuria Bl. vs. 6 tentat ἂν πέφηνε pro ἀναπέφηνε, quod significat repente existit, i. e. statim vocatur. Cf. v. c. Pluti vs. notissimus:

ἀνὴρ ἐξαίφνης ἀναπέφηνε πλούσιος.

ut hoc compositum usurpari solet de iis quae aut subito aut praeter expectationem apparent.

Fr. 35. Non inepte Bl. μαγάδις = ὡς μαγάδις. Certa Causaboni correctio est μέγα.

Fr. 36. λεπτοτέρως. Bl. cft. εὐρυτέρως Ar. Lys. 419.

Fr. 37, 3. Bl. τὸ σῶμά σου lenius et aptius quam Kock τὸ σχῆμά σου, non enim ipse habitus curvus ancora dici poterat.

Fr. 38. Ἄρεως recte postulat idem. Brevior forma Ἄρεος, ut ἄστεος, non nisi iubente metro a poetis admittitur.

Fr. 39, 5. Vel propter vs. sq. cum Bl. malim δαιμόνων; nec video cur vs. 14 cum Kockio legamus δυνατὴ pro δύναται.

Fr. 41, 5. Bl. βουβαύκαλά γ' αὐτά (Mein. ταῦτα) nescio an recte. Idem cft. Cratineum σουβαύβαλος et vs. 8 requirit accentum βουτυροφαγᾶς. Hunc sane habent καταφαγᾶς et κατωφαγᾶς. — Vs. 10. Idem putare videtur omnes λέβητας aeneos fuisse, deleri iubens virgulam post

εἶναι, non vero reputavit ita graece dicendum fuisse aut τοὺς λέβητας τοὺς χαλκοῦς aut τοὺς χαλκοῦς λέβητας. Quid vero impedit quominus statuamus fuisse etiam ferreas, hic vero aeneos ut pretiosiores commemorari? Si quid novandum (nam concedendum est satis vulgarem esse aeneorum memoriam), in tanto convivii splendore et luxu potius crediderim poetam dedisse:

τοὺς δὲ λέβητας χρυσοῦς εἶναι κτέ.

cl. vs. 25 et 26, ubi haud displicet mihi Bl. supplementum <χρυσοῦν> φιάλην. — Vs. 11. Nescio an recte Bl. οἴκων (oecorum) pro λάκκων coniecerit propter epitheton δωδεκακλίνων. Facile autem notum sigla ✱ tali errori ansam dare potuit. Vs. 36. τῆς (pro καὶ) Συρίας Bl., coll. Antiph. III 117. ἠλείφετο | ἐκ τῆς Συρίας ἥκοντι — μύρῳ et Eur. Bacch. 144 Συρίας δ' ὡς λιβάνου καπνοῦ. Vocula καί (quae abest a C.) inepte interpolata est, sed incerta correctio. Cf. Kock. — Vs. 37. τενεροχρῶτες. Bl. cft. Cratini fr. 302 et Eur. fr. 476, 3 et ad φυσκῶν ζωμοῦ Ar. fr. 547 D. — Vs. 41. Requirit ἀφύων pro ἀφύης, quod medium inter σκορόδων et σκόμβρων haud facile ita potuit corrumpi; collective dictum puta, ut in noto illo ἅλις ἀφύης μοι κτέ. et de industria soni causa a poeta adhibitum. — Vs. 44. γύρων pro πυρῶν probabiliter Meineke. — Vs. 53. θύννου non alia de causa quam quod alibi θύννου τεμάχη occurrunt, temere Bl. proponit pro ῥίνης et falso βότρυες, quae legitima est et antiquior nominativi pluralis forma apud Atticos, tribuit anapaestorum licentiae, sed vs. 58 recte postulat φακοί pro φακή (ne Graeca quidem forma; aliud est φακῆ, nec huius loci), quod mirum est non correxisse editores. Aliud vero perperam tentat Add. 333. — Vs. 70 sq. personae A tribuit idem.

Fr. 42. τὸ γὰρ κολακεύειν νῦν ἀρέσκειαν ὄνομ' ἔχει. E Canteri coniectura editur ἀρέσκειν, at numquam hoc verbum, sed ἀρεσκεύεσθαι adulandi sensu occurrit, iuxta ἄρεσκος, ἀρεσκεία, -κευμα, -κευτικός. Quod sentiens, opinor, Bl. optime corrigit ἀρέσκει', nisi quod peccavit in accentu. Legendum ἀρεσκεῖ'.

Fr. 45, 4. Cf. Aristoph. Av. 286 de Callia αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά.

Fr. 46, 1. Consideratione digna videtur lenis Headlami, Hesychium s. v. citantis, coniectura ὡραϊσμένη, sed vereor ne unice atticum sit ὡρασμένη, quod si recte mihi videtur, praeferendum ἐξωρασμένη. Alia tentamina reperies apud Bl. p. 124.

Fr. 47, 1. τοὺς κάπρους quia evidenter corruptum est, olim proposui ὀχευομένας δὲ τὰς κύνας, quorum animalium coitus, ut gallinarum in sqq., omnium maxime conspicitur, nunc Bl. τὰς ταὼς, aves Athenis rariores (quidni potius κύκνους?), aut τὰς ὗας, quasi vero hoc atticum sit pro ὗς! De leni remedio desperandum.

Fr. 50, 1. Cft. Bl. Amips. II 711. — Vs. 2. τὸ τάριχος recte probat

idem, nam τὸ τάριχον graecum non esse, sed ex articulo neutro natum librariorum σφάλμα, quis sanus non videt? Ibidem l. μειχθεὶς.

Fr. 51, 1. Bl. cft. Nub. 858; Vesp. 665; Eccl. 682, recte interrogandi signum transponens post Σύρε.

Fr. 52. 3. ἀρχὴ sine causa Bl. Ea vox ut τέλος et τελευτή saepe caret articulo. — In vs. 7 verbis δοῦλος αὐτὸς γίνεται (l. γίγνεται hic et 10 et 13) non δοῦλος in φροῦδος cum Kockio mutandum videri, sed αὐτὸς in αὐτῷ, iam olim monui. Si qui pauper duxerit indotatam mulierem, sibi ipsi servus fit, sin divitem, uxori. Blaydesii tentamina tria nullius sunt pretii, in quibus meum est αὖθις, quod dudum abieceram, quoniam recte Kockium vs. 6 pro καὶ πένης in κοὐκ ἀνὴρ mutasse intellegebam. — Vs. 10. Manifeste εἴσοδος non amicorum est, ut putat Bl., sed ipsius turpis uxoris mariti, qui domum suam perosus quantum potest fugiens uxorem foris versatur; quid autem sibi velit eius coniectura ἐστ' εἰς οἰκίαν ipso viderit.

Fr. 53, 3. Blaydes probat meam correctionem αὐτὸς pro οὗτος. — Vs. 4 tam evidenter correxit Jacobs, ut facile careamus infeliciore Angli tentamine, quod idem valet de vs. 7, ubi affero tantum Headlami tentamen λήθην δὲ ποιῶν, εἴ τι δυσκόλως ἔχοι, quod mihi quidem placet admodum.

Fr. 54, 6. Temere Kock ὅταν τι, quod ne sententiae quidem convenit, non enim hercle omnia publici iuris facienda sunt, si quid novum videtur, sed quae nova quis esse ducat. Etiam apud Atticos, praesertim seriores, subinde apparet δοκεῖν dictum pro νομίζειν, et fieri potest ut Antiphanes fr. 253, 2 scripserit διαφέρει<ν δοκεῖς>.

Fr. 56, 4. Sententia satis perspicua non indiget Kockii coniecturis.

Fr. 57. Ganymedis verba esse olim monui, quod nunc repetit Bl., cui fortasse non iniuria displicet πάνυ, sed plura tentat, ex quibus solum speciem habet (deleto τὸ) νέκταρ ἐσθίω γλυκύ; ad verba ἐσθίω μάττων cft. Pac. 14.

Fr. 58, 3. Nescio an rectius Bl. scribat διασκεδᾶτέ <τε>, deleto supervacuo νῦν, durior enim est Kockii interpretatio. De νέφος hoc sensu usurpato cf. Eur. Hipp. 173.

Fr. 59, 2. Multa tentat Bl., e quibus speciem habet μέρος εἶ σὺ μόνον.

Fr. 60, 2. Secundum Photium genuina forma attica fuit λάγνης (cf. Eubul. III 230, com. anon. IV 657), non λάγνος, nec sane forma feminina λάγνη aliunde affertur quam e schol. Ap. Rhod. III 451. Vid. Lob. Phryn. 184. Propterea Bl. coniecisse videtur λάγνου γυναικός, quia tamen vulgo λάχνης (λάχνος) de viris, μάχλος de mulieribus usurpabatur, fieri potest ut potius corrigendum sit μάχλης γυναικός ἐστιν, οὐκ ἀνδρὸς τόδε.

Fr. 64. ἄξια pro ἄξιον, ut apud Aristotelem, recte postulat Bl.

Fr. 66. Apollonii Νουμηνίᾳ locum tribuit Stob. Ecl. II 46, 21 p. 263, 20 Wachsm., ut monet Nauck Mel. VI p. 93, cuius vid. Eurip. fr. 920 in trag. fr. ed. II.

Fr. 69. Bl. cft. ἐπιζώστρα Soph. fr. 317, i. e. 318 (Nck.^{2}), quod Sophocli abiudicat Nauck p. 206. Nec ζώστρα nec ὑποζώστρα composita inveniuntur, sed ζῶστρον, et ζῶμα cum compositis. Verum διαζώστρα = διάζωμα habet Persaeus ap. Athen. XIII 607 C.

Fr. 70, 1. <εἰς> τρίκλινον — συνήγετο probabiliter Bl., coll. Antiphanis fr. 299, quamquam nihil hinc proficitur ad loci obscurissimi intellegentiam, nec συναυλίαν vs. 2 corrigere expedit, quoniam γέροντι, ut ipse sensit, non potuit carere articulo et ipsum mendosum videtur. Praeterea expectes συνήγαγε; melius autem reticuisset alteram coniecturam ἐστόρνυτο pro συνήγετο. Locus insanabilis.

Fr. 71. Quidni Ψιθίου scripsit editor?

Eubuli fr. 3, 4. φιλήματα de industria scripsisse comicum pro τραγήματα non suboluit Bl., qui hoc substituendum putat propter Athen. p. 667 D. Resipuit in Addendis p. 334, ubi cft. Platonis fr. 46, 5; Callipp. IV 561; Xen. Symp. 5, 9.

Fr. 4. ὀπτήσιμον = ὀπτήν, comice fictum ad exemplum adiectivi ἐκπετήσιμος similiumque, si l. s. Bl. ὀπτὴν δέ σοι coniecit; si quid novandum, lenius correxerim:

ὀπτὴν σύ μοι γογγυλίδα ταυτηνὶ φέρε

pro φέρω.

Ἀμάλθεια. O. Crusius cft. Prov. Coislin. 27, paroem. I p. 44 Gott.; Eustath. ad Diog. perieg. 431; Palaephati incredib. 46, 2.

Fr. 7, 3. De καυλοῖσιν — σιλφίῳ Bl. cft. Anaxandr. III 184 M. καυλοί, σίλφιον. — Vs. 6. Indubitabilis est Kockii correctio ταῦτα δαίνυμαι. Observes autem velim in his Herculis verbis tragicam grandeloquentiam conspicuam in ῥώμης ἀκμὴν et usu verbi δαίνυσθαι, quod pro δειπνεῖν in solis parodiis a comicis adhibetur. Conspirat versus secundus repetitus ex Eur. Androm. 369. — Vs. 8. ἀσόλοικος locis illustrat Bl. et vs. 9 duram anapaesti incisionem excusat diversarum rerum enumeratione. Ibi ὀπτὰ δέλφακος recte coniecit Meineke.

Fr. 8, 1. Supplementis addit Bl. <ὑμῖν> εἰς μέσον. — Vs. 2. Temere εἶθ' ἅλλεσθε tentat. — Vs. 3. Reponatur forma attica κελεύματος.

Fr. 9, 1. δὲ θυννείοισι, Kockii coniectura (quae mihi quidem parum probatur) usus, improbabilius Bl., qui vs. 4 iniuria postulat formam solutam ἀθρόους Ibidem proponebam olim ὥστ' ἐνεῖναι μηδ' ἔθ' ἕν, non vero sufficit quod coniecit Bl. ἔτ' εἶναι μηδὲ ἕν, nam notio inesse est necessaria. — Vs. 3. καταπιεῖν. Eo sensu comici Latini utuntur verbo tuburcinari, i. e. degluttire.

Fr. 10, 4. Non praeferendum μουσικώτερον cum Blaydesio.

Fr. 11. Bl. οὗτος οὖν <ἔχει> | πυγὴν μεγάλην <τιν>', ὦ Χαριάδη, καὶ

καλήν, aut accepto <οἶμαι> a Kockio: π. μ. ἔχει (pro εἶχ' ὦ) Χαριάδη κ. κ. Bene autem intellexit propter ἐστὶν vs. 3 ferri non posse traditum impft. εἶχε.

Fr. 12, 1 lege φαγέμεν pro φαγεῖν, ut recte scribitur vs. 3, non φαγῆμεν cum Bl., quod non est boeoticum, neque igitur eidem obtemperandum vs. 3 tentanti μικρὰ δὲ φαγῆμεν pro καὶ μικρὰ φαγέμεν. Non magis probanda cum eodem Meinekii coniectura (vs. 1) πονῆμεν. Optime Ahrens πώνειν μὲν. Sed vid. Kock.

Fr. 14, 1. Facilitate omnes coniecturas superat Meinekiana μὴ <μὴ>.

Fr. 15, 5. Pro κύκλος Bl. τόμος. Necessaria scil. et elegans correctio, cum praesertim vs. 7 in eadem sede sequatur τόμος!! De industria poeta duplici vocabulo sermonem variaverat. Bonum factum Bl. post inventam typographicam artem natum esse; sin minus, bonam partem litterarum funditus corrupisset. Pro στερανι R. Ellis πτερνί', Bl. περνί' proposuerunt, sed vera videtur Meinekii emendatio. Vid. Jacobii Index s. v. κρανίον. — Vs. 12. Multo probabilius Kock σαυτὸν δάκῃς pro συχνὸν δράμῃς quam Bl. κλαύσῃς μακρά, quod vix potuit sic corrumpi, sed vs. 11 sine causa idonea Kock μ' ἀποδρᾷς pro μήποθ' ὡς, quod est sanissimum, nam vs. 12 καὶ est e t i a m non e t.

Fr. 27, 2. ὄντες pro αὐτοὶ Bl. parum probabiliter. Αὐτὸς bene explicat Kock, sed ὄντες fortasse fuit in vs. sequente.

Fr. 28 pro ipsius Ptolomaei Chenni figmento habet Nauck Mel. VI p. 93.

Fr. 31, ut quondam monui, dicitur ab homine pauperi et vorace, qui nihil omnino in patinis relinquere solebat. Impft. εἰργαζόμην (l. ἠργ.) verba ἡνίκ' ἦν (= ἢ, nisi sic corrigendum) νέος tuetur a temeraria Kockii coniectura ἐκλιχμώμενος.

Fr. 35, 1. τεύτλοις requirit Bl. Cf. 37, 3; 64, 1 et ἐντευτλανοῦν Ach. 894, ubi anguilla vs. 883 vocatur πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπάδων κορᾶν.

Fr. 36, 3. Cft. Bl. Nub. 982, ubi similiter ἄννηθον — οὐδὲ σέλινον.

Fr. 37, 1. θύννων — ὑπογάστρια. Cft. idem Aristoph. II 1099; Stratt. 766, 773; Eriph. III 558. — Vs. 2. Felicius ceteris Valckenaer λειοσώματοι (cf. Ar. fr. 25 et Eupol. II 565) coniecisse videtur.

Fr. 38, 3. Bl. cft. Aristoph. fr. II 1079 M. οὐδ' ἂν λέγων λέξαις; Nauck. Aristid. I p. 483 οὐδ' ἂν λέγων εἴποις.

Fr. 40. Proponit Bl. ὅπως δὲ πεύσεσθ' (cum Mein.) εἰ γέρων τις ἔστ' ἔσω, quamquam iam Kock ἔσω duplici nomine a comico sic usurpari non posse recte monuit. Legisse tamen huiusmodi quid Ammonium plane certum est. Ipse poeta dare potuit:

⏑— ὅπως δὲ σπεύσεθ'· ὁ δὲ γέρων <βέβηκεν?> εἴσω.

Ita tradita lectio σπεύσεθ' ὅτε paene integra servari potest et εἴσω usui comicorum satisfacit.

Fr. 41, 8. Inutilia post Porsonum, qui verum vidit, tentat Bl.

Fr. 42. ὡς δ' ἐδείπνει κοσμίως,
οὐχ ὥσπερ ἄ λ λ α ι τῶν πράσων ποιούμεναι

τολύπας ἔσαττον τὰς γνάθους καὶ τῶν κρεῶν
ἀπέβρυκον αἰσχρῶς, ἀλλ' ἑκάστου μικρὸν ἂν
ἀπεγεύεθ' ὥσπερ παρθένος Μιλησία.

Scribit O. Crusius „Coenantes nimirum puellas cum nentibus comparans rusticus dicit urbanam delibasse tantum et carpsisse fercula ὥσπερ παρθένος Μιλήσια (sic) scil. νήθουσα ἔρια. Cf. Poll. IX 125." Comparationem quidem optime intellexit, sed ita imperfecta est sententia, et in sequenti vs. fuisse putandum νῶσ' ἔρια, aut aliquid simile. — Vs. 2 cum Bl. malim ἄλλαι (sic quoque vLeeuwen ad Ar. Eq. 784), sed eidem adversus Kockium defendenti veteres meas coniecturas ποιουμένη — ἔσαττεν — ἀπέβρυκεν hodie non suffragabor.

Fr. 43 manifesta est paratragoedia, ut Ecclesiazusarum initium. Ad vs. 2 Bl. cft. Sannyrionis fr. 4 κεραμικὴν γαῖαν, unde in Add. p. 334 nulla necessitate hic requirit ὦ κεραμικὴ γῆ, quod adiectivum non sit κεραμίς. At perpetuo variant adiectiva in ίς et ική, ut Ἀτθίς — ική, Λακωνίς — ικὴ etc. etc., nec substantiva sunt illa, sed substantive ponuntur.

Fr. 44 eiusdem est magniloquentiae. Multorum coniecturis usus recte Kock γλαύκου corrigit, reiecto θεοῦ post εὐγενέστερον et scripto vs. 3 ἑφθὸν <τόνδ' ἐν> ἁλμαίᾳ <φέρω>, ubi Bl. <λιπαρὸν> ἅλμῃ <σοι φέρω>, qui vs. certam emendationem non admittit, cum et alia pari iure conici possint.

Fr. 47. Bl. πυκινὰ, cl. 38, 2, sine causa idonea.

Fr. 49, 1. De πυκνὰς idem cft. Alex. III 417, Theopomp. II 808 etc. Unde apparet melius subaudiri κύλικας, quam πόσεις, ut supplet Kock.

Fr. 53, 1 et 54, 1. Quia nullum praeterea est paratragoediae indicium, scripserim illic ex cod. C et Eustath. Θήβαζ' pro Θήβας, hic aut <εἰς> | Κόρινθον aut ἦλθον Κόρινθόν<δ'>, quod fortasse praestat. De 53, 2 cf. fr. 65, 3.

Fr. 56, 2. κάρα (Mein.) reliquis coniecturis praestare puto cum Bl. — Vs. 3. κωθωνοχειλῆ requiritur, quod postulat etiam Bl. Recte enim Nauck Mél. VI p. 94 κωθωνόχειλον vocat „eine erst in der späteren Graecität zulassige Misbildung." Quid lateat sub ψηφοπεριβομβήτριαν nondum inventum; infeliciter Kock γριφοπεριβομβήτριαν; in vs. 4 ὀξυπύνδακος fortasse sanum est.

Fr. 57, 6. Maiore initiali Λάμπων ut nomen proprium scribendum videri quondam monui.

Fr. 58. Crusius citat etiam Zenobium II 89 Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν εὐβολώτατος. Non est cur cum Bl. coniciamus δυσβολώτατος propter Pollucis, qui ne constat quidem sibi, dissensionem. Fortasse in diversis Graeciae regionibus aut temporibus diverso sensu hoc iactus nomine utebantur, sed Athenis fuisse felicissimum fidem facit hoc Eubuli testimonium; quin enim huius verba citentur vix dubium videtur.

Fr. 60. Cum sententia compara Horatianum illud: quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Fr. 61. Poetam profecisse ex Archilocho (fr. 110 et 131) ostendit O. Crusius.

Fr. 62. ὥσπερ<εἰ> σπονδὴν διδοὺς
ἐν τῷ κυλικείῳ συντέτριφεν τὰ ποτήρια.

Non solum prima verba cum Kockio non intellego, sed etiam sequentia, in quibus nec συντέτριφεν, cuius paenultima longa est, nec τὰ ποτήρια iustum versum efficiunt. Dubitabundus conieci:

οὐ σύ πω σπονδὴν δίδως;
ἢ 'ν τῷ κυλικείῳ συνέκλασας τὰ ποτήρια;

Fr. 65, 2. Bl. coniciendo ὑπόμνυται etiam obscuriorem reddit locum obscurum. De vs. 3 cft. fr. 53, 2.

Fr. 67, 3. πρὸς τὸν ἥλιον — ἑστώσας coniungit Bl., deleta virgula post τεταγμένας, sed egregie fallitur. De vs. 4 cft. Aristoph. II 975; Theopomp. II 769; Xenarch. III 617.

Fr. 70, 1. ἐστιν <ἄρ'> ἅπαντα malit Bl.

Fr. 74, 1. ἅμ' ἐμπολήσεται Bl., sed requiri praesens recte vidit Kock, qui optime corrigit πωλεῖτ' ἀεὶ.

ΟΡΘΑΝΗΣ. Hesychio recte περὶ pro ὑπὸ reddidit Bl.

Fr. 75, 7. Correxi quondam, admissa Kockii coniectura σκύλακας, πυκνοὺς pro κύνας, coll. Alexidis fr. 149. Prorsus improbabiliter Bl. φλογερὸν Ἡφαίστου σέλας. — Vs. 9. Quidquid dicit Kock, hodieque praetulerim ἠρεθισμένους. — Vs. 10. Perperam idem in manifesta paratragoedia requirit ᾄττει pro ᾄσσει. — Vs. 13. Cft. Bl. Antiph. 217, 23 δείπνου προφήτην λιμόν et Aristoph. fr. 332 ἠπίαλος πυρετοῦ πρόδρομος, locos male neglectos ab editore.

Fr. 77, 1. κατιδόντα fortasse recte Bl. De vs. 2 sq. cft. Eurip. fr. 567, 2 Nck².

Fr. 78 male tentat Bl. Cf. Kock.

Fr. 80, 1. Recte Bl. uno vocabulo καταντικρὺ.

Fr. 82, 1. Cum eodem lege ἠφάνισε, cl. vs. 3. — Vs. 2. Ἀρεσίαν, ioci causa dictum pro πηλικὴν — ἄρυσιν, egregium est Headlami inventum.

Fr. 88, 3. ὀψοφάγος iure tuetur Bl., quem vid. p. 131.

Fr. 90, 5. γάλακτι χηνός idem esse videtur quod χηνὸς ἔλαιον, i. e. adeps anserinus, vocatur ab Hippocrate II 551. 596. 606. 607. 628. 641. 645 Erm., et χηνὸς ἄλειφα ibidem 565. 630. 644. 571. Cf. 580. 612. 624. 628. 631. Male Kock στέατι coniecit, recte enim dicitur γάλακτι δεῦσαι, ut οἴνῳ, μέλιτι, ὕδατι et omni re liquida, non στέατι similibusque, ut arbitror. Alia inutilia profert Bl. Cf. Ar. Vesp. 737. — Vs. 3 post ξυστίδα et vs. 5 post χηνός ponendum interrogandi signum. — Iam olim haec monui.

Fr. 94, 2. μόνον Bl. Non opus. Melius idem in vs. 7 requirit οὔκτος et

οὔβδομος, et vs. 10 *μανίας δ' ὁ δέκατος.* — Vs. 10. *βάλλειν* defendit idem, nec ipse sollicitarim, nisi forte praeferendum *κἀκβάλλειν* cum Meinekio. Jacobsii coniectura nititur falsa interpretatione verbi *ὑποσκελίζειν* (v. 12. Cf. Kock), nec Hermanniana *βαμβάλλειν* aptum est. Requiritur supremus violentiae gradus, ut dicatur potus aut conicere quodcumque in sodalium capita (*βάλλειν*) aut ita se gerere, ut foras exturbandus sit (*ἐκβάλλειν*). Utrum horum verum sit, pendet ex ancipiti aestimatione lectionum Athenaei *καὶ βάλλειν* et Suidae *ἐκβάλλειν*.

Fr. 95, 2 Bl. supplet <*μὴ θυέτωσαν*> *αἷμα κτέ.* (deleto *μή*), quae forma hellenistica pro *θυόντων* iam profligat coniecturam. — Vs. 3. Multa ariolatur Bl. p. 132, probabile nihil, et lubens retracto quae ipse proposui Mnem. nov. VI 68, nec persuasit mihi Kock, in cuius coniectura et alia mihi displicent et servata in vs. 4 forma non attica *γλύκιον* pro *γλυκύτερον*. Etiam Polyzelo II 872 2 M. reddendum *ἀλλ' οὐ πραότερα τὰ φθέγματα* | *οὐδὲ γλυκύτερα* pro *γλυκίονα*. Propono:

μήθ' αἷμα <*δόντων*> *μήτε καρδίαν ἐμοί,*
μὴ κύστιν ἢ 'πιπόλαιον· οὐ γὰρ ἐσθίω
ἥδιον οὐδὲν μηρίων ἐγώ ποτε.

Ἥδιον, i. e. potius, non intellectum peperit glossema *γλύκιον*.

Fr. 96. Cf. (si tanti est) Bl. l. l.

Fr. 98, 1. *ψιμυθίῳ* (cf. vs. 8) mecum requirit idem et vix recte *καταπεπλασμέναι*, nam de industria rei augendae causa *περιπεπλασμέναι* dedisse videtur poeta, et procul dubio falso *συκαμινίνῳ γνάθους*, deleto necessario articulo, coll. scil. Sotad. III 585, ubi *συκαμίνινον* (*τρῖμμα*) est adiectivum.

Fr. 99, 3. Kock ex Hermanni coniectura dedit *τά γ' ἄλλα* pro *τἄλλα*, at particulis *δέ γε* vix locus esse videtur et gravissima difficultate ea lectio laborat, quod qui sic loquitur non emere, sed poscere, propter sequens verbum *πωλεῖ* videtur, cum tamen ementis quin verba sint vix possit dubitari. Propterea igitur legerim *ἄλλοισι πωλεῖ κτέ.*

Fr. 100. *τἀλαβάστιον* malim cum Bl., quia uno tantum opus erat.

Fr. 101. *νήττης* pro *ψυχὴν* (Bl.) parum probabile vitium est. Melius certe coniecisset:

εἰ μὴ
<*μᾶλλον*> *σὺ χηνὸς ἧπαρ ἢ ψυχὴν ἔχεις.*

Sed nihil novare est satius.

Fr. 102. Recte fortasse idem *ψάγδᾳ 'στι*, sed iusto audacius *κεχριμένη* pro *λελουμένη*, quod multo facilius corrigi potest. Suspicor:

Αἰγυπτίῳ ψάγδᾳ 'στὶ τρὶς ἀληλιμμένη,

quod ipsum nunc reperio in eius Addendis p. 334.

Fr. 104 corruptissimum et obscurum non tangam, nisi quod vs. 1 sq. scribam *δωματίῳ* <*σῷ*> *στρούθιον κτέ.* Vide, si tanti est, Bl. p. 133.

Fr. 105 rhythmis Aeolicis, ut Sapph. 40—43. 98. 113 et Alcae. 57, scriptum esse monet Headlam. — Vs. 2. <τὸν> στέφανον (cum Iacobsio) et ἀνθῶν, coniecit Bl. et vs. 4 πᾶσι (pro τίς) — φιλήσει, amaberis, felicius quam Kock.

Fr. 106, 2. τραγοῦσα pro φαγοῦσα Naber. Utrumque recte dicitur.

Fr. 107, 3. νόμον ἐκ νόμου ἕλκων. Verbum nusquam similiter vidi usurpatum. Bl. coni. ᾄδων. Cf. tamen subsimilem usum verbi τείνειν. — Vs. 15. διὰ τί pro διότι Bl., quod quia ipse rogator respondet, recte se habet. Nos quoque sic loquimur.

Fr. 108, 1. Cf. Ar. Ach. 70 μαλθακῶς κατακείμενος. — Vs. 3. Coniecturis pro ἐμὸν Headlam addit οἷον, quo sensu non intellego. Apta est Kockii coniectura, nec dubito quin recte requirat τὼ πόδ' — χρίσουσι, sed τυράννῳ nimis incertum. Possis v. c. τὼ ἁβρώ, et quid non?

Fr. 110, 2. Lenius quam Kock Bl. τευθίδια καὶ σηπίδια, sed in hac enumeratione asyndeta praestat traditum ἤ, quod ille servavit.

Fr. 112, 3. τετριμμένη | μᾶζα. Cf. Pac. 8. ἀλλ' ὡς τάχιστα τρῖβε πολλὰς καὶ πυκνάς (μάζας sc.). Bl. si meminisset, non coniecisset μεμαγμένη.

Fr. 115, 1. Tres coniecturas largitur nobis Bl., ex quibus una πολὺ δὴ pro πόσῳ aliquam speciem habet.

Fr. 116, 9. δέ <γε>. Headlam γε <μήν>, Bl. Πηνελόπεια δέ (quae nominis forma in trimetro comico vix ferenda) aut δέ <γ' ἦν>. — Vs. 10 restituenda genuina forma Κλυταιμήστρα, ut iam Nauckium video monuisse. Ad sententiam huius loci omnino cf. Thesmophor. 547—550, unde profecit Eubulus.

Fr. 119, 11. ἔπειτα φάσκειν vel ἀποφῆναι Bl.

Fr. 120, 4. καλὴν pro ἄλλην Madvig ante Bl.; primum ὅλως, deinde lenius (ΓΕΜΗΝ pro ΑΛΛΗΝ) γε μὴν ego proposui, quia aperte hic nihil ad rem est meretricis pulchritudo. Quod sentiens fortasse Bl. praeterea coniecit ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐδεμίαν. — Vs. 5. εἶδον recte tuetur Bl. coll. Ar. Av. 1468 et Thesm. 863, quibus alii loci addi possint. Mirum est Meinekium ita falli potuisse.

Fr. 121, 3. <Β. πέντε σοι> ut vs. 4 malit Bl.

Fr. 123, 3. δ' pro θ' idem aut στρουθάρια, πίον' ἀτταγᾶν cum Kockio, sed aliter distincta. Οἷον sane corruptum, sed vix ferendum asyndeton. Suspicor numerum latere ut in praegressis περδίκια — τέτταρ' ἢ καὶ πέντε, δασύποδας δὲ τρεῖς, et quidem, quia passer parvum animalculum est, satis magnum, itaque scribo:

στρουθάρια δ' εἴκοσ' ἐντραγεῖν κτέ.

Πίον' etiam propterea improbabile est, quod nusquam in reliquis commemoratur ciborum qualitas. — Vs. 4. ψιττάκους requirit Bl. et 5 ἀλλ' οἷς. Fortasse ἀλλ' ἅττ' <ὅσοις> ἂν ἐπιτύχῃς ⏔—⏑⏒, v. c. ἐν τἀγορᾷ (cf. Nicostrati fr. 6, 2 δασύποδα, | ἐὰν περιτύχῃς, ἀγόρασον καὶ νηττία), aut ἀλλ' ἅττ', <ἐὰν σὺ> περιτύχῃς (vel ἐάνπερ ἐπιτύχῃς).

Fr. 124, 3. Cum Bl. probanda Eustathii lectio ἄτοπόν γε.

Fr. 126, 1 sq. Modulatius idem: Ἥκω Σίκων | βεβρεγμένος <τε> καὶ κεκωθωνισμένος.

Fr. 128, 1. τοῦ corruptum, nec probandum Meinekianum τοι; recte καὶ Bl., qui infeliciter pro τὴν ὁδόν ariolatur τὸν χόα vel τὸ πρόπομα. Immerito meae coniecturae τήνδ' ὅλην obiecit Kock, quod maxima pars vino explenda esset; quid enim impedit quominus impleta iam fuerit, cum haec dicerentur? Sin minus, possis τήνδε μοι.

Fr. 129, 2. O. Crusius apposite citat Zenob. 250: εἰς ἀρχαίας φάτνας· ἐπὶ τῶν ἀπολαύσεώς τινος ἐκπεσόντων εἶτα πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐλθόντων δίαιταν. — Pro ζητοῦσι cum Nauckio expectatur ποθοῦσι.

Fr. 130, 2. τά τε μηρί' requiro cum Bl.

Fr. 131. Admodum ingeniose h. l. tentavit Kock, sed πάρεστι servari posse videtur et in responso expectatur particula adversativa. Venit in mentem:

οὐ (vel ἦ) Λευκάδιος πάρεστι; B. ναὶ μελίττιον,
οἰνίσκος (οὗτος δ') οὔ τι πότιμός <ἐστι δή.>.

Nonne adest vinum Leucadium? B. ita, mi corculum, sed haec vappa est neutiquam potabilis. Athenaei libri variant in οὔπω et οὕτω. Possis etiam:

ναὶ Μέλιττ', ὁ δὲ
οἰνίσκος οὗτος οὔ τι κτἑ.

Cf. etiam Bl. p. 135 et ad fr. 132.

Fr. 133, 2 non recte πολλοστιαῖος Nauck et Kock pro πολλοσταῖος, quod solum graecum esse probat constans analogia. Rectius Bl. καὶ μὴν οἴκαδε | ἔγωγε (pro τε) πολλοσταῖος ἀποτρέχω, γύναι.

Fr. 134. Formam atticam στρώννυνται (-τε Naber) requirebam.

Fr. 136. Apud Zenobium lege ἦν δὲ ὁ Νικόστρατος ὑποκριτὴς τραγικὸς δοκῶν κάλλιστ<α λόγ>ους ἀγγελ<ικ>οὺς εἰρηκέναι. Aliter Bl. l. l.

Fr. 138, 3. Verba πρὸς τὰ στήθη suspecta Kaibelio. Bl. coniecit πρὸς τὸ στῆθος, unde parum proficitur. Idem infelicissime tentat fr. 139.

Fr. 140. Bl. cft. ἀνασεσυρμένη Adesp. 929. De verbo vid. Lobeck, Aglaoph. p. 826.

Fr. 141. Cft. εὐοργησία cum aliis minus aptis Bl. Cf. et ἀναλγησία.

Fr. 150, 2. Χερρονησίτου. Frustra Bl. Χερρονησίου. Cf. Meisterh.[3] p. 99, § 36, 2. Male idem vs. 2 δεύειν pro ἕψειν aut (ἐν) ἐλαίῳ; iungendum ἐλαίῳ cum ἠγλαϊσμένην, nec video cur suspectet vs. 4 στηθύνια. — Vs. 6. Praefert v. l. τευθίσιν, quod saepius iungantur τευθίδες et σηπίαι; fieri potest ut recte, ut vs. 8 cum eodem malim εὐζωρεστέρου, coll. v. l. εὐζωρεστέρους.

Fr. 151, 3. Hinc Bl. elicit valde miram sententiam ἡμῶν δύναμις πως ἐξ ὑδάτων πᾶσ' ἔρχεται. Quam inscribendam curato balneis publicis!

Ararotis fr. 2. Singulari numero κροκωτὸν requirit Bl.

Fr. 3. πελεκᾶν sensu obscoeno = βινεῖν, ut afhakken dicit plebecula nostra.

Fr. 8, 1. νωγαλίσματα propter verbum νωγαλίζειν requirit Bl., sed νωγαλεύειν agnoscunt vetera lexica, et iuxta νωγαλίσματα habet νωγαλεύματα Hesychius s. v. Idem vs. 3 postulat εἰσήλλοντο, sed ἐξήλλοντο e mari, ut arbitror.

Fr. 13, 2. Cum eodem legerim ἀνήλατο.

Nicostrati fr. 1. Non intellexit Kock. Lege πίναξ δὲ πρῶτος τῶν μεγάλων (scil. πινάκων). Cf. Lyncei fr. IV 433 M. Olim monui.

Fr. 4, 4. Nihil ad rem ἡ τοῦ ταριχοπώλου καλοκαγαθία, quod sentiens Bl. optime corrigit καλόν τε κἀγαθὸν (salsamentum), coll. Ar. Ran. 1236, nec inepte idem vs. 6 sqq. tentat καταφάγοιεν ἡμερῶν | τριῶν ἂν ἐσθίοντες ἄνδρες δώδεκα, sed lenius corrigendum: καταφάγοιμεν (ut traditur) ἡμερῶν | τριῶν ἂν ἐσθίοντες <ὄντες cum Cobeto> δώδεκα.

Fr. 6, 6. χάριεν γάρ. Bl. cft. Ar. Ran. 1491.

Fr. 8, 3. Iure τοῦτον tuetur idem, coll. Ar. Eccl. 570.

Fr. 10, 3. Verba αὐτὸς περανῶ τὰ πάντ' se non intellegere ait editor. Sunt tamen satis perspicua. Negat qui loquitur se, priusquam navis de qua sermo fit genus resciverit, totam rem exponere posse. Quaenam illa res fuerit nos ignorare ultro apparet. Aut igitur nihil dixit Kock aut otiosa.

Fr. 15, 3. Sine causa Blaydes τοὐπίθημ'. — Vs. 4. παραμεμιγμένη idem. Quid (et num) fuerit compositum, sciri nequit, sed utique scribendum per diphthongum. — Vs. 5. ἤτμιζεν pro ἀτμίς τις acute et nescio an vere idem.

Fr. 17, 2. Manifesto inde quod οὐδ' ἴκταρ βάλλει (ἥκει) dicebatur, non sequitur graecum esse οὐδ' ἴκταρ εἶδε, quod pro οὐδέτερον εἶδε proposuit Kock. Acu rem tetigit l. l. O. Crusius corrigens οὐδ' ὄναρ εἶδε. In idem postea incidit Bl., sed temere pro εἶδε πώποτε ariolatur ἐποίησέν ποτε. Longe priori posthabenda altera Crusii coniectura οὐ δέρτρον.

Fr. 19, 5. In κἀσύντακτον merito haesit Bl. apte coniciens κἀστάθμητον·

Fr. 21, 1. τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. Cf. etiam μιᾷ ὁδῷ Eur. 765 et Herond. V 66 sq. — Vs. 3. παρ' Ὤκιμον vix recte adversus Cobetum tuetur editor, nam perdura est explicatio et, si hoc voluisset poeta, potius πρὸς dedisset ut in vs. 2.

Fr. 22, 2. φανὸν permire positum inter οἶνον et ὄξος, nec dubito quin recte duorum apographorum lectionem ἔλαιον probaverit Naber, assentiente etiam Bl. Frustra tuetur Kock.

Fr. 24, 2. φασὶ<ν> στενακτὸν propter Hilbergi legem recte Nauck; μέσον pro στενὸν bona est editoris correctio.

Fr. 27. 1 τε pro priore καὶ Bl., quo vix opus, et vs. 3 cum Antonio Mel. φρονιμώτεροι, repetito ante comparativum ἄν, quam sane

lectionem optime tuearis Sophocleis illis El. 1059 τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνούς.

Fr. 29, 1. Bl. τῆς πενίας ὅπλον <ἐστ' ἄριστον> ἡ | παρρησία mecum inserens ἄριστον, sed recte servans articulum, coll. Men. mon. 49. Cf. Eur. fr. 91 Nck[2]., ut correxi locum corruptissimum Exerc. crit. p. 33 ἀτρέκεια δὲ | ἄριστον ἀνδρὸς ὅπλον ἐνδίκου πέλει.

Fr. 34. Apud Athenaeum ex aliis locis Bl. corrigit ὅρμενα τὰ pro ὅρμενον τὸν, sed eodem iure possis τὸ — ἐξηνθηκὸς (aut ἐξάνθημα) pro τὸν — ἐξηνθηκότα.

Fr. 35. Optime Cobet τέχνην pro ψυχήν. Tirones monendi τέχνην de more abiisse in τύχην, hoc, ut solet error errorem parere, in ψυχήν. Perpetua in his regnat confusio.

Philetaeri fr. 1, 1. ἐνέπιε vel ἐπέπιε (illud certe melius) Bl., sed energeticum ἐνέσεισε, quamvis nove dictum, non sollicitandum videtur, sive τῷ στόματι praecesserat, sive cogitandum est. Si quis verbum medium requirit, possit: μεστὴν ἐνεσείσατ' ἴσον ἴσῳ μετανιπτρίδα. Si ὑπειπὼν sanum est (ἐπειπὼν Schwh.), significat, ut saepe, προειπών.

Fr. 3, 1. Proposui τροχάσω 'γὼ pro τροχάζω, deleto (ut olim) vs. 3 ὑπερδραμῶ, ut e vs. 2 audiatur ὑπερβαλῶ, sed recte hoc sensu verbum medium atticum esse monuit Bl. Nec tamen ὑπερπονῶ et ὑπερθέω (Kock), ὑπερφαγῶ (!!), ὑπερεσθίω (Bl.) probabiles sunt coniecturae. Si vere conieci τροχάσω 'γὼ, non male vs. 2 sq. rescripseris:

τὸν Ταυρέαν δ' ὑπερβαλοῦμαι τοῖς πόνοις,
τὸν Κτησίαν τε τῷ φαγεῖν.

Vs. 1. Synizesin comicis abiudicantes Dindorf δῇ, Meineke κἂν | δέῃ, scribi iubent. At cf. Eupolidis novum fr. in Philetaero Vat. (Men. Rhen. 1888, 414), ubi κεραμέως est trisyllabum.

Fr. 4, 3. Si recte traditum est νὴ (Mein. μὰ) Δία, potius sic interpungatur: Κανθάρου, πενιχροῦ πάνυ ἀλλ' οὐ τυράννου, νὴ Δία, ne νὴ Δία coeat cum negatione. Alia enim est Diphili fr. 32, 25, quod Meinekio obiecit Kock, ratio, ubi haec formula antecedit, non sequitur negationem, ut vidit etiam Bl.

Fr. 5, 1. τακερόν, putre. Cf. Hor. carm. I 36, 17. Nos smachtend, smeltend. Moneo propter temerariam Blaydesii coniecturam ἀγανόν.

Fr. 7, 2 et 9, 5 coniecturas meas, impugnatas a Kockio, probat Bl. p. 139. Posteriore loco per se quidem vulgata lectio fortasse non plane caret exemplis, sed parum probabile est poetam permittente metro a vulgari scribendi usu descivisse. — Vs. 6. Non video cur οὐ λέγω (cf. 7 σιωπῶ) cum Kockio mutemus in ποῦ λέγω; nec 7, 6 πάνυ cum Bl. mutarim in πολύ, aut 9, 2 ἀηδής in δυσειδής.

Fr. 11. Coniecturis addit Bl. πόρος aut λόγος. Quid πόρος hic sibi velit, plane me latet. Veram lectio nondum inventa videtur. Cum Kockio suspectum habeo ἀμπαλίνορρος, licet dissentiat Bl.

Fr. 12. Schol. Ven. Av. 1047 ἐνεχομένων pro ἐναγομένων recte Headlam.

Fr. 13, 4. οὐ γὰρ θανὼν [γε] δήπουθεν ἔγχελυν φάγοις, κτέ. Dindorf οὐκ ἄν, sed γὰρ vix potuit omitti. Num δήπουθ' ἄν? Bl. γ' ἂν οὐδέν, quod onerat sententiam, aut γε δή τις — φάγοι nimis violenter. Melius Kock γε δῆθεν, si ironica particula est huius loci, sed ita simul necessaria est suspecta Dindorfii coniectura. Suspicor:

οὐ γὰρ θανών γε δῆτ' ἂν ἔγχελυν φάγοις.

Fr. 16. δοκεῖτον pro δοκεῖ τὸν Bl. Neutrum satis expedio, nec pauca verba certam emendationem admittunt.

Fr. 18, 5. χέουσι pro φέρουσι temere Blaydes.

Incertae sedis fragmentis e Lexico Sabbaïtico I 10 accessit αὐτόματος θηλυκῶς. Φιλέταιρος.

Amphidis fr. 9, 5. Coniecturam meam τὠνόματα improbatam Kockio probat Bl. Uter melius iudicaverit mihi hodie non liquet, itaque iam nihil mutarim.

Fr. 10, 2. Nauck comparat ὀλβιοδαίμων (Γ 182), ὀλβιότυφος Bion. ap. Diog. L. IV 52, κοιλιοδαίμων Eupol. fr. 172.

Fr. 15, 2. ὡραίου φίλου Bl. Recte Kock lenissimam Jacobsii rationem secutus est.

Fr. 16. Frustra variis modis verba sana sollicitat Bl.

Fr. 18. ὁ παῖς σοβείτω τοῖς ποτηρίοις συχνοῖς. Facilius haec intellegam, si sumimus in sequenti versu fuisse κρούων ἀκράτου, coll. Eubul. fr. 49, aut aliquid eiusmodi.

Fr. 20, 2. ἐκτὸς contra sententiam Bl. — Vs. 4. Cft. Menandri fr. 281, 3. Addo Ar. Nub. 36 στρέφει τὴν νύχθ' ὅλην.

Fr. 21, 2. Idem „Pro ἐᾷ erit fortasse cui arrideat ἀεί". Spero equidem fore neminem.

Fr. 22. 2. Cratini fr. 303 citat Bl.

Fr. 23, 3. Cf. Kockii nota. Bl. „Similiter nos dicimus a nanny goat". Quae plane fortuita est similitudo, nec quidquam commune habet cum graeco nomine Νάννιον. Pro Λύκᾳ nescio cur coniciat Λυκίδι. — Vs. 4. Non male idem παγίσι τῶν νέων.

Fr. 26. ἐν τοῖς ἰχθύσιν supplet Bl., quod supervacuum foret additamentum. — Vs. 2 tentat improbabiliter. Speciosa admodum est Kockii coniectura.

Vs. 29. ἀτελὲς δὲ δεῖπνον non male Bl.

Fr. 30. 1. Cogitavi aliquando de scribendo μυρίῳ | ,οἶμαι, κτέ., sed nihil mutandum. Bl. cft. ὅλῃ μοίρᾳ apud Pseudolucianum in Amoribus 27. — Vs. 9. ὡσεὶ δὲ προσέχων idem et in Addendis ὥσπερ τε, raro sibi constans. — Vs. 10 sq. Headlam tentat:

ἔκρουσε πουλύπουν τιν' <,εἶτ' ἀπεκρίνατο>
* * ,ὃ δ' ἐπρήσθην, καὶ τότ' οὐ λαλῶν ὅλα κτέ.

vertens but what infuriates me, quod quidem graecum esse

non nego (cf. Poll. II 136), sed quo pacto versus alter apte redintegrandus sit fuerit indicandum. Hoc saltem recte agnovit Headlam post verba πρῶτον σιωπῇ (vs. 7) sequi debuisse respondendi verbum. Vide autem an eius invento sic uti liceat, ut legamus:

ἔκρουσε πουλύπουν τιν', <, εἶτ' ἀπεκρίνατο
μόλις>, ὃ δ' ἐπρήσθην, καὶ τόδ' οὐ λαλῶν ὅλα
τὰ ῥήματ', ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελών, 'ττάρων
βολῶν γένοιτ' ἄν' 'ἡ δὲ κέστρα' 'κτὼ βολῶν' κτέ.

Deinde vix respondit, idque (quae res furiosum me reddit) cett. Sed fortasse καὶ τότε, et tum (scil. quando respondet) melius servabitur, cum praesertim potius τοῦτ' expectetur quam τόδ'. — ττάρων certa videtur Kockii correctio pro τεττάρων, nec rectius Bl. scribi iussit τάρων.

Fr. 35. ἔχειν καθαρείως ἐγχελύδιόν τι καὶ κτέ. Vix sanum est ἔχειν. Propono λαβεῖν, i. e. ἀγοράσαι, coll. Nicostrati fr. 6, 2 μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως, δασύποδα — ἀγόρασον κτέ. Etiam Blaydesio suspectum esse nunc video ἔχειν, qui de more plurima conicit: ἔσθειν, ὠνοῦ (quidni πρίω?) λαβέ νυν, λαβέ τι, in ultimis conspirans paene mecum. Idem praeterea postulans τι ἢ et vs. 2 ἢ pro καὶ refellitur eodem Nicostrati loco, vss. 3; 4; 5; rectius fortasse vs. 2 dubitavit de forma γλαυκινιδίου, quia nullus sit piscis γλαυκῖνος. Coniecit τί μοι | ἢ (imo καὶ) γλαυκιδίου, aut τί ἢ (imo καὶ) γλαυκισκιδίου, quae forma nusquam traditur, insuper temere requirens τεμάχιον.

Fr. 37, 4 deleto οὕτω (an errore repetito ex vs. 3?), apte Headlam:

<πρὸς τοῦτο> λῆρον τὰς ῥαφάνους δοκεῖν,

quod longe praefero Madvigii coniecturae <τὸν> λῆρον, ὥστε τ. ῥ. λῆρον δοκεῖν et aliorum commentis. Blaydesii tentamina vide apud ipsum p. 142.

Fr. 38, 2. πρῖνος et κόμαρος copulantur, ut in Eupol. II 426 M. (Bl.). — Vs. 3. <ἡ δ' αὖ> κράνεια κτέ. idem. Expectatur sane articulus.

Fr. 40, 1 Bl. non male ἔλαιον vel τ' (aut γ') ἔλαιον, nisi forte τοὔλαιον contractum est ex τοι ἔλαιον. Res in hac fragmenti brevitate non potest diiudicari.

Fr. 45, cum nulla sit Arsenio fides, iure O. Crusius inter incerta incertorum fragmenta relinquendum fuisse putat; item Bl., qui Plutarchi lectionem κεῖθι tragicum indicare recte iudicat.

Fr. 46. οὐχ ὑποστρώσεις ποτὲ | τρίκλινον;

Quid sit ὑποστρωννύναι δέμνια, λέκτρον, similia intellego, sed absurdum est ὑποστρωννύναι τρίκλινον. Num forte οὐ σύ τοι (s. δή) στρώσεις κτέ.? Cf. Polyb. 31, 4, 3 ἔστρωτο δ' εἰς εὐωχίαν χίλια τρίκλινα. Socrates Rhod. ap. Athen. IV p. 147 F δώδεκα τρίκλινα διαστρώσασα, unde etiam possis, sed minus leniter, οὐ διαστρώσεις κτέ.;

Fr. 49. διαπαρθέν(ε)ια δῶρα malit Blaydes.

Ephippi fr. 1. Vid. supra ad Eubuli fr. 150. Miratur Bl. nullam in hac ecloga *κράμβης* mentionem fieri, de qua hic agat Athenaeus. Miratus non esset, si meminisset Atticos *ῥάφανον* (vs. 6) vocasse cramben.

Fr. 2. *οὐχ ἡμέριον*, quantus non quotidie capitur; haud vulgaris magnitudinis, si l. s. Bl. coni. *οὐχὶ σμικρόν*, forsan recte. — Vs. 4. Cum eodem lege *λοπὰς ἔστ'* cum accentu. — Vs. 5. Coniecturam meam *Κνωσοὺς* pro *τούτους*, quam referens Kock exclamandi signo munivit, aptam esse post dimidium fere saeculum contendo. Ingens illa olla de qua hic agitur *Κρήτης μείζων* dicta est: Creta, *ἑκατόμπολις* habita inde ab Homero, non poterat capere centum urbes cum eorum agris (hoc enim graece denotat *πόλις*), quanta erat praecipua harum (pleraeque exiguae erant) Gnosus. Multo igitur infelicius *πόντους* coniecit ipse Kock, et quis quaeso probet *τούτων*, *τοῦτον*, *γόγγρους*, *γλαύκους*, *θύννους*, quae plena manu, aliud alio ineptius, effundit Blaydes? — Vs. 12. Placet Kockii coniectura, nec in vs. 13 displicet *εἰς τὴν λεκάνην* pro *ἅλμην*, nisi forte *ἡ ἅλμη* proleptice dicta est aqua, in qua erat piscis coquendus, cui ingens illa salis copia, quae deinde commemoratur, opus erat, in quam aqua dulcis ex lacu derivabatur. — Vs. 18. Aliquando proponebam *περιαγγέλλειν τ' „οὐχ ὑποκαύσεις | Λυκίων πρύτανις* (*πρύτανι* Wilamowitz); *ψυχρὸν τουτί· κτέ.*

Fr. 6, 4. *τιν' ἀδελφὸν* pro *πολέμιον* et vs. 6 *ἐλαφρὸν* pro *ἱλαρὸν* quondam proposui. — Vs. 5. Merito suspectum est *ἦσε*, sed neque Kockii coniectura *ἔκυσε*, quod otiosum post *ἐφίλησε*, sanatur, neque Blaydesiana *ᾖσε*, quod ineptum. Dederat, ni fallor, poeta:

ἐφίλησεν οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα,
ὥσπερ τιν' ἀδελφόν, ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις
χανοῦσ' ὁμοῖ' ἔσηνε, παρεμυθήσατο,
ἐποίησέ τ' ἐλαφρὸν εὐθέως τ' ἀφεῖλε πᾶν
αὐτοῦ τὸ λυποῦν κἀπέδειξεν ἵλεων.

Ὁμοῖα adverbialiter dictum est, ut passim alibi, nec de hetaera facile aptius verbum reperietur quam *σαίνειν*, blandiri. Recte etiam sic frigida cognatorum oscula opponuntur *τοῖς* amatorum *καταγλωττίσμασιν*, et curarum gravitati *τὸ ἐλαφρόν*.

Fr. 8, 6. *παραμασύντας*, ut Alexid. fr. 222, 8 et *μασύντης· παράσιτος* Hes., quod et ipsum ex <*παρα*>*μασύντης* depravatum videtur. Cf. etiam nomen proprium *Μασυντίας*. Non igitur necessarium est quod Dindorf requirebat *παραμασήτας*, vulgatiore usu (Alex. fr. 236; Timocl. fr. 96) ductum a verbo *παραμασᾶσθαι*, licet verbum *μασύνεσθαι* non tulerit aetatem.

Fr. 9, 2. Cur alteri personae cum Kockio tribuatur, cum Blaydesii non video causam idoneam.

Fr. 12, 3. *φυκὶς — τρίγλη* etiam habet Mnesimachus fr. 4, 38 (Bl.),

ut v. 4—7 *μύλλος — ὀρφώς* idem 4, 40—43, non 31 sq., quos vss. errore citat Kock. — Vs. 4. Probabiliter *σαργὸς* pro *φάγρος*, quod metrum non fert, coniecit editor, cui frustra obloquitur Bl., qui ipse ubique *φλεβίας* pro *λεβίας* corrigens scilicet nemini persuadebit.

Fr. 13, 4. Ingeniose Kock *βάτραχος, βότρυες,* | *ῥοῦς κτέ.*, quae vera videntur, nec *βάτραχοι* (sic Bl.) necessarium esse evincunt *μῆλον, κάρυον* in sqq. — Vs. 6. Speciem habet Blaydesii coniectura *καραβίδες* ob Posidippi verba IV 517 M. *καράβους, κόγχας, ἐχίνους.*

Fr. 14, 1. *εὔστοχος* frustra sollicitatur. Coniecturarum numerum de more auxit Bl. — Vs. 2. Idem: *ὑποπλατωνοκαι* | *βρυσωνοκαι — κερμάτων κτέ.* (vel — *κερμάτου — ἀνάγκης.* Voluit, arbitror, *ὑπὸ Πλατ. κτέ.*), ad vs. 4 conferens *γλισχραντιλογεξεπίτριπτος* Nub. 1004. — Vs. 8. Idem male *τὸν πόδα θεὶς* (quod non tuetur citatus ab ipso Eccl. vs. 346) *καὶ τὸ σφυρὸν κνήμην θ'*, nam requiritur praesens, ut vs. 7, nec persuadent mihi Kockii coniecturae. — Vs. 9 non habet unde pendeat, quare admodum mihi placeret Wyttenbachii suspicio *δεθεὶς* pro *τιθεὶς* (8), nisi expectaretur *δεδεμένος*, neque igitur dubito quin verba *τιθεὶς ὑπὸ ξυρόν* gravissima laborent corruptela, cui mederi diu frustraque quaesivi. — Vs. 11. Bl. cft. Dionys. III 553 et Alciphr. III 55, 2. — Vs. 12. *ὡς ἐμοὐδόκει* Bl. Sed vix omitti potuit *λόγον*, ut sensit Kock proponens *ὡς ἐμοί, λόγον*, quod tamen tragicae est, vix comicae dictionis. Num forte *ἔν γ' ἐμοί*? — Vs. 13. *πόλεως* pro *χθονός* Nauck Mél. III 30 sq. IV 203, VI.

Fr. 15, 7. *εἴ τιν'* pro *ἐνίοτε* non male Bl.: hoc vix ferendum.

Fr. 16, 1. *ἐμὲ μαθεῖν* pro *ἐκμαθεῖν* Bl. Pronomen sane vix abesse poterat, nec non satis grave erat c o g n o s c e r e pessima Dionysii tyranni dramata, quare nescio an probanda sit haec correctio.

Fr. 17, 1 Bl. non sentiens ineptum esse sic additum *θεός*, proponit *εἶν' ἔφασκε* vel *Ζεὺς ἔφασκ' εἶναι* vel *μέν* <*γε*>, quorum nihil probo. Necessaria videtur aut Meinekii emendatio aut mea, cui favet in vs. 2 *ἕ τ ε ρ ο ς Ἡρακλῆς.*

Fr. 18. Bl. cft. *ἀνδρῶν γυναικῶν* Ran. 157. Similiter dicitur *νέων γερόντων*, alia.

Fr. 20. *ὅταν γὰρ ὢν νέος*
ἀλλότριον ε ἰ σ ε λ θ ὼ ν ὄψον ἐσθίειν μάθῃ, κτέ.

Speciosius quam verius Bl., coll. fr. 33, 3, coniecit *εἰσδύς*, quod dicitur de eo qui invito hospiti se obtrudit, itaque non est huius loci. Vix dubito quin ametrum participium aliena manus invexerit. Quia autem abesse omnino non potuit pronomen impersonale, conicio:

ὅταν <*τις* cum Bl.> *ὢν νέος*
ἀλλότριον <*ἀργὸς?*> *ὄψον ἐσθίειν μάθῃ,*
ἀσύμβολόν τε χεῖρα προσβάλῃ βορᾷ,
διδόναι νόμιζ' αὐτὸν σὺ τῆς νυκτὸς λόγον.

In vs. ultimo non probo Cobeti coniecturam τοῦτον διδόναι νόμιζε τ. ν. λ.

Fr. 21, 2. φράζ' ὅτι malim cum Bl. — Vs. 3.

A. ἰχθῦς φρονοῦντας, ὦ πάτερ, μή μοι βρέφη.
B. οὐκ οἶσθ' ὅτι τἀργύριον ἐστ' ἰσάργυρον.

Kock, plaudente Bl., coniecit ὁτιὴ τοὐψάριον, quae lectio mihi quidem placet mediocriter, et quod excepto Mnesimacho nullum novi comicum qui ὁτιή, quod quia significare assolet, pro (tradito) ὅτι usurpavit, et quod in responso fuerat indicandum, utrum obsonium, maiores an minuti pisces, argento contra carum esse altera persona diceret. Quia autem τἀργύριον manifesta dittographia natum est e sequenti ἰσάργυρον, non anxie hic respiciendi sunt litterarum apices. Expectabam potius:

οὐκ οἶσθ' ὅτι τοὖψόν ἐστ' <ἐκεῖν'> ἰσάργυρον;

Vs. 2. Cum Bl. malim φράζ' ὅ τι.

Fr. 22, 2. De constructione Bl. cft. Ar. Ach. 301 et Alexid. III 471 M., vs. 3 recte probata Elmslei correctione ποιῶ σοι;

Fr. 23, 1. Idem cft. Ar. Nub. 655 ἀγρεῖος εἶ καὶ σκαιός, deinde inutilia quaedam tentans. — Vs. 2. τὴν γλῶτταν φορεῖς. Hoc solum in talibus atticum est. Aesch. Suppl. 994 et Soph. fr. 811 Nck². male tradita sunt φέρει et φέρῃ.

Fr. 25, 2. cum Bl. lege οὔκουν — λέγειν;

Fr. 26, 1. Cft. idem ἡδυόσμοις στρώμασι Arist. fr. II 1178 M. Perperam vero eximie dictum ψακαστοῖς in vulgare στακτοῖσι mutari iubet, sed fere praetulerim, licet propter violentiam nihil mutem, κἄρδομαι | μύροις ψακαστοῖς pro καὶ μύροις | λοῦμαι ψακαστοῖς.

Fr. 28. Valde mihi quidem arridet Kockii correctio, nam durior anapaesti incisio, in qua haerens Bl. coniecit <καίτοι> φιλῶ γε Πράμνιον καὶ Λέσβιον, excusari videtur arta vocabulorum coniunctione. De vino Pramnio cf. vLeeuwen ad Eq. 107.

Anaxilae fr. 4. Bl. ἐπέλιπέ σε apte, sed nimio molimine. Probabiliora suaserunt Meincke et Kock. Nec probo eiusdem coniecturam 12, 1 ὑλιβάτας, quod suspectum apud Antiphanem 133, 3 hic omni sensu destitutum est. Kockii suspiciones saltem speciem habent, quamvis incertae et ipsae.

Fr. 15, 1. τρίχορδα meum probat Bl. Utrum κινδαψός (Phot.), quod praefert Bl., an σκινδαψός (Athen.) genuina sit instrumenti forma ignoramus.

Fr. 18, 1. στακτοῖς pro ξανθοῖς sine causa Bl. — Vs. 4. Typorum vitium ᾧ δ' κλάπτων pro eo quod conieceram ᾧ' ἐκλάπτων fecit ut hanc certissimam emendationem, in quam inciderat quoque Kockii frater, huic cedere deberem. — Vs. 7. Ἐφεσήια γράμματα καλά. Vereor ne vanae sint Kockii coniectura καινά et Blaydesii κρυπτά aut γραπτά (!), aut (Add.) γραμμάτι' ἄττα, et comicus revera propter ionicum Ἐφεσήια de industria ionicam prosodiam adiectivi καλός admiserit.

Fr. 19, 2. *B. τί σὺ λέγεις; ἰχθύδια;*
συσσίτιον μέλλεις νοσηλεύειν; ὅσον
ἀκροκώλἰ ἕψειν <*ὠτία*>, *ῥύγχη, πόδας.*

Ex ipso Athenaeo feliciter *ὠτία* restituit Kock, sed corruptum restat *ὅσον*, quo nihil lucidius est *ὅσῳ*, quod proposuit Bl. Manifesto sententia postulat:

νοσηλεύειν, δέον
ἀκροκώλἰ ἕψειν — πόδας;

Fr. 20, 1. *τὸ κρανίον κατεδήδοκε* cur praestet vulgato verborum ordini, ut putat Bl., mihi quidem est obscurissimum.

Fr. 21, 3. *ἑταιρείας* pro *ἑταιρίας* postulat Meineke probante Nauckio, dissentiente Bl., quod nullum extet verbum *ἑταιρεύειν*, sed *ἑταιρεῖν*, non reputans tamen esse verbum *ἑταιρεύεσθαι*, subst. *ἑταιρεῖον*, adi. *ἑταιρεῖος*, formas ionicas *ἑταιρηΐη*, *ἑταιρήιος*. Nullus hucusque bonae aetatis titulus inventus videtur, qui quaestionem plane dirimeret, sed valde probabilis tamen videtur opinio eorum, qui diphthongum postulant, gravissimo utentes argumento diphthongum interdum metro postulari, vocalem nusquam. Cf. Dindorf in Thesauro p. 2117. Vana est veterum grammaticorum distinctio inter *ἑταιρίαν* = *φιλίαν* et *ἑταιρείαν* sensu politico. Similiter *ἀνδρεία* genuina forma est (non *ἀνδρία*) ad similitudinem adiectivi *ἀνδρεῖος* formata.

Fr. 22, 7 spurium ducit Bl., non ego, nec video cur vs. 9 praestet *ὡσπερεὶ* (pro *ὥσπερ ἡ*) *Χίμαιρα*, aut vs. 12 *νῦν* pro *δ' αὖ*, quae idem requirit, sed vs. 18 bene tuetur *οὐχὶ πόρρω που ποιεῖ* (l e a v e — b e h i n d) et vs. 25 *εἶθε* fortasse iure postulat pro primo *εἶτα*. Ibidem, ut antehac, probata Dobraei ratione improbo Kockii coniecturam, quia *θρόνος* s e m p e r est *τετράπους* et *ἀπορούσῃ* abundat. — Vs. 21. Malim *τὼ σκέλη*. — Vs. 28. Depravata lectio *δ' ἄκων μόνος* neque Blaydesii coniectura *δ' οὕτω μόνος* neque Kockiana *πάντων μόνος* sanatur. Venit in mentem *δ' ἄκων μ ό λ ι ς*, scil. i n v i t u s propter scorti illecebras, quibus captus, mox avaritia eius deterritus fugam capessit et v i x salvus evadit.

Fr. 23, 2. *τρί'* pro *τρίς* mecum Bl.

Fr. 24. *καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις τ ι θ α σ ὸ ς οἰμώζων ταῶς.* Quid quaeso sibi vult *τιθασός*? Nonne igitur illa aetate omnes pavones, ut hodie, in Graecia erant cicures? Fortasse vitium subest. *Οἰμώζων* utrum = *οἰμωζόμενος*, ut Aristoph. fr. 18, 2 (ubi vide), an potius m i s e r e c l a m a n s? Nota est stridula vox pavonis.

Fr. 25, 1. Kockii coniecturae *καὶ Κράναος* pro *χἄτερος* non solum obstat, quod, ut olim monui, in tradita lectione nulla est offensio et aperte Athenaeus illud non legit, sed etiam, ut monet Bl., additum *τις*. Procul dubio persona prior verbis *χἄτερός τις* se ipsum significat, comica exaggeratione utens (est enim f a m e l i c u s) verbo *διαρραγῆναι*, prorsus ut in Alexidis et Phoenicidis fragmentis (vid.

Jacobii Indicem). Respondet autem altera persona *τί γάρ σε κωλύει* (scil. *διαρραγῆναι*); quem iocum Anaxilas debet Aristophani Eq. 340 sqq., ubi chorus Agoracrito, qui Cleoni clamanti *οἴμοι διαρραγήσομαι* imprudens responderat *καὶ μὴν σ' ἐγὼ οὐ παρήσω*, succlamat:

πάρες πάρες πρὸς τῶν θεῶν αὐτῷ διαρραγῆναι.

Duos versus sequentes, coll. fr. 31, 2 sq., iam olim monui h. l. delendos esse.

Fr. 33, 2 temere sollicitat Bl., qui vs. 3 mecum legit *<'γ>καθήμενος*. — Vs. 4. Sanum videtur *πυρόν*, tritici granum. Naberi coniecturae *τυρόν* vix satis congruum est *λέμμα* vs. 2, et quid sibi velit Blaydesii *γῦρον* (*κενόν*) mihi obscurum est. — Vs. 5. *ὁ δ' ἕτερος παχύς* idem sine necessitate, nam dicitur vermis, uno exeso grano, morsu appetere alium.

Fr. 35. *καὶ πῶς γυνή,*
ὥσπερ θάλαττα, νῆσον ἀμφιέννυται;

Logicum in hoc ioco vitium, quod advertit editorem, graece melius celatur quam celaretur in linguis hodiernis, quia *ἀμφιέννυται* simul duplici vi, passiva et media, fungitur. *Θάλαττα νῆσον ἀμφιέννυται* (passive), *γυνὴ ν. ἀ.* (medie). Exemplis comicorum h. l. illustrat Bl. pag. 147. — E. Plauto quadamtenus comparari potest Menaechm. 231 R. An, quasi mare, omnis circuimus insulas?

Fr. 36. *τὰ δὲ σφύρ' ᾤδει μᾶλλον ἢ σικυὸς πέπων.*

Incertum est utrum haec verba de hydropico dicta sint an de Oedipo in comoedia fabulosi argumenti, ut Anaxilam Circen et Calypsonem et fortasse Nereum scripsisse comperimus. Imo etiam dici potuerunt de muliere nescio qua libidinosa propter notum proverbium

ἡ τὼ σφυρὼ παχεῖα μισητὴ γυνή.

Numeri non obstant quominus suspicemur:

τὼ δὲ σφυρῴδει κτέ.

ut *ἐγῳχόμην* Ar. Eccl. 500. Sed fortasse seriores Attici in dualis usu fuerunt minus diligentes quam antiquiores.

Fr. 38. *τήνδ'* pro *τὴν* mecum Blaydes.

Fr. 40. *καὶ πίνειν ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν.*

Kock „fortasse *καὶ δὴ* Meineke; quidni *καὶ δεῖ*?" Addere possim: quidni *κᾆδει*? Bl. *καὶ <δια>πίνειν*, ut metrum sit anapaesticum. Certi nihil de talibus dici potest.

Fr. 41. *BA* 408, 9 et Suidas:

ἀντίκρισις· ἀντὶ τοῦ ἀπόκρισις. οὕτως Ἀναξίλας.

Ex Polluce IV 113, quem neglexit editor, apparet agi de responsione actorum in scena, non hercle in vita quotidiana, ubi numquam sic dici potuit. Rem iam non latuisse video L. Dindorfium in Thesauro s. v., qui tamen erravit pro *ἀπόκρισις* corrigens *ὑπόκρισις*.

Manifeste enim Pollux scribens εἰσὶ δὲ ἀπὸ τούτων καὶ ὑποκριταὶ καὶ ὑπόκρισις καὶ ἀντίκρισις utramque vocem distinguit. Potuit ἀντίκρισις significare ἀνθυπόκρισις, sive duorum antagonistarum inter se sive alicuius personae ad alteram responsio. Fortasse autem pertinet ad ἀγῶνας, quorum tantae fuerunt in antiquo dramate partes.

Aristophontis fr. I. Corrigit Nauck:

σαφὴς ὁ (sine causa δὲ Bl.) χειμὼν τῆς πενίας ἐστὶν λύχνος,
ἅπαντα φαίνων (pro -νει) τὰ κακὰ καὶ τὰ δυσχερῆ.

Cft. Prom. 1015, Antig. 665, Anth. Pal. X 100, Diodor. XVII 10, 5. Num tamen necessaria sit correctio dubito.

Fr. 4, 2. ἄν τις ἑστιᾷ, πάρειμι πρῶτος, ὥστ' ἤδη πάλαι
<Πρωτεσί>ζωμος καλοῦμαι.

aeque ingeniosa ac probabilis est O. Crusii coniectura. — Vs. 5. Bl. ἀναβῆναί με δεῖ | κλίμακ' ἢ τείχισμα vel ἀναβῆν' ἀσφαλῶς | κλιμακίδιόν <εἰμι> Καπανεύς. In posterius et ipse incidi, sed retinens tradita ἀναβῆναί τι πρὸς. Non enim video quidni ἀναβαίνειν πρὸς κλίμακα eodem iure dicatur, quo Aristophanes dixit Nub. 1486 ἐπὶ κλίμακα — ἀναβαίνων. Εἰμι autem addidi ex Eustathio. — Vs. 7. κονδύλους πλάττειν ludibundus poeta dicit, alludens ad κανδύλους, notum placentae genus (cf. Ar. Pac. 123). Locus immerito sollicitatur, et quamvis dudum hoc monuerim, novissime a Blaydesio ineptissima coniectura πάττειν et aliis.

Fr. 7, 1 et 2. Quomodo hi duo vss. cohaereant mihi obscurum est, nec dispelluntur tenebrae Blaydesii coniectura γάρ εἰσιν αὑταί pro παρεσκευασμέναι. — Vs. 4. γε pro τὸ Headlam. Verba ultima καὶ — Λακωνική obscura sunt Blaydesio, qui recte personae A. reddere videtur, nec ipse expedio.

Fr. 9, 1. Corrupta sunt verba πάλαι ποτέ. Non inepte, sed violentius, Kock ὑδατοπότας coniecit, cui suspicioni certe posthabenda Blaydesii commenta μόνους σοφούς vel πάλαι (quod ineptum) σοφούς. Me nondum poenitet lenioris quam proposui mutationis ταλαντάτους, probata cum reliquis criticis Meinekii correctione λεγομένους pro γινομένους (vs. 2). — Vs. 8. ἰχθύν pro ἰχθῦς citra necessitatem Bl.; si quid sit mutandum, eodem iure possis κρέα pro κρέας.

Fr. 10, 3. θύμον pro θύμων malim cum Bl. Vitii causa fuit sequens λαχάνων. — Vs. 4 μηδέποτε pro πρὸς τὸ μὴ idem, at cf. vs. 1 πρὸς τὸ πεινῆν. — Ibidem pro ῥύπος (nisi forte probanda est aptissima, quam propter violentiam Kock damnavit vetus mea suspicio) nunc propono κάπρος, quod convitium etiam gravius est quam σῦς, quae bestia saltem ab agricolis interdum lavatur. — Vs. 7. Frustra Bl. tuetur μήθ' ὁρᾶν, quod pulvis visum impediat, non reputans ipsum pulverem dici non posse non videre. Reliquis coniecturis accedat

haec mea: ἐλαίῳ μή τι χρῆσθαι μηδ' ὄναρ, nam *OPAN* et *ONAP* non nisi litterarum ordine differunt. Homo adeo squalidus est ut ne in somniis quidem, nedum vigilans, oleo utatur. Minus autem feliciter poeta, usus Anaxandridae loco laudato (34. 6), hic bestiarum nominibus relictis posuit κονίορτος, qua re abuti noli ad defendendum ῥύπος in vs. 4.

Fr. 12, 8. λάχαν' ἄττα sine necessitate Bl. et simul peccans contra comicum sermonem (vs. 9) τρίβωνας (vel τριβώνι') ἠδ' ἀλουσίαν. — Vs. 10 frustra sollicitari docui, probante in Addendis Kockio, multis comicorum locis. Cf. etiam Plauti (Posidippi?) Menaechm. 77: Iuventus nomen fecit Peniculo mihi et Captiv. 67. Novis tamen deinde commentis tentavit Bl.

Fr. 14, 4. Revoca οὕνεκα. — Bl. tentat quaedam in fr. 15 et 16.

Epicratis fr. 1.

δεδειπνάναι γὰρ ἄνδρες εὐκαίρως πάνυ δοκοῦσί μοι.

Recte Bl. requirit adverbium abundanter significans. Idem ego postulans dudum conieci εὐπόρως, coll. Thuc. VIII 36 οἱ Πελοποννήσιοι εὐπόρως ἔτι εἶχον ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον. Sed brevius est fragmentum quam quod corruptum esse pro certo statuamus.

Fr. 2. 3. Vs. 6. ὁρῶσα Bl. de usu verbi βλέπειν similiter adhibiti cft. Ach. 376 et Alexid. III 425. — Vs. 7. Malit ταὐτό μοι, non ego, nam duo secuntur, quae Lais communia habet cum aquilis. — Vs. 8. αἰετοῖς recte Nauck. Cf. Meisterh.[3] 33, 5. — Vs. 11. Bl. malit ἤδη, τῶν <θεῶν> et vs. 10 pro οὖν, quod cod. A omittit, supplet αὖ aut ἄν aut οὐ cum interrogatione, ex quibus coniecturis ultima propter negationis locum prorsus ferri nequit, reliquae non meliores sunt Meinekiana νῦν. Cum Bl. vs. 15 malim ὅτ' pro ὁπότ'. — Vs. 20. Violenter Headlam θᾶττόν ἐστ' ἢ καταμύσαι, (Bl. ῥᾷστον). Teneo veterem meam coniecturam lenissimam ῥᾷον ἢ πτύσαι: ἰδεῖν praegnanter dictum de consuetudine amatoria, ut vs. 17 εἶδες. Ad πτύσαι O. Crusius cft. Planud. proverb. 214 τοσαῦτα πτύει ὁ δοῦλος, ὅσα βούλεται ὁ δεσπότης. — Ad vs. 18 Bl. apposite cft. Alexidis fr. 229. — Vs. 21. πετομένη feliciter Kock.

Fr. 5, 6. θιγεῖν pro φαγεῖν temere Blaydes.

Fr. 6 esse paratragoediam docent vocabula et locutiones non atticae ἄρταμος, ὄπωπα, πυρὸς ἀκμαῖς ἠνθισμένα, sive potius ἀκμῇ 'ξηνθισμένα, ut correxit Bl. coll. Ach. 1047 et Philem. IV 26 M. Etiam καυχᾶσθαι rarissimum est in comoedia. Idem valet de fr. 8, ubi vs. 2 σιδηρότευκτον ἐναλίων θηρῶν βέλος tragicae est grandiloquentiae.

Fr. 7, 1. λυχνοῦχον <τουτονὶ> Bl., quod incertissimum.

Fr. 10, 1. κατάβαλλε τἀκάτια, καὶ κυλίκια
αἶρον τὰ μείζω, κτἑ.

Coll. Eq. 762 conieceram *παραβάλλον*, quod nunc occupatum video a Bl., qui parum apte praeterea proponit *καταχάλα*. Deinde *κιλίκια*, vela, certa coniectura restituit O. Crusius ex Ulpiani Digestis, cuius viri docti egregiam de hac ecloga disputationem vide in Philologo a. 1880, pag. 616 sq., ubi cft. Poll. I 91. VII 73, et locum gemellum esse monet, ubi Palaestra proelia Veneris cum Lucio (apud Lucianum in Asino) committit. — Vs. 5. Malim *τε λῦε* pro *ἔκλυε* cum Blaydesio, qui cft. Eur. Or. 706. et tragic. adesp. 413, 2 Nck.[2].

Fr. 11, 20. *ἄνανδος* recte Kaibel, *ἀναύδη* | *τοι* (deleto *τότ'*) Bl. — Vs. 12. Retracto nunc coniecturam iam a Bothio propositam *ἄφαθ' ὡς ἀτόπων*, quia dici solebat *ἄφατον ὡς*, nec *ἀφάτως*, quod lexica ignorant, scribi potest. -- Ad vs. 16 O. Crusius putat poetam innuere, ipsos academicos cucurbitae capita (Hohlköpfe, Wasserköpfe) habere, coll. Hermippi fr. I p. 248 K. *τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει ὅσην κολοκύντην*, quae verba ad oblongum Periclis caput recte rettulit Meineke. — Vide autem quam egregie rei ludicritatem augeat magnificum illud *οὐδὲν ὀρινθείς*.

Cratini minoris fr. I, 1. *ἐνθυμοῦ* frustra Bl. et sine causa vs. 2 *δ'*. Apud Eustath. 985, 51 *πειώλης* in *πεώδης* probabilius idem mutat quam Kock in *πριαπώδης*.

Fr. 4, 2. Coniecturis addit Bl. *μαχῶν* — *πόνων*.

Fr. 5, 2. A fine idem supplet *χρῆτέ* aut *χρᾶτέ* (!!) *μοι* vel *χρήσατε*. Priora graeca non sunt pro *κίχρατε*, postremum verum esse potest et eo nomine praestat Kockii coniecturae *λήδιον*, quod ita plenam habemus sententiam.

Fr. 7, 2. Iure idem praefert Scaligeri coniecturam.

Fr. 9, 5. Perperam probat infelicissimam Meinekii coniecturam *φρατέριος*. Pro Bergkii correctione faciunt praeter ipsum *Ζεὺς Φράτριος φρατρία, φρατρίαρχος, φρατριάζειν, φρατρίζειν, τὸ φράτριον, Φράτριος*, Cymae Asianae mensis, alia multa.

Fr. 10, 2. Verissime Richards: *κατὰ τὸν Πλάτων' οὐκ οἶδα* <*μέν*>, *ὑπονοῶ δ' ἔχειν*. Recepta Hermanni correctio ferri nequit.

Fr. 12, 1. <*ἐμ*>*πεσὼν* rectius Iacobs quam <*εἰσ*>*πεσὼν* Bergk; *εἰς ἐγγύας τινὰς πεσὼν* proponit Blaydes.

Fr. 13. *ἐκφέρει* triplici coniectura temere sollicitat Bl. Ceterum incertum est, urum ЄΚφέρει an ЄΙCφέρει sit genuina lectio. Crasis *κἰχθύδια* unicum exemplum Kock noverat *χἰκετεύετε* Hel. 1024, alterum addit Bl. *κἰταλία* fr. adesp. com. 1259.

Ophelionis 3. <*τι*> *πέπερι* Bl.

Nausicratis fr. 1. 2 inde a vs. 5 adscribam, ut lacunas, coll. Antiphanis fr. 49, partim apte explevisse videtur Headlam:

B. γλαῦκον λέγεις. A. ἔγνωκας. <B. ἄλλο μοι λέγε>.
A. <λέξω>. μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἐκπρεπεῖς φύσιν
αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικοῖς
πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται·
αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι φωσφόρον κόρην,
δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
B. τρίγλας λέγεις. <A. ἔγνωκας. B. ἄλλο μοι λέγε>.
<A.> γαλακτόχρωτα (*-χρώς τε* Kock) *Σικελὸς ὃν πήγνυσ' ὄχλος*
* * * * * * *
B. ῥόμβος.

In ultimis vero ingeniose coniciens:

ὃν πήγνυσ' ὄχλος
θρόμβον * * * * *
<B. τυρὸν λέγεις. A. ἔγνωκας. B. ἄλλο μοι λέγε>.

si verum vidit, erroris arguit Athenaeum, quem *ῥόμβος* legisse constat. Recte O. Crusius comparavit Epicratis fr. 709 et Suid. ac Phot. s. v. *θυννάζοντες*. — Verbo *πήγνυσ' ὄχλος* duplici coniectura violentissima frustra sollicitat Blaydes.

Alexidis fr. 1, 2. *πράσον* pro *λίτρον* frustra Bl.

Fr. 2, 7. Idem *ψυκτήριον* pro *ψυκτηρίδιον*, cuius antepaenultima longa sit. — Vs. 8. Cft. Menand. IV 180.

Fr. 4. *δ' οὗτος φέρει* non male Bl.

Fr. 5, 2. *ὑπερθύουσαν* sanum esse hodie credo, licet *θύειν*, aestuandi sensu positum nusquam alibi in comoedia appareat, sed tragica grandiloquentia hic potuit affectari. Ceterum eo sensu vera verbi forma *θυίειν* videtur, quae etiam traditur in altero verbi compositi exemplo, quod nuperrime prodiit ex Timothei Milesii Persis vs. 75 *ἐπεὶ δ' ἀμβόλιμος ἅλμα στόματος ὑπερέθυιεν* in papyro Alexandro magno aequali aut etiam vetustiore. Verbum *ὑπερθύ(ι)ω* deest Papii lexico.

Fr. 9, 2. l. *ηὑρημένον*. — Vs. 9. *πότος = συμπόσιον* (cf. 11). Vix opus Naberi coniectura *τρόπος*. — Vs. 12. Ultima verba alteri personae non Naber (sic Bl.), sed ego tribui.

Fr. 15, 7. *B. ἄρ' ἦν μετὰ ταῦθ' ἡ ῥάφανος ἣν ἐβοᾶτε; A. ναί.*
χρηστὴ γὰρ ἦν. B. ἔδωκα ταύτης δύ' ὀβολούς (*ὀβολώ?*)
A. τί γὰρ ἐβοῶμεν; B. τὸ κύβιον τριωβόλου.

Corrigendum *τί τἆρ'* (*τοι ἄρ'*) *ἐβοῶμεν;*

Indignabundus enim exclamat haec persona prior, ut audivit brassicam tanto pretio constitisse. De hoc verbi *βοᾶν* usu cf. etiam Philemonis fr. 41, 5 *ἐβόων δ' ἅπαντες „ὡς ἀγαθὴν ἅλμην ποιεῖς."* — Vs. 13. Ex titulis atticis *τέθηκας* rescribendum esse olim monui. — Vs. 14

B. ὁ ταριχοπώλης ἐστὶν· ἐλθὼν πυνθάνου.

Corrige *ἔστιν*, i. e. extat, vivit. Imperite Bl. coniecit *ἀπέδοτ'*! — Vs. 16. De tostis piscibus venalibus Bl. cft. fr. 27, 7; Philem. 80. — Vs. 17. Idem coniecturis addit *εἶτ' ἐπέλαβεν αὖ*, collato Hippocratis poetae attico parum apto testimonio. Traditae lectioni subesse verbum *ἐπιτείνειν* agnitum est a multis. — Vs. 18 <*οὐ*> malit idem pro <*ὃν*> forsan rectius et vs. 19 *τρεῖς· <ἦν δὲ> δεκ' ὀβολῶν ὁ χοῦς*, quod placet.

Fr. 16, 1 sqq. *τοὺς μὲν στρατηγοὺς τὰς ὀφρῦς ἐπὰν ἴδω*
ἀνεσπακότας, δεινὸν μὲν ἡγοῦμαι ποιεῖν,
οὐ πάνυ τι θαυμάζω δὲ κτἑ.

Pro *ποιεῖν* vel potius *ποεῖν* (sic cod. *A*), sine causa Kock *παθεῖν* et Blaydes *μ' ἰδεῖν* aut *βλέπειν* proposuerunt. — Vs. 7. Bl. *ἕλκοντες* aut potius *αἴροντες* pro *ἔχοντες* et violenter vs. 9 *πολύ* pro *βαρύ*, quod non sollicitaverim. Grave est! (scil tantum solvere pretium). — Vs. 11 Bl. „offendere non debet dura anapaesti incisio propter interpunctionem". At offensionem auget interpunctio, quippe quae *παῖζε· τοσουδί* arte coniungi vetet. Probabiliter correxit Kock.

Fr. 17, 2. Bl. tentat *Δαιδάλειοι. B. πῶς <λέγεις;>*

Fr. 18. *τῶν οὖν κορακίνων πεῖραν οὐχὶ λαμβάνεις;*
οὐδὲ τριχίδων, οὐδ' οἷον ἑψητῶν τινῶν;

Formula *οὐδ' οἷον*, procul abest ut, nedum, faciliorem habeat interpretationem, si vs. 2 omisso interrogandi signo, sit alterius personae responsum. Cf. fr. 202, 4.

Fr. 19, 3 sq. *ἡμέρας δρόμῳ | κρείττων*. Cf. Ar. Nub. 430
τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον.

Vide etiam Eupol. fr. 94.

ΑΠΟΚΟΠΤΟΜΕΝΟΣ „= *ἀπόκοπος*? Cf. *Εὐνοῦχος* titulus". O. Crusius.

Fr. 22, 1. Virgulam dele cum Bl.

Fr. 25. Rectius de huius eclogae auctore iudicasse Meinekium quam Kockium olim existimabam et nunc existimo. — Vs. 4 *πίνωμεν, ἐσθίωμεν* non male Bl. — Vs. 5. *τὴν ψυχὴν τρέφειν* significare videtur *χρῆσθαι τῇ φύσει*, i. e. genio indulgere. — Vs. 6. Ad *ἥδιον* Nauck praeterea cft. Eupolidis vs. in *EM* *ὅσον γένοιτ' ἂν αὐτῇ βελτίω | τὰ πράγματα* et Eurip. fr. 546 et Trag. adesp. 320. — Vs. 8. *ἀρχαί* Bl. pro *ἀρεταί* satis probabiliter et vs. 10 recte praefert lectionem *σ' ὁ δαίμων*.

Fr. 27, 6. Iniuria sollicitari *οἷόν τε* olim ostendisse mihi videor.

Fr. 30, 1 sqq. Cf. etiam Soph. O. R. 110 (O. Crusius). Vs. 4 sq. *τοσούτῳ* aut *τῶν ἄνω* et *ἀνατολάς* inutiles sunt Blaydesii coniecturae, qui vs. 7 *συγγενικῶν* explicat familiar.

Fr. 31. Idem: *<τὴν γὰρ> ἀγκύλην | τῆς ἐμβάδος <ταύτης> λυθεῖσαν οὐ καλῶς | ἔσφιγξας.*

Fr. 34. Bl. cft. Soph. fr. 809 Nck.[2], Headlam Plat. Rep. 604 C. Non

recte olim vs. 2 proposui πίπτει γάρ; recte post ἐστιν (vs. 1) deinde Kock transposuit hypostigmen positam post κύβοι.

Fr. 40, 1. λέγουσιν ἐν sine causa Bl. — Cum hoc fr. compara etiam Philemonis fr. 139 et notum locum in Pseudo-Luciani Amoribus.

Fr. 42, 2. Arridet Nauckii coniectura ὀζωμοτάριχος, quam falso argumento impugnat Kock; vox optime formata est ex ὄζειν et ὠμοτάριχος.

Fr. 45, 4. ἀπαφρίσαι (verbum apud solos Geoponicos lectum) pro ἀφυβρίσαι coniecit Bl. ingeniosius quam verius. Vulgata lectio sana videtur.

Fr. 48, 3. Kockii coniecturam et ego olim improbavi et nunc Bl., qui immerito in fr. 49 tuetur τἀπεσταλμένον.

Fr. 55. Bl. δὸς (pro καὶ) Ζωπύρᾳ violenter. Quid praecesserit secutumve sit ignorantibus talia mutare male sanae est critices.

Fr. 56, 6 πάντας in πάντως mutat Kock, locum perperam interpretatus, nec melius Bl. vs. 5 μόνον in μόνοις et vs. 6 πᾶσιν. Traditae scripturae sanissimae sunt. Ζημίαν τῆς τέχνης poeta vocat qui non tot pisces emunt quot Callimedon. — Vs. 4. Cum Bl. malim κάραβον ἔχουσαν ὀπτόν.

Fr. 58. Bl. τὰς φιλοτησίας. Sed cf. Bekk. An., locum allatum a Kockio.

Fr. 59, 1. φέρουσ' οἶνον γλυκὺν Kock, sagaciter sec. Bl., temere me iudice. Legitima obtinet ellipsis. Cf. fr. 175, 13

βοτρύδιόν τι, χόριον, ἐν ποτηρίῳ
γλυκύν· τὸ τοιοῦτον κτέ.

Nulla autem est in articulo offensio, si in praegressis eius vini iam facta erat mentio.

Fr. 60. τὴν σπάθην
ἐν τῷ μύρῳ καθῆκεν.

Comici attici attice loquebantur, opinor, non homerice, itaque neque homerico ἐν πυρὶ βάλλειν neque aliis similibus haec syntaxis defenditur. Requiro ἐς τὸ μύρον ἐγκαθῆκεν, ut Ar. Lys. 308

τῆς ἀμπέλου δ' ἐς τὴν χύτραν τὸν φανὸν ἐγκαθέντες.

De re Bl. cft. Aristophanis fr. 205.

Fr. 62. Antiphanis fr. 202 cft. Crusius. — Vs. 8. Vix credibile Bl. pro sanissimo ὑόμενος ineptissimum λουσάμενος proponere potuisse Add. p. 336.

Fr. 65, 1 δέ σοι coniecturis addi Bl. pro τέ μοι (sed cur τε mutetur ne levissima quidem causa est), vs. 2 legens προὔπεμψέ μ'.

Fr. 68. Poetam imitari Sophoclem fr. 512 φιλάργυρον γὰρ πᾶν τὸ βάρβαρον γένος monet Bl., temere πως coniciens pro πᾶν et peius etiam in Add. p. 336 Σύρον ἐστι pro Σάρδεων, nec melius fr. 70, 2 sollicitans et frustra improbans vs. 5 Meinekii coniecturam καλοῖς pro ἄλλοις. Non magis eundem sequar tentantem fr. 71 et 76, 2 γίνεται (l. γίγνεται) temere mutantem in σώζεται et vs. 5 τ' in δ' et

similiter vs. 8. Ipse lector videat eius commenta ad sequentia, unde non afferam nisi quae aliquam certe speciem habent, aut cognoscendi utilitatem.

Fr. 78, 4 sufficit Hirschigii coniectura δεῖ δ'.

Fr. 82. Iniuria hic et alibi Kock traditum ποεῖ mutat in ποιεῖ. — Cf. Men. mon. 724 et Eur. fr. 576 Nck.[2]

Fr. 84, 2. θευθίδας — (5) ὠνθύλευσα. Bl. cft. Sotad. I, 15 τευθὶς ὠνθυλευμένη.

Fr. 85, 4 sq. O. Crusius cft. Epicharmeum αὖτα φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσαμένοι, Timon. sillogr. ἄνθρωποι — κενῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί, Petronius 42 utri inflati ambulamus. — Vid. Poll. X 187.

Fr. 89. Manifesta paratragoedia.

Fr. 94, 5. Procul dubio recipienda evidens Dobraei correctio. Tradita lectio corrupta est repetitione verbi φασι (4).

Fr. 97. 1. Vera Kockii observatio potius vorandi notionem requiri quam ἐγχεῖσθαι, quod pro ὀρχεῖσθαι conieceram, fecit ut postea ἐμπλῆσθαι proponerem, quod placet Blaydesio, qui tamen ipse violenter ἐσθίειν aut ἐγκάπτειν proponens, mutata subito sententia, inconsiderate tuetur vulgatam locis nihil probantibus fr. 222, 3 et Epicrat. III 365. — ὀγκοῦσθαι infelix est Kockii suspicio.

Fr. 98, 4. De hoc usu verbi ἀναλαμβάνειν Bl. cft. Demetr. II 876 Ἄρτος δ' ἀναλαβὼν ἐξένισεν ἡμᾶς et Athen. VIII 492 D. Ἰσοκράτη ἀναλαβεῖν Λαγίσκαν εἰς τὴν οἰκίαν. — Vs. 11. Necessarium videri αὑτήν pro αὐτήν alibi monui. — Vs. 15. τοὔπισθ' pro τούτοις certa videtur Emperii emendatio, probabiliter tentantis προστιθεῖσα ταῦτα — ἀπήγαγεν. Cf. etiam Bl. p. 157, cuius tentamina mihi displicent, ut dudum abieci quae ipse olim pessime tentavi vitioso et sermone et metro. — Vs. 17. κατέπλασεν cum ν paragogico propter Hilbergi legem bene requirebat Nauck. — Vs. 19. Verbi medii δείκνυται obscura est ratio. Cum Bl. praefero Clementis lectionem δεικνύει et in vs. 26 Naberianum σεσηρέν' pro σέσηρεν.

Fr. 101, 2. Vitiosam formam ἐγκεκλεισμένον pro ἐγκεκλῃμένον aut ἐγκεκλειμένον (quae forma recentioribus Atticis fortasse non eripienda est) affricuit poetae aut ipse Pollux aut eius librarii.

Fr. 102, 2. Mecum Bl. ὑπὸ μέθης — ὑπαμελὴς (Kock) nusquam legitur.

Fr. 107. Aptissime Bl. καὶ <δὴ> γὰρ ἐπὶ κῶμον <μέγ'> ἀνθρώπων ὁρῶ | πλῆθος προσιόν. κτἑ. — Ita carere possumus Headlami coniectura ἐπικώμων.

ΚΡΑΤΕΤΑΣ. Kaibel Herm. 1890, p. 90. „Verum nomen est *Κράτεια*, ut ubique recte Athenaeus, mulieris vel potius deae nomen, quod in vasculo rubro legitur una cum *ΚΑΒΙΡΟΣ* et *ΜΙΤΟΣ* et *ΠΡΑΤΟΛΑΟΣ*. Cf. O. Kern, die Boeotischen Kabiren Herm. 1890, 9 sqq."

Fr. 108, 6. Post ἄνθρωπος recte interrogandi signum poni iubet Bl.

Fr. 110. Non vulgarem coquum loqui sed *ἰατροσοφιστήν*, coll. Asclepiadis fragm. 24 pag. 306, putat Headlam, ipsum vero herum, *φαρμακοπώλην* ut videtur, qui ut talium rerum arte sua satis sit peritus, cibos illos electos se ipsum (*αὐτός* vs. 21) paraturum esse profiteatur, loqui Crusius existimat. — Vs. 11. *τούτους* pro *τούτων*, ut supra fr. 48, 3, recipiendum fuisse, improbans Kockianum *λυπρόν* recte iudicat Bl. — Vs. 15. *κρεάδια <καὶ> ποδάρια <καὶ> ῥύγχη τινά* Elmsley, probante Nauckio. — Vs. 18. Coniecturae Kockii *ἄπειρος* pro *μάγειρος* olim obieci *αὐτός* vs. 21, nec quidquam mutandum esse assentior Crusio. Recte tamen fortasse Naber *οὐδ' ἅψεται* pro *οὐκ ὄψεται*. — Vs. 24. *καὶ τὰς σκευάσεις*] *καὶ τὰς συστάσεις* Kaibel, *κωψαρτυσίας* Blaydes.

Fr. 111, 4. *ἡμῶν* pro *νίκης*. Bl. Depravatum esse indicat vel absens articulus, qui etiam conici vetat *νίκης καλῆς*, quod proposuit Casaubonus. *Ἡμῶν* tamen in *νίκης* abiisse parum videtur probabile. Venit in mentem:

ἔν' Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νικηφόρου.

Vs. 6. Supplementum meum displicuit Kockio, placuit Blaydesio. Incertissimum esse, ut hoc genus omnia, facile largior.

Fr. 112. „Loquitur pharmacopola, qui se ipso comparat cum Melampode Proeti filiarum medico eodemque Bacchicorum sacrorum conditore. O. Kernius autem Herm. 1890 demonstravit Cabiri sacra Athenis Thebas translata esse, Orpheum potissimum eorum interpretem fuisse, apud Thebanos Cabirum Bacchi paredrum ita factum esse, ut artissima necessitudine utriusque sacra coniungerentur et confunderentur."

Fr. 115, 1. *Ἑρμεῖσκον*, ductum ab *Ἑρμέας* ut *Ἑρμείδιον*, iure requirit Bl.— Vs. 2. *κάτω στρέφοντα* malim cum eodem. Cf. infra ad Sotadis fr. 1, 33.

Fr. 116, 3. *ζηλῶ* Bl. pro *ζητῶ*, sed requiri videtur vocula *δέ* respondens praegresso *μέν*, quod sentiens praeterea coniecit *δ' ἐστίν*. At parum probabilis est tanta mutatio. Num forte *δὲ λέγω*? — Vs. 4. *ἀπροσίτους* aptissime Headlam pro *παρασίτους*. — Vs. 8. *τὸ γένος <σὺ>* Bl. — Vs. 11. *τοῖς μὲν ἡ τύχη | ἡμῶν μεγάλους προσένειμε, τοῖς δ' ἐλάττονας* rectissime idem.

Fr. 118, 2. *δ'* abesse malit Bl.

Fr. 119, 2. *νέκταρος γλυκέος* Bl., quod neque necessarium est et numeros severiores (tragicam enim grandiloquentiam locus affectat) corrumpit. — Vs. 4. Idem malit *ἀσφαλῆ<'ς> βάσιν | στήσας*, quod ipsum vix sufficere videtur. Num forte *ἀσφαλῆ στάσιν | στήσας* = i. e. *ἀσφαλῶς στήσας*? Ita puto. — Vs. 5. Non recte idem requirit *κιττοῦ* pro *κισσοῦ*, quod convenit paratragoediae, nec magis probo quae proponit *ἐνάψας* vel *ἐνείρας*. Melius Meineke *ἀνάψας*.

Fr. 120, 4. Perperam *λευκῶν* Dobree, nam aut *τῶν λευκῶν* sermonis graeci ratio postulat aut *λευκούς*, quod traditum.

Fr. 123. Tractavit Bl. p. 159.

Fr. 124, 1. ἧψέ μοι δοκεῖ
πνικτόν τι ὄψον δελφάκειον. ΓΑΝ. ἡδύ γε.

Quia ὄψον ab his poetis non solet adhiberi de carne, sed plerumque de piscibus, rarius de leguminibus, consideratione quadam digna est iusto audacior Blaydesii coniectura

ἧψέ μοι κρέας
πνικτόν τι <ἡδὺ> δελφάκειον.

Vs. 8. Requiro, ut antehac, νοτίδ', ἐπεὶ ζυμουμένη.

Fr. 125, 9. κἀνταῦθα καὶ γραῦς καὶ γέρων καὶ παιδίον
[πεμφθεὶς] ἅπαντες ἀγοράσουσι κατὰ τρόπον.

Deleto veteris lacunae supplemento, corrige <ἅπαξ>ἅπαντες, quod iam Bl. video repperisse.

Fr. 127, 1. Ach. 345. μή μοι πρόφασιν cft. Bl., qui vs. 3 recte probat Pollucis lectionem ὀρθῶς γε· πρῶτον, nam τὸ πρῶτον non est primo loco, sed prima vice, quod hic sensu caret. Similiter vs. 8 Pollux veram lectionem πέπερι servavit, propter ipsam hanc vocem fragmentum afferens, pro σέσελι, quod nusquam in comoedia reperitur, ut idem Bl. observat. Cum eodem malim vs. 6. καυλὸν σιλφίου. — Vs. 7 Pro αὖον hodie non ut olim ὄξος, sed multo lenius ᾠόν conicio, quod Alexidis fr. 174, 8, ut h. l., cum κόμινον coniungitur. Omni probabilitate caret Blaydesii tentamen σφάκον κορίαννον. Ceterum, ut docet verbum ἀφαναίνειν, verae formae atticae sunt αὗος, αὑαίνειν.

Fr. 131. φέρε μοι pro τὴν Bl., qui pro σιβύνην requirit συβίνην. Debebat συβήνην, ut docent tituli attici. Cf. lexicon meum suppletorium p. 770 s. v.

Fr. 133, 5. Pro epico et inepto μάστιξον, coll. fr. 188, proposui κατάβρεξον aut διάβρεξον, Bl. διάπασον aut σπόδησον aut πάταξον. — Vs. 6. Kock probabilius ἀλφίτοις quam Bl. ἁλσὶ κᾆτ', quamvis ne illud quidem mihi satisfaciat.

ΛΙΝΟΣ. Cf. Theocriti id. XXIV 103.

Fr. 141, 6. Feliciter Bl. τὰ (pro τἀκ) τῆς τροφῆς, quod attinet ad, et Kock vs. 7 δεχόμεθα — ἂν pro γλιχόμεθα — ἵνα. — Vs. 9 malim τε pro δὲ.

Fr. 142, 4. ἂν δὲ 'πτισάναν καὶ τρύβλιον'. Quod olim probante Kockio correxi τρούβλιον non prorsus sufficit. Dederat poeta: ἂν δὲ (sc. εἴπῃ) 'πτισάνας' καὶ 'τρούβλιον'. Sensit vitium Bl., sed iusto violentius proposuit ἂν δὲ 'πτισάνας δότε τρύβλιον.'

Fr. 144, 1. στρουθός τις vel στρουθίσκος non male Bl., alia minus apta de more adiciens. Cum eodem malim ἀκαρῆ pro ἀκαρὴς.

Fr. 145, 1 sq. Cf. Ar. Eq. 399 εἴ σε μὴ φιλῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κῳδίον.

Fr. 146, 9. ὧν οὐκ ἐχρῆν, scil. maritorum, ὧν δ' ἐχρῆν, scil. liberorum suorum et famulorum.

Fr. 149, 2. οὐχ ἀρχιτέκτων recte Bothe. — Vs. 3. κἀκ pro καὶ Richards. De verbi usu Bl. cft. Damox. 2, 11; Sosipat. 37. — Vs. 10. Si ἀστοχήσῃ facilis aut probabilis coniectura esset pro ὑστερίζῃ, statim consentirem Kockio eam praeferendam esse suspicioni meae, quam vide apud ipsum, sed nec lenitate illa coniectura commendatur nec sermone, si quidem ante Polybium nemo scriptor verbo ἀστοχεῖν usus est. Blaydesii autem coniectura ὑστερήσῃ nihil proficitur. De ὑστερίζειν cf. simile Menandri fr. 364, 4. — Vs. 19. ὡρισμένος aut ὡρισμένοις pro ὁρώμενος Bl. Praestare mihi videtur vulgata lectio, nam lex non definita non est lex, lex invisibilis extare potest, sed, ut omnes naturae leges, oculis non cernitur.

Fr. 150, 2. φρενῶν eleganter Naber pro φρονῶν, quod tamen stare posse videtur.

Fr. 153. In Append. prov. 3, 35 recte καταπληκτικά pro καταληπτικόν Bl., quod et ipse videram.

Fr. 155, 5. θύννει' malit Bl. Cod A θύννας.

Fr. 156, 3. Recte Nauck πλεῖον' ᾖ. Cf. de verborum ordine fr. 183, 3.— Vs. 6. Quondam proposui τύπτεσθ' ἐκδέδεκται, postea Bl. meum ignorans aut silens τύπτεσθαι δέδεκται aut τε δέχεται, sed optime se habet perfectum et praestat verbum compositum excepit.

Fr. 159. Headlam cft. Antiphanis fr. 86; Plaut. Pseud. 795; Soph. Phil. 446—50; Apuleii Met. IV 67 et alia. Cum eodem fr. 158, 1 malim ἐμὸν pro ἐμοῦ.

Fr. 162, 4. Scripserim: τούτων οἱ <μὲν> τρεῖς δειπνοῦμεν | δύο δ' αὐτοῖς (cum Kockio pro αὐτοῖς). Vocula δέ, quam post τούτων inserit Kock, opus non est, quia passim ab optimo quoque scriptore ἀσυνδέτως usurpatur ab initio positum pronomen demonstrativum.

Fr. 163, 3. Recte αἰσθάνῃ O. Crusius, sed vs. 4 vix probandum quod proposuit γονεῖς (pro λέγεις) sine articulo, nec poenitet me olim suasisse ἀεὶ. — Vs. 7. ἀφήδομ' Bl. verbum nusquam lectum.

Fr. 165. Bl. ἐρρέτω | μέλαιν' Ὀπώρα· κτἑ. At nihil vetat fuisse tetrametrum. Sed haereo in μέλαινα. Num forte fuit τάλαιν'?

Fr. 167, 2. De accentu διαρκής dubitat Bl., διάρκης requirens ut αὐτάρκης. At etiam ἐξαρκής oxytonon est. Scil. praepositiones minorem vim exercent in accentum quam nomina.

Fr. 171, 1. παρέφερεν Bl. Sed quis praestet Athenaeum plenam sententiam attulisse? Optimo consilio Kock nihil in talibus mutavit nec proposuit aeque dubias ac faciles coniecturas, quibus nimium indulget Blaydes.

Fr. 172, 5 sq. Cf. Pherecr. II 255; Hermipp. II 388; Aristophont. III 175; Plaut. Pseud. 881—884: Non ego ita convivis cenam conditam dabo | hodie, atque ita suavi suavitate conditam, | ut quisque quidque conditum gustaverit, | Ipsus sibi faciam ut digitos praerodat suos. — Vs 6. Bl.

τούτῳ γε aut αὐτῷ γε (post hoc pronomen γε ineptum est), ego teneo veterem coniecturam αὐτῷ σὺ χαίρων. — Vs. 10. δίπυρον (sc. ἄρτον) παραθήσεις, ᾠὸν ἐπιτετμημένον. Ἐπιτέμνειν est secare in superficie, neque igitur huius loci. Iure offensus Bl. coniecit εὖ τετμημένον, quod quia parum placebat, cogitavi de corrigendo ἓν τετμημένον. At unum ovum h. l. parum videtur, nec satis defenditur fr. 174, 8, ubi non cibus est, sed condimentum, nec fr. 127, 5, si recte ibi vocem restitui. Cf. comicorum loci in Iacobii Indice s. v. ᾠόν. Quamquam paullo longius distat, correxerim potius ᾠὰ διατετμημένα, sive δίχα τετμημένα. Cf. Alexidis fr. 261, 10 ᾠῶν ἡμίτομα. De reliquis cf. Bl. p. 162 sq., qui vs. 16 fortasse recte coniecit ἄνθρωπε, παῖζε.

Fr. 174, 3. παρατιθέν' pro παρελθὼν apte Bl., et vs. 5 οἶνον pro θρῖον, cuius mira est in mediis condimentis mentio. — Vs. 6. γήθυον (Mein. pro γήτειον) forma suspecta admodum. Melius locum sanavit Dobree.

Fr. 177. σιτόκουρος a σῖτος et κείρειν recte derivare videtur Bl.

Fr. 182, 2. ἐν tuetur Kock. Mecum ἐπὶ corrigente facit Bl. — Vs. 3. ἦν, quod in ἐστ' mutari iubet Bl., fortasse attractione praegressi ἔδει defendi potest, nec necessarium puto δι' ὅ τι vs. 6 pro διὰ τί. Magna in talibus esse videtur scribendi libertas. Cf. v. c. 186, 3 et 4.

Fr, 183, 3. μάλιστ' — πολύ. Cf. fr. 156, 3 πλεῖον' — πολύ.

Fr. 186, 3. οἰστέον, scil. domum e foro venali. Non est cur suspectum vocabulum habeamus cum Bl., qui vs. 7 male tentat περιπάσας pro ὑποπάσας, composito aptissimo propter sequentia. Cf. ὑποθεὶς fr. 188, 2.

Fr. 187. σηπίας τόσας
δραχμῆς μιᾶς τρίς. κτέ.

Ita editur e Schweighäuseri coniectura pro σηπίαι τόσους. Sed respuit comicorum sermo τόσος pro τοσόσδε. Procul dubio corrigendum:

σηπίας πόσας;
<B.> δραχμῆς μιᾶς τρεῖς. κτέ.

σηπίας ἔχω vel σηπίαι πάρα improbabiles sunt Bl. suspiciones. — Vs. 6. Idem <αὖτ'> ἐπεισφέρω, nimio molimine, lenius enim corrigi potest εἰσιὼν φέρω. Recte Kock ἐπὶ τοῦ ταγήνου, cuius coniectura ἐπινέων tempore peccat, quia opus esset aoristo ἐπινήσας.

Fr. 188, 3. In articulo iure haerens Bl. proponit καὶ τρῖμμ' vel ἀπότριμμ', quorum posterius facilius potuit abire in τὸ τρῖμμ' itaque praeferendum. — Vs. 5. Hic quoque καταβρέξας latere videtur sub πατάξας, ut fr. 133. 5 κατάβρεξον conieci pro μάστιξον.

Fr. 189, 2. Lusit Bl.:

ὕειον ἡδὺ καὶ μάλ' εὔχυλον, τέρεν
ὅταν γένηται θερμὸν ὀπτὸν εἰσφέρω.

cogente metro pravo utens verborum ordine pro ὀπτὸν θερμὸν!

Fr. 193, 3. Non persuasit mihi Kock pro ἄλλως coniciens ἀλοῶν, quod nude vorans significare posse minime apparet ex Aristophaneo ἀλοᾶν τὰς γνάθους, nec si posset, apte dictum foret, siquidem nemo pro eo quod vorat mori recte dici potest.

Fr. 195, 4. ἔσθειν pro ἔχειν fortasse recte Bl.

Fr. 200, 5. Non male ἐπὶ ταῖς πύλαις Bl., coll. Ar. Eq. 1368. Aut hoc aut Crusii ἐν τοῖς λιμέσιν (coll. Hes. s. v. ἐνλιμενίζειν) verum videtur.

Fr. 201, 2. κεἰ pro ἢ εἰ recte Headlam. De hoc loco cf. Nauck Mél. VI 98 sq.

Fr. 203, 4. l. ἐξηῦρον.

Fr. 204, 1. παρασιτεῖν Plauto est parasitare. — Vs. 3. τοῖχος (Nab. χοῖρος, Bl. στοῖχος) frustra sollicitatur, quamquam multo aptior est Naberi quam Blaydesii coniectura. Sed propter praegressa (2) verba ἀνδριάς, ἀλέτων ὄνος vide num transponendum sit:

τοῖχος, ποτάμιος ἵππος, ὁ Σελεύκου τίγρις.

Fr. 205. O. Crusius tentat: ἐγὼ δ' ἐπείνων ἀσχολούμενος λαλῶν | κἀνέκραγον „οὐ δώσει τις ἡμῖν ματτύην;" coll. fr. 261, 11 sq. Nec tamen locum satis intellego.

Fr. 209, 7. τὸ μὴ προσῆκόν μοι λαβεῖν; scil. ἀπέδοτε. Temere λάβω coniecit Kock, ut olim monui.

Fr. 210, 3. Propter Hilbergi legem scribe ἐστι<ν> γλυκύ.

Fr. 211, 2. τούτων τριῶν. Vitiose sine articulo. Bl. τῶν γοῦν τριῶν, sed vetat sequens ἑνός γ'. Num forte τῶν γὰρ τριῶν? Sed ne sic quidem fragmentum persanatum videtur. Quomodo enim cum reliquis cohaeret τοὐλάχιστον?

Fr. 213, 5. λίαν παρασχεῖν ἑστιῶνθ' ἃ δεῖ καθ' ἓν Bl., probans vs. 6 coniecturam meam ἕκαστον αὐτῷ παρατιθέντα <βρώματα>.

Fr. 219, 2. ἆρά γ' οἶσθ', coll. 220, 14, Bl. Idem vs. 4 μόνον vel τινος pro χάριν et 5 fort. χάριν pro ὄνομ'. Vulgata sane lectio offendit, sed tentandi ius nemini est nisi ei qui evidentius quid reppererit quam olim Grotius, qui leniter et eleganter coniecit χάριεν διατριβῆς.

Fr. 220, 1 sqq. Cf. fr. 27. — Vs. 5. Requiro τῶν Πυθαγοριστῶν pro Πυθαγορείων, non enim agitur de Pythagorae discipulis, sed de iis qui Pythagoraeorum more vivunt, ut iam olim monui. Cf. vs. 1 et 7.

Fr. 222, 3 sq. οἶνον — ὀσμήν. Bl. cft. Philemonis fr. 98, 3, quo incredibilius est eum tentare potuisse ὄρχην. — Vs. 8. Procul dubio recte Meineke deleto ἢ scripsit <εἰσ>ἴδω.

Fr. 226, 1. φόνος sine causa Bl.

Fr. 228. Dubitabundus Nauck: ἤδη γὰρ οὑμὸς ἑσπέραν ἄγει βίος, sed nihil novare praestiterit.

Fr. 230. ὅμοιον non videtur sollicitandum. Ipse Kock III p. 743 cft. Eurip. Suppl. 1069.

Fr. 231, 1. νὴ τὸν Δία recte Naber. — Vs. 4 et 5. Cf. Antiphanis fr. 138.

Fr. 234. *τίς οὐχὶ φήσει τοὺς ἐρῶντας ζῆν μόνους;* Multum abest ut (quod perhibet Kock) poeta dicat amantes misere vivere; omnia enim, praeter ultimum vocabulum *ἀθλιώτατον* procul dubio corruptum, quae secuntur dicta sunt in eorum laudem, itaque *μόνους*, significans, ut persaepe, cum exaggeratione quadam magis quam alios, optime dictum est et multo melius quam quod ipse proposuit *πόνοις*. Si quid mutandum foret, melius certe cum Bl. scriberetur *τίς φησιν εἶναι τ. ἐ. μὴ σοφούς*, quod nemini suaserim. Nec vs. 5 *ποιητικούς* sollicitaverim memor Euripidei illius:

ποιητὴν δ' ἄρα

ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

In vs. 1 *ζῆν* praegnanter dictum est pro *εὖ ζῆν*, ut saepius alibi et in ipso fr. sequenti

τὸν γὰρ ὕστατον

τρέχων δίαυλον τοῦ βίου ζῆν βούλομαι.

quae perperam interpretatus Kock supplemento egere putabat.

Fr. 237, 3. Bl. Casauboni et Palmerii coniecturam *πίνειν* improbat, quod *τὸ πίνειν* includatur *τῷ δειπνεῖν*, coll. Eubul. III 208. Nec tamen *πονεῖν* sanum esse potest. Kockianum *ἀκίνητοι ξυνέσει* displicet, sed nihil mihi succurrit, quod ab omni parte sufficiat. Nihil dum melius repertum videtur quam quod partim cum Sylburgio proposuit Meineke.

Fr. 239, 2. Bl. *ἐκεῖ*, quod vix necessarium, sed recte *ἄν τις ἕνα* <*τιν'*> *ἐπὶ δεῖπνον καλῇ*, nam offendit *ἐπὶ τὸ δεῖπνον*, coll. Av. 899, Ran. 911, fr. 149, 2.

Fr. 240, 4. Richards coniecit *καινὸς φθίνειν τε τὴν ἐπιοῦσαν* <*αὖ*> *πάλιν*, postquam Kock voluit *τὴν παροῦσαν* <*αὖ*> *πάλιν*. At ita expectes *τῆς ἐπιούσης* aut *τῆς παρούσης*. Ipse proposui *φθίνειν τε μετὰ* (pro *τὴν*) *παρουσίαν πάλιν*, quod hodieque mihi probatur. Neque vs. 6 mihi sufficiunt coniecturae in *χαίρεις*, quibus accesserunt Naberiana *γ' αἱρεῖς* et Blaydesiana *τείρεις* (quod non est comicae dictionis), sed nondum me poenitet paullo audacioris suspicionis *κόπτεις* (vel *κόπτουσα χαίρεις*), obtundis, quod in tali re usurpari assolet. Cf. Alexis III 464 (2, 12) *μὴ κόπτε μ', ἀλλὰ τὰ κρέα*; Hegesipp. IV 479 (3) *μὴ κόπτ' ἐμέ*; Sosipater IV 482 (20) *ἆρα σύ με κόπτειν οἷος εἶ γε*; Menander IV 204 (1) *τί κόπτεις, ὦ μέλε*; Quod lenius foret, *καίνεις*, enecas, vix fert sermo comicorum. — *χαίρεις ὀλλύων* parum speciose Blaydes. Cum hoc vs. 7 malim *ἔστιν* pro *ἔσται*.

Fr. 242, 1. *οὐδέποτε πράσων* forsan recte Bl., nam offendit articulus.

Fr. 244, 2. *χοιδάρι' ἀκράτου* vera Blaydesii videtur correctio.

Fr. 245, 3. Lege *ζωγράφοι* cum Bl. - Vs. 13. *δ' Ἀχιλλέως* pro *δὲ δαίμονος* dudum ante Bl. proposui ipse. — Vs. 15 sq. *ἔχω* et *τοῦ νοσήματος* coniecit Richards.

Fr. 246, 2. Meineke *ἐπεὶ Χαρίδης*, cui Bl. obiciens nomen graecum

non esse, satis probabiliter coniecit ὡς Εὐχαρίδης aut οὐκ Εὐχαρίδης —; coll. Vesp. 678. Χαρίδης sane nondum repertum videtur, sed Χαρείδας Mantinensis legitur Coll. I 1181 et Χαριάδης frequens est nomen atticum, nec non Χαρίας.

Fr. 248, 5. Pro μάχιμος proposui λίχνος aut μάργος, sed illud praefero.

Fr. 250, 4. In ἔτι iure offendens Bl. coniecit τραγημάτων δοτέον (et alia minus probabilia) et πλακούντων (?).

Fr. 252. <ἐστ'> εὖ cum Vindob. Trinc. Bl., sed recte se habet ὀρθῶς.

Fr. 253. Ἀφροδίσι' ἦγε ταῖς ἑταίραις ἡ πόλις·
ἕτερα δὲ χωρίς ἐστι ταῖς ἐλευθέραις.
ταῖς ἡμέραις ταύταις δὲ κωμάζειν ἔθος
ἔστιν, νόμος τε τὰς ἑταίρας ἐνθάδε
<μεθύειν> μεθ' ἡμῶν.

Sic editur cum Porsoni supplemento, sed suspectum mihi est et supervacuum νόμος τε et ἔστιν usurpatum pro necessario enclitico, quod num versum ordiri possit dubito. Quocirca locum non lacuna laborare sed potius interpolatione credens suspicor poetam dedisse:

ταῖς ἐλευθέραις,
ταῖς ἡμέραις ταύταις δὲ κωμάζειν ἔθος
ἐνθάδε μεθ' ἡμῶν, scil. ταῖς ἐλευθέραις.

Loquitur igitur hetaera et quidem ipsa, ni fallor, Philusa in prologo.

Fr. 254, 1. Coniecturis suam addit Bl. ἐὰν — ἔχω pro τοῦ — ἔχειν, propositis audaciorem nec meliorem. Optime aut Iacobs που — ἔχων aut Meineke τοι — ἔχων correxisse videtur.

Fr. 255. εἰ τοῦ μεθύσκεσθαι πρότερον τὸ κραιπαλᾶν
παρεγί<γ>νεθ' ἡμῖν, οὐδ' ἂν εἷς οἶνόν ποτε
προσίετο πλείω τοῦ μετρίου. νυνὶ δὲ τὴν
τιμωρίαν οὐ προσδοκῶντες τῆς μέθης
ἥξειν προχείρως τοὺς ἀκράτους πίνομεν.

Corruptum esse τοὺς ἀκράτους concedo Kockio, sed male correxit. Non enim de mero, sed de immoderatius potando agitur, itaque olim conieci οἶνον ἀκρατῶς πίνομεν. Hodie praetulerim:

προχείρως πίνομέν τε κἀκρατῶς.

Licet non persuaserim Kockio, hodieque sic statuo. — Vs. 8. Bl. offensus brevi iota coniecit προσεῖτο, aut (male) προσίετ' ἂν πλεῖν, mutato simul vs. 2 οἶνον in οἴνου. Forma enim πλεῖν pro πλέον non nisi cum numeris coniungitur. Imperfectum vero h. l. aptius quam aoristus et in recentiore comoedia verbi ἵημι iota correptum tuetur συνίημι Philem. IV 48; Straton. IV 546, licet ibi facile conicias συνῆκας. Fortasse igitur praestat h. l. admitterere duriorem anapaestum προσί | ετο πλεί | ω.

Fr. 257. ἀεί γ' ὁ Χαιρεφῶν τιν' εὑρίσκει τέχνην.
καὶ νῦν πορίζεταί γε τὰ δεῖπν' ἀσύμβολα.

Sine causa non servata est cod. *A* Athenaei lectio *αἰεί*. Recte deinde Naber:

τέχνην
καινὴν πορίζεταί τε δεῖπν' ἀσύμβολα.

Quo pacto autem Bl. accepta hac correctione tueri possit *γε*, ipse viderit. Idem vs. 4 coniecit *ὁ τῶν μαγείρων* minus recte quam Bothe *τοῖσιν μαγείροις*.

Fr. 261, 1. *ἠβούλετο* (scil. *γενέσθαι*). Sine causa Casaubonus inepte *ἠπείγετο*, et novissime Bl. *ἐγίγνετο*, ineleganter post *γενόμενος*. — Vs. 3 *ἐλάδιον* Bl., coll. Cratin. II 88, aut *ἁλῶν σκάφη*, quod ridiculum; illud consideratione dignum videtur.

Fr. 262, 2. Bl. *διαλλαξάμενος* aut *μεταλλαξάμενος ἥθεον* (cum Cobeto) *βίον*. Teneo quod proposui *διαγραψάμενος* <τὸν> *ἡδίω βίον*, scil. *τόν ἄγαμον*. Rectissime Kock impugnavit, quam male nunc Bl. defendit, infelicem Cobeti coniecturam, sed immodulatum ipse et inelegantem versum procudit *γαμεῖν, διαπλέξας ἂν μόνος ἡδίω βίον*.. De vs. 3 sq. *κρεῖττον — μᾶλλον ἢ* Bl. cft. Ar. Nub. 1215.

Fr. 263, 2. Nub. 964 cft. Bl. — Vs. 4. *μηδείς* <ποθ'> idem et vs. 5 pro *λαβεῖν μαθεῖν*, quod non intellego. Dobree *ἑτέρῳ* procul dubio recte.

Fr. 264, 5. ἢ πλουσιακὸν τούτῳ προσπίπτει κακόν.

Corrigendum videtur:

ἢ 'νθουσιαστικόν τι προσπίπτει κακόν.

aut, si pronomen necessarium videatur:

ἢ 'νθουσιαστικὸν προσέπεσ' αὐτῷ κακόν.

aut fanaticum eum invasit malum. De semivirorum Cybelae cultu cogitari poterit. Is qui totum corpus suum expilat et laevigat aut scortum est aut fanaticus; quin enim vs. 3 recte correxerim *ἤτοι γὰρ ἑταιρεῖν*, („desideratur tale quid" Kock) et ferri nequeat probata a Blaydesio Iacobsii coniectura *ἢ μαστροπεύειν* (quid enim quaeso lenoni cum barbae pilorumque absentia?) temporis punctum non dubito. — Vs. 5. *ἀντιπράττειν* et cum Iacobsio *ἐπινοεῖν* recte Bl., qui minus probabiliter addit *ἀντίον πράττειν νοεῖς*.

Fr. 265, 4. *ἀξιοῖ* pro *οἴεται* mecum Bl.; si *οἴεται* sanum est, necessario addendum est *δεῖν*, quod in altera mea coniectura fecit proponens *δεῖν ὧν* pro *ὧν μὲν*, sed particulam *μέν* potius servarim. — Vs. 7. *αὖ καιρόν τινα* temere Bl.

Fr. 266. μὴ ὥρασι μὲν
τὰ τῶν κακῶν ἵκοιθ' ὁ τοὺς θερμοὺς φαγών.

Quia *μὴ ὥρασι — ἵκοιτο = ἀπόλοιτο*, apte correxeris aut *κακὸς κακῶς* aut *αὐτοῖς κακοῖς*, coll. Ar. Equitum initio. — Vs. 7 pessime tentat Bl., sed vs. 8 fortasse recte proposuit *εὐτελής* pro *εὐχερής*, quod ferri nequit.

Fr. 268, 3. *μεγίστη* postulatur sententia, agitur enim de insularum

magnitudine, non de praestantia, itaque falsa est Kockii coniectura κρατίστη. Olim monui, sed repeto propter Blaydesium.

Fr. 269, 2. Coniecturae ποιοῦντ' et κνοῦντ' pro ποθοῦντ' vix sufficiunt, quia expectatur communicandi cum aliis, itaque publicandi, carmina notio propter oppositum μονοσιτεῖν, nam ὁ μονοσιτῶν neminem voluptatis suae reddit participem. Propterea quondam proposui προτιθέντ'.

Fr. 270, 3. De poculo dicitur

παλαιόν, ὦτα συντεθλασμένον σφόδρα.

Haud temere in ὦτα sine articulo haesit Kock, quod inepte Bl. duriore crasi tuetur, quasi vero τὦτα durius sit quam τὠβολώ similiaque. Cogitavi de corrigendo ὠτοῦν, ansis instructum, aut <ἤδη> συντεθλασμένον.

Fr. 271, 2. αἴ γε frustra tuetur Bl. — Vs. 4. τὸ φαγεῖν τὸ πιεῖν, quod coniecit Hercher, constans est verborum ordo, ut apud nos. Nauck Mél. VI 99 cft. Od. ο 373; Anth. Pal. X 47; Diodori com. fr. 2, 12 (p. 420); alia. Post τυγχάνειν colon recte ponit Bl.

Fr. 272, 3. ἐν τῷ σταδίῳ τῶν συναγωνιστῶν μέ τις
ἐδόκει στεφανοῦν προσελθὼν . . .
στεφάνῳ κυλιστῷ κοκκυμήλων.

Casaubonus supplet ὡς ἐμέ, parum probabiliter, quia tali participio nihil addi solet. Alia possunt excogitari, velut παγκάλῳ, certi nihil.

Fr. 273, 3 sq. Bl. *B.* νὴ Δία. *A.* τοιοῦτ' nescio an recte. Idem bene praefert Eustathii lectionem πρόσωπον.

Fr. 274, 4. τὸ πλεῖστον pro τὸ λοιπὸν temere Bl. Propter lacunas vulgata lectio est obscurior. Nec feliciter idem tractat vs. 7.

Fr. 277, 1. Inutilia tentat Bl. hic et 278, 1. Cf. Kock. De vs. 4 Bl. apte cft. Ar. Pac. 669.

Fr. 278, 3. Revocetur forma attica παλαίτατον et γί<γ>νεται (vs. 2). Temere θαυμάζομέν pro σπουδάζομεν et vs. 2 ἐπὶ γήρως ὢν Bl. — Vs. 4 cur alteri personae tribuamus cum Kockio, causam video nullam.

Fr. 283, 2. Notanda forma dorica διμάτωρ Βρόμιος, quam a lyricis tragicisve mutuatus videtur Alexis una cum nomine Βρόμιος pro Διόνυσος. Cf. Δάματερ.

Fr. 290, 2. Sana de more sollicitat Bl.

Fr. 298. Bl. ἔντειναι, coll. Nub. 969. Sed de forma activa cf. Plato Phaed. 60 D; Hipparch. 228 D.

Fr. 301 sanum esse non praesto, sed non amplius mihi satisfaciunt quae olim proposui. Cf. Kock III p. 744. Vs. 1 τοῦτο δὴ pro τοιοῦτον Bl., sed expectaretur τόδε δή.

Fr. 302. Cf. Nauck Mél. VI 99. — Vs. 2 εἰσορᾶν cum Gaisfordio del. Bl., qui fr. 303 tentat violentissime τὴν γεωργίαν πολλῷ προτιμῶ τῆς στρατηγίας ἐγώ. Multo probabilius Kock.

Fr. 305. Bl. ἐπὶ Σάγρα pro Σάγρα, coll. Ar. Eccl. 943, quasi vero haec comparari possint!

Clearchi fr. 2, 2. χόρταζε temere Bl. pro βρόχθιζε, nec valde mihi arridet eiusdem coniectura περίσημον pro περίσαργον vs. 3.

Antidoti fr. 1, 5. Blaydes pro παιδομαθής, quod sanum videtur, proposuit πολυμαθής (quod ineptum) aut ταχυμαθής (serum vocabulum). Παιδομαθής opponitur τῷ ὀψιμαθής.

F. 4, 1 sq. Bl. Θάσιον ἔγχει <μοι ταχύ>·
ἄλγος γάρ ἦν μου κτέ.

Multo lenius Kock, qui tamen vs. 3 vix recte proponit τοῦδ' pro τοῦτ', quia atticum foret τούτου. An τότ' εὐθὺς cum Bl.? — Vs. 3. Lege γί<γ>νεται. Non debebat Bl. otiosam Corselii coniecturam γίνομαι probare. — Vs. 4 κατέβρεξεν vix sanum. Apte κατέδειξεν coniecit Bl.

Axionici fr. 1, 4. De mea coniectura fallitur Bl. (cf. Kock), qui (mirabile dictu!) scribit „Ipse ἐπέχω." Quod utinam saepius fecisset.

Fr. 2. Ingeniose Headlam: ἔνι. — B. αἴτει (vel αἰτοῦ) πρὸς (παρ'?) ἑτέρου (vel ἑταίρου) — κῶμόν τινος.

Fr. 4, 7. τοῦδ' recte Nauck, sed sine causa εἴπω pro ἐνέπω, si sanum est παρεόντος vs. 16, ubi tamen speciose ῥέοντος coniecit Kock. — Vs. 9. Proposui quondam πᾶν (sc. σῶμα) pro τῆς, sed praeferebam τῆς Θασίας (cum Kockio, qui sine causa τῆς mutat in τοῖς). In Athenaei loco fortasse corruptum est κυβεύειν, pro quo propter vs. 15 expectatur συκοφαντεῖν.

Fr. 6, 6. Pro ἐλυσιτέλει γάρ, quae verba labem susceperunt ex λυσιτελὲς vs. 8, sententiam postulare διεκαρτέρησα δ' aut simile quid olim monui.

Fr. 8. ζωμὸν ποιῶ
θερμὸν ἰχθὺν ἐπαναπλάττων, ἡμίβρωτα λείψανα
συντιθείς, οιονταιανω, ἔντερ' ἀλὶ καὶ σιλφίῳ
σφενδονῶν, ἀλλᾶντα τέμνω(ν) κτέ.

Satis nequeo mirari vs. 3, plaudentibus ut videtur omnibus, tanquam certissimam receptam esse ingeniosam sane Emperii coniecturam οἴνῳ διαίνων, qua tamen comico obtruditur verbum Homericum et tragicum, pro quo ipsi Athenienses δεύειν usurpabant. Procul dubio Axionico reddendum:

συντιθεὶς οἴνῳ τε ῥαίνων κτέ.

coll. Antiphanis fr. 217, 12 παῖς δ' ἐφέστηκε(ν) ῥανῶν | ὄξει (pisces). Emperii coniectura etiam eo nomine vitiosa est, quod ita ἀσυνδέτως iunguntur quae ad eandem rem pertinent. Et vide quam facile *ΟΙΝΩΙΤΕ ΡΑΙΝΩ* in *ΟΙΟΝΤΑΙΑΝΩ* abire potuerit, cum praesertim *Ε* et *ΑΙ* propter seram pronuntiationem perpetuo confundantur a librariis. — Vs. 6. τὴν ἕωλον ἡμέραν repotia signifi-

care non monerem, nisi viderem Bl. proponere ἑστίαν, pro quo saltem ἑστίασιν requireretur. Etiam in vs. 2 ἐπαναπλάττων, licet idem non intellegat, quid sibi velit satis clarum esse arbitror.

Fr. 9, 2. ἀπέκτανε(ν) lege cum Bl. Perfecto (κἀπέκτονε Kock) indicaretur Meleagrum adhuc vivere, quod absurdum, et traditur κάκτανε, sed vix recte Bl. ὕειον post Lobeckium et Nauckium requirit, nam ὑεικόν praeter grammaticorum testimonia tuetur analoga forma βοεικός. Contra ὀρικός plerumque traditur pro ὀρεικός, quod propter originem e radice ο̅ρ̅ε̅ videtur necessarium. — Temere idem sollicitat vs. 1.

Diodori fr. 1. Iniuria Bl. revocat πίνῃ (Naekium cum Nauckio confundens), reliqua male tentans. Rectissime locum interpretatur Kock, qui locus, admissa correctione mea πίνων τὸ λοιπὸν τοὺς λογισμοὺς ἐξεμεῖ, est sanissimus. — Vs. 1. ἀεὶ — ἐνδελεχῶς ut ἐνδελεχῶς — ἀεὶ Menand. 521, 3 (Bl.).

Fr. 2, 8. οὐχὶ διακρίνας τὴν πενιχρὰν ἢ πλουσίαν.

Bl. καὶ πλουσίαν coniecit, sed ita quoque duplici opus foret articulo, quare malim δὴ pro τὴν, quo facto ἢ servari potest. — Vs. 11. Idem mecum κατακλινεὶς <καὶ>. — Vs. 30. Temere Bl. καλῶς τε γεγονότας. Optime se habet vulgata, opponuntur enim hominibus frugi (τοῖς καλῶς βεβιωκόσι) homines nequam et adulatores. — Vs. 35 et 38 recte se habent, ut constituit Kock, male impugnatus a Bl., qui perperam vs. 37 ἔφασκ' et vs. 39 ἐδεῖθ' requirit. — Vs. 41.

διὰ τοὺς τοιούτους τοὺς ἀσελγῶς χρωμένους
τὸ τίμιον καὶ τὸ καλὸν αἰσχρόν ἐστι νῦν.

τὸ τίμιον καὶ τὸ καλὸν est parasiti vita olim honorifica, de qua vs. 20 dixerat:

ἦν τὸ πρᾶγμ' ἔνδοξον ἀεὶ καὶ καλόν,

sed ut illic, hic iure expectatur unus articulus, quare malim aut:

τὸ τίμιον καλόν τ' ὂν αἰσχρόν ἐστι νῦν.

aut: ὃ τίμιον καλόν τ' ἦν, αἰσχρόν ἐστί νῦν.

Dionysii fr. 2, 5. Bl. ἐπιζητῇ vel ἐρευνήσῃ. — Vs. 14. δέ γ' ἅτερος idem. -- Vs. 19. πάλιν suspectum habet. Cur? — Vs. 24. γέγραφεν recte revocat Nauck. — Vs. 29 spurium ducit Bl. — Vs. 32. οὐδὲ κύριον idem. — Vs. 34. Iniuria tuetur τέχνης. -- Vs. 43. θαυμάσαι (iusto debilius verbum) proponit idem. Quid lateat difficile dictu est. — Vs. 42. καὶ ναυτίας inutilis eiusdem est coniectura post Fritzschii inventum.

Fr. 3. De coquorum furtis cf. Plauti (i. e. Philemonis) Mercator vs. 741 sqq. — Vs. 10. Coniecturis ἐκπλύνῃς addit Bl. — Vs. 12:

ἐξαιρέσεις καὶ τἄλλα τἀκόλουθ' ὅσα
οὔτ' ἀριθμὸν οὔτ' ἔλεγχον ἐφ' (ἀφ' Bl.?) ἑαυτῶν ἔχει,
περικόμματος δὲ τάξιν ἢ θέσιν φέρει.

Quid sibi velit additum ἢ θέσιν, mihi quidem perobscurum est. Num fuit τάξιν εὔθετον, idoneam? Cf. Iacobii Index s. v. Cur περικομμάτων malit Bl. ignoro. — Vs. 20. δεῦρ' ἀεὶ Bl. Sed hoc graece significat hucusque, quod hic sensu caret. Sanum est δεῦρ' ἅμα.

Fr. 4, 2. Lucianum, pravum sinceri atticismi auctorem, verbum καταχρῆσθαι, utendi sensu, cum dativo coniunxisse nihil moror. Coniecturam meam τῇ σχολῇ merito probat Bl. Sed totum fragmentum laborat.

Vs. 2. τιν', si sanum est, miro verborum ordine iungendum est non cum proximo πλάνον, sed cum remotissimo nomine Κηφισόδωρον, verum corruptissimi sunt versus 4 sq., quibus non medetur Kockii coniectura:

τοῦτον ταχὺν ὄντα πρὸς τὸ σιμὸν ἀνατρέχειν,
ἥσυχα δὲ κατιέναι 'πὶ τῇ βακτηρίᾳ.

In priore versu graecum foret ταχέως μὲν [1]), sed quid pro verbis κατιέναι ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ, quae significare nequeunt descendere baculo innitentem, substituendum sit difficile dictu est. Nam recte quidem dictum foret ἥσυχα δὲ κατιέναι, si oppositum esset ταχέως μὲν — ἀνατρέχειν. Graecum est per se spectatum quod proponit Bl. ἥσυχα καθέντα σχῆμ' aut ἢ ἐπικαθεῖναι σχῆμα τῇ βακτηρίᾳ, sed non nisi addito articulo substantivo σχῆμα, et quid quaeso talibus ad locum insanabilem, nisi fallor, intellegendum proficitur? Manum abstinere fuerit satius. Fac autem latere sententiam qualem excogitavit Kock, ταχυπειθής sit necesse est, cui ea satisfaciat.

Fr. 5, 2. Pro γύναι multo probabilius Meineke κοτύλαι coniecit quam Kock κύμβαι, quod vix dedit poeta propter sequens κυμβίον (nunc video ipsum agnovisse errorem III p. 745), nec male Bl. coniecit κύλικες, sed nihil certi repertum est.

Fr. 10, 5. Recipienda fuerat Hirschigii certa emendatio αὐτὸς πενόμενος ex Men. Monost. 43. Nauck cft. Bachmanni Anecd. I p. 153 et trag. fr. p. 795.

Eriphi fr. 1, 2. Pro λέγουσι, quod sanum est, Bl. φατίζων (quod est tragicorum) aut λέγων τις (pronomine indefinito alieno loco posito).

Fr. 2, 8. Conferebam ante Bl. Plat. Euthyd. 204 B τὸ γὰρ σπάνιον τίμιον, hic Ran. 783 ὀλίγον τὸ χρηστόν ἐστιν ὥσπερ ἐνθάδε. — Vs. 13. Admirabili sagacitate O. Crusius restituit Βεργαῖε πολυτίμητε. Cf. Kock III p. 745, qui frustra haeret in πολυτίμητε. „Nomen, ait Crusius, excitabat memoriam clarorum numinum Περγαίων Adonidis

---

[1]) Kock III p. 744 respondet se voluisse cum homo velox sit, at ita nihil hercle mirandum eum διατρέχειν πρὸς τὸ σιμόν!

et Artemidis." Hinc deorum epitheton πολυτίμητος tribuitur Antiphani Bergaeo, homini mendacissimo. Germanice fere dicas „Hochverehrter Herr Baron von Münichhausen!" Si haec fragmenta ederem, evidentem emendationem recipere nullus dubitarem.

Fr. 6, 2. Bl. cft. Calliae fr. 5 καλλιτράπεζος Ἰωνία.

Fr. 7, 3. φησιν αὐτὰ miro mutandi pruritu Bl.

Eubulidi fr. I, 2. Tentabam quondam ὥστε δειπνεῖν ἐν τρυφῇ et οἷς ἀδείπνοισιν τρυφή, sc. ἐστιν. Nunc Bl. dubitabundus οὐκ ἀδείπνῳ δ' ἐντρυφᾷς et similiter, sed interposito γ', Headlam. Non liquet.

Heniochi fr 1, 3. παῖδα frustra tuetur Bl., παγίδα Kock, κλεῖδα ego. Correctio incerta.

Fr. 2, 2. Proposui ὃ δ' οὐ — λαβών; aut sine interrogatione ὃ δὲ δὴ κτέ. et deinde νῷν cum Kockio. Bl. τινα χοῖρον vel χοιρίδιον, vel χοιρίον, vel μοι χοῖρον, nec sane articulus ferendus. Sententia satis perspicua, de verbis non constat. Hodie malim: ὃ δ' οὐ γαλαθηνὸν τέθυκε χοιρίον λαβών;

Fr. 3, 1. Nauck Mél. II 100 (cf. III 36 sq.) φάσμ' pro θαῦμ'. Num opus?

Fr. 4, 3. Bl. „προσλελακηκέναι (sic!) scribendum foret, si a προσλαλεῖν deductum esset. Sed corrigendum procul dubio προσλελακέναι". Procul dubio? — Vs. 7. Corrige οἷς γι<γ>νώσκεται, i. e. τοῖς εἰδόσι (Bl.). Temere aliquando proposui χαίρεθ' οἳ γιγνώσκετε. — Vs. 10. Fortasse recte Bl. Dalecampii coniecturam ὅλος probat.

Fr. 5, 1. ὀνόματα μὲν malim cum Grotio et Bl., qui haerens in παντοδαπαὶ inconsiderate proponit νῦν ἑκατόν, quod propter sequens νῦν (vs. 4) aperte ferri nequit. Si quid mutandum esset, melius coniecisset μύριαι, aut χίλιαι, sed nihil novare satius. — Vs. 17. Immanis stribligo τῇ δ' ἀριστοκρατίᾳ θατέρᾳ huius aevi poetae tribui nequit. Quod sentiens Bl. coniecit δημοκρατίᾳ θατέρᾳ | ὄνομ' ἐστὶ ταῖνδ' [τοῖνδ'?], ἀριστοκρατίᾳ θατέρᾳ. At obstat, qua in re saepe peccarunt critici, pronomen ὅδε usurpatum pro οὗτος, nec quidquam relinqui videtur aliud quam ut virgula distinguamus post δημοκρατίᾳ et θατέρᾳ habeamus pro epexegemate τοῦ τῇ δ'. Difficultas vocis ἀριστοκρατία, quae nullam aliam sedem admittit, in trimetrum ianbicum inferendae, minus solitam hanc dicendi rationem provocasse videtur, cuius inelegantiae accedit duorum versuum (16 et 17) contiguorum ἰσοτέλευτον. De barbarismo τῇ θατέρᾳ vide infra ad Menandri fr. 846.

Heraclidae fr. vs. 2. πλανώμενον etiam post Kockii explicationem de vitio mihi suspectum est. Coniciens κἀπτερωμένον sane erravi, et melius proposuissem καὶ πτερυγούμενον = πτερυττόμενον, i. e. alas moventem, quod faciunt galli gallinacei canentes. Cf. Diphil. IV 404 (2, 6) M. γέγηθα καὶ χαίρω τε καὶ πτερύττομαι et Ael. H. A.

VII 7. Sed πτερυγοῦσθαι sic adhibiti deesse videtur exemplum, nec sane urgeo audaciorem coniecturam. Cf. tamen πτερυγίζειν Ar. Av. 1466; Plut. 575. — Vs. 4. κᾆτα κατακόψας et (5) Ἀθηναίους praefert Bl.

Mnesimachi fr. 2, 2. Bl. pro δίκαια requirit epitheton λεπτὰ aut σοφά significans. At neutrum convenit tardo, ut Atheniensibus videbatur, Boeotorum ingenio. Ipse quondam proposui:

ὀλίγα μὲν λαλῶν — B. δίκαια ταῦτα! A. πολλὰ δ' ἐσθίων.

Fr. 3. *ἀλλ' ἀντιβολῶ σ', ἐπίταττέ μοι μὴ πόλλ' ἄγαν*
μηδ' ἄ γ ρ ι α λίαν μηδ' ἐπηργυρωμένα,
μέτρια δέ γ' ὡς θείῳ σεαυτοῦ.

Sub corrupto ἄγρια non ἄ τ ο π α (sic Bl.) latere videtur sed ἄ π ο ρ α, d i f f i c i l i a a d p a r a n d u m, quod τοῖς εὐπορίστοις opponit Plato Rep. II p. 378 A.

Fr. 4, 1. Lege κυπαριττορόφων cum Bl. et οἷ vs. 4. — Vs. 12. ἤρτυται multo probabilius Meineke quam ἥψηται Bl. — Vs. 20. Hic A d d. p. 338 coniecturis addit τὰ κάτω 'στιν ἄνω, citans Antiph. III 140; Philem. IV 33; Adesp. 583, probata igitur (ut videtur) Iacobsii lectione πάντως. Mihi satisfacit Dobraei correctio. — Vs. 23. Idem revocat δεῦρ', εἴ πως. Dubito. — Vs. 38. Verba φυκίς, βρίγκος, τρίγλη recurrunt apud Ephippum III 330 (I 3) M., τρίγλη, φυκίς apud Antiph. III 72 (I 3). Pro Ephippo l. l. Bl. errore citat hunc ipsum Mnesimachi locum. — Vs. 40. φλεβίας Bl. Cur quaeso? Verba σπάρος — θρᾷττα recurrunt apud Ephipp. 12, 5; σπάρος αἰολίας ap. Plat. II 672. — Vs. 52. μάττει, πέττει. Verba iuncta etiam a Pherecr. II 345 et Aristoph. 271 (Bl.). — Vs. 57. νεῖται servans (quo sensu?) Bl. delet πνεῖται, quod πνεῖ scribendum fuerit. Sed totus vs. corruptus videtur, nam expectatur μ ο λ π ᾶ ς κλαγγὰ et θράττει vix aptum est, κλαγγὰ autem melius πνεῖται, opinor, quam πνεῖ. — Vs. 58. Pro κούραν Kock αὔραν coniecit, Bl. αὐρῶν. Equidem propter horum versuum dorismos, quibus more Aristophaneo irridentur poetae dithyrambici, legerim cum mutatione perexigua:

κ α ὐ ρ ᾶ ν κασίας
ἀπὸ γᾶς ἁγίας ἁλίας Συρίας
ὀσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ κτέ. —

Vs. 63. μίνθης, collatis Theophrasti locis, requirit Bl. — Vs. 65. Malim πάντων ἀγαθῶν δ ι άμεστος, quia ἀ ν άμεστος, ut ἀνάπλεως et ἀναπιμπλάται, sicut latinum o p p l e r e, de sordibus et translate de malis usurpari assolent.

Fr. 7, 1. οἶσθά <γε> Bl. — Vs. 3. οἵπερ ξίφη ego. — Vs. 10. Correxi καταπάλταισι, nihil autem opus est Kockii coniectura δὲ στεφανούμεθα, nam ἐστεφανώμεθα = ἔχομεν στεφάνους, ut praecedit θώρακας ἔχομεν = τεθωρακίσμεθα. In eundem errorem incidit Blaydes.

Fr. 9, 9. Nisi σπανιώτερον est glossema, quod hodieque credo, requi-

ritur saltem, ut Meineke vidit, superlativus. — Vs. 3. ἢ pro καὶ perperam Headlam.

Fr. 10, 2. Facilius propter sequens Athenaei οἶδα excidit a fine ὅδε (Porson) quam ἄκρος (Bl.), quod nihilominus sententiae multo aptius videtur. Aliquid excidisse certum est, quia λοπαδοσοφιστής caret articulo.

Sophili fr. 3, 1. Meum συνεχὲς probat Bl., qui cft. Ar. Eq. 21.

Fr. 4, 3. ὑποχεῖν male Bl., et ἐπιδορπίσωμαι sine causa idonea vs. 5.

Fr. 5, 3. ὁ πορνοβοσκὸς γάρ μ' ὑπὸ κνισολοιχίας
χορδήν τιν' αἱματῖτιν αὐτῷ σκευάσαι
ἐκέλευσε ταυτιηνὶ ἐμέ.

Recepta est Schweighaeuseri coniectura ταυτηνί με, quae vera esse nequit cum propter pronomen indefinitum τινα, quae excludit demonstrativum, tum propter repetitum με. Corrigendum arbitror: ταυτηί τε, sibi ipsi et huice.

Fr. 8, 1. ἐστι <δή> Bl. Utrum hoc an γὰρ exciderit quis dicat?

Fr. 9. Bl. —'στιν' Ἀγάθαρχόν γε τοι | τὸν γραφέα ταύτης φασὶ γεγραφέναι ποτέ | κτέ., quae Kockianis sunt violentiora nec meliora. Placent illa.

Sotadis fr. 1, 6. πνικτὰ pro ταῦτα Bl., qui recte scribit ἐλᾴδιον vs. 7 et ἐλᾳδίῳ vs. 27. Cf. infra ad vs. 32. Idem vs. 9 ἔσται δ' ἐν ἅλμῃ — σὺν χλόῃ. Non video necessitatem. — Vs. 12. Proponebam εὖ ἔχει, Bl. αὐτίκα. — Vs. 13. Idem recte fortasse προστίθημ'. — Vs. 15. Bl. ὀπτή, coll. Ar. fr. 302, 3 Dind.; Metag. II 753; Anaxandr. III 184. At Athenaei lectio ὤφθη ducit ad ἑφθή, quod repperit Dobree. — Vs. 17. ἀνθινὸν suspectat Bl. At cf. 21 εὐανθεστέρα. — Vs. 23. Bl. ἰχθύδι' αὐτῶν κτέ., sed αὐτῶν sententiam ordiri nequit; melius idem ἀποκνίσας αὐτῶν. Malim ἀποκνίσας τ' αὐτῶν κτέ. — Vs. 23 sq. τὰ κρανία | ἐμόλυν' ἀλεύρῳ Neminem haesisse miror, nam inquinare pro conspergere dici potuisse quis sanus credat? Magnifice, si quid video, Sotades dederat ἐπάλυν', memor Homerici παλύνειν ἀλφίτου ἀκτῇ Od. XIV 429. Similiter vs. 29 scripsit recordatus loci Od. V 488, ut animadvertit Kock. — Vs. 26. χήραν. „Gallice au naturel" Bl., qui recte vs. 30 ἀφύην, quod etiam Kockium voluisse docet huius notula. — Vs. 31. ὕδατος — πολύ, multum aquae, graece paullo insolentius dictum pro ὕδωρ πολύ, nec tamen ideo ἅλις proponere debueram. — Vs. 32. Corrigebam κἀλᾳδίου pro καὶ πλείονα, nec poenitet. — Vs. 33 κάτω στρέφω Bl. Cf. supra ad Alexidis fr. 116.

Timothei fr. 1, 1. Leniorem Schweighaeuseri correctionem ἀποδύντ', sc. τὸ ἱμάτιον, nescio an merito praeferat Bl.

Fr. 4. Si revera est comici Timothei, necessario est paratragoedia. Cf. Kockii notam.

Timoclis fr. 3, 1 ὅσα τε τῶν γενῶν. Non sufficit Kockii coniectura ὅσα τ' αὐτῶν γένη, sed ob violentiam parum probabilis est Blaydesiana ὅσα τ' ἰχθύδια. Corrigendum suspicor:

γαλεούς <τε> καὶ βατίδας ἅ τ' ἰχθύων γένη
ἐν ὀξυλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται.

Ὅσα facile nasci potuit ex ασ α.

Fr. 4, 3. εἴληφε = ἔχει (vs. 1) pessime sollicitatur a Kockio et a Blaydesio, qui ἔχει τε proponit. Codicis A scriptura εἶτ' εἴληφε, dittographia nata, bene correcta est (in vs. 5) in εἴληφε. — Vs. 8. Bl. ὥστε τοὺς λάρους εἶναι <δοκεῖν> | Σύρους παρ' αὐτόν et alia, minus probabilia quam quae proposuit Kock.

Fr. 6, 4. Παραμυθίας pro παραψυχάς, quod manifestum vitium metricum criticos fefellerat, me proposuisse nondum poenitet. De more ignorat Bl. — Vs. τ' ὧν pro τε Richards, coll. Diphili fr. incert. 13 (Mein. IV 421), at ita ψυχαγωγηθεὶς non suo loco legitur; Headlam πρὸς ἀλλότρια — πάθη. Mihi non liquet. Tragoediae vi purgativa hic agnoscitur nota doctrina Aristotelis. — Vs. 10. Notandum πτωχότερον pro πτωχίστερον, quod metrum non ferebat. — Vs. 11. Bl. praefert Stobaei lectionem οὕτω, sed aeque bona est Athenaei ἤδη, cuius contra peiorem lectionem in vs. 2 δὲ μανικῶς male praefert Stobaeanae τε μανικὸν, nec melius et miro iudicii errore Athenaei scripturam ῥᾷον φέρει Stobaeanae ἧττον στένει. Optime in his omnibus rem gessit Kock.

Fr. 7, 4. <ἐν ταῖς> ἀγκάλαις Bl. O. Crusius Telemachum πανθῆναι δημηγοροῦντα significari putat, coll. Theophrasto apud Suid. s. v. συστομώτερον σκάφης, olla taciturnius.

Fr. 8, 3. Tertiam coniecturam addit Bl. ἐν τοῖσι θνητοῖς. Quidquid horum scribitur, perinde est. — Vs. 9. θαυμαστὸν temere Bl.

Fr. 9, 3. οὖν requirebam pro μὲν, Bl. δὲ. — Vs. 5. Recte Headlam ἔτι <καὶ>, coll. Eur. fr. 388, 3; 172. Violenter Bl. καὶ μὴν ἐκεῖνος τοῦδέ γ' ἄξιος μόρου. — Vs. 7. εὐσχήματος aut εὐχρήματος Headlam.

Fr. 11, 6. ἄνθρωπος iure revocat Bl., sed vs. 8 pro certa Casauboni correctione inepte coniecit σηπίδια.

Fr. 12, 1 sq. Recte Bl. οὔκουν — φράζειν; praeterea coniciens τἄλλα σοι; aut μετὰ πάντα τἄλλα με (quod non intellego). — Vs. 5. E titulis corrigebam καταπάλτας. — Vs. 6. μισῶν δὲ λόγους aut λόγους δ' Blaydes. Recte se habet asyndeton, nec melius Elmsley τ' et Kock γ' inseri iubent.

Fr. 13, 5. Inutiliter Bl. <ἁπλῶς καὶ> συντόμως. De τράπεζα vs. 4 recte monet Kock, sed vera lectio restitui nequit.

Fr. 14. „Nescio quis (fortasse Silenus, gregis Satyrorum rex) hospitem xeniis onustum dimittit atque iter quod ei faciendum sit (fr. 15) accurate describit vel vaticinatur, ut Circe et Calypso Homeri et Prometheus Aeschyli." O. Crusius, qui vs. 4 sq. con-

iecit κελεύσει — αὐτή, sponte. — Vs. 7. Proposui ἀναλ<ίσ>τοις insulsis, et eadem opera correxi Hippocr. II 373 Erm., quae correctio de more latuit Blaydesium. Vulgata lectio ἀνάλτοις, insatiabilibus, absurda est.

Fr. 15, 2. ἔμφρονος λόγου, adversarii scil. Male λαλεῖ Bl. — Vs. 2. κομπεῖ — νηπίοις recte Headlam. — Vs. 4 insanabilis.

Fr. 16, 2, Lege καθηῦδον. — Vs. 3. ἔπνιξεν optime Meineke. — Vs. 4. Crusius ἐφερόμην πρὸς <τὸν> Δίωνα. Melius Meineke.

Fr. 17. Bl. <ὡς> μεγάλοις ἡδομένους. Non intellego.

Fr. 18, 3. κατ' ὀκτὼ sine causa Bl. Utraque praepositio eodem sensu adhibetur. — Vs. 4. μαλάξας de vitio mihi suspectum est.

Fr. 20, 1. Proposui olim παράξω (inducam) — φράσαι. Inutilia nunc profert Bl.

Fr. 22, 3. Kockii dubitationes de χρῶμα vanas esse ostendi Mnem. Nov. XIV 192. Cf. Kock III 747. Reliquum versum violenter tentat Bl.

Fr. 23, 4. τῇ θυρᾷ Bl. et fr. 24 temere ἦν pro ὤν.

Fr. 27, 5. male τῷδ' pro τῷ δ' Bl., denuo confundens ὅδε et οὗτος.

Er. 28, 1. ἐνίοθ' iniuria quondam tutatus sum.

Fr. 31, 2. Coniecturis Headlam addidit ἐχθρῶν.

Fr. 34, 2. Bl. malit οὗτος (cf. fr. 35, 2 sq.); improbans Kockii coniecturam cft. Phryn. II 603; Eupol. II 467. 471. 577; Ar. Eq. 1304. Ipse temere ut spurium damnat vs. 3.

Fr. 35, 1. Poeta memor fuit noti versus Hesiodei Op. 686 χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν, quam rem Bl. video animadvertisse. — Vs. 3. Eleganter Nauck corrigit transponendo:

οὗτος τεθνηκὼς περιπατεῖ ζώντων μέτα.

Idem vs. 2 ἐσπούδακεν coniecit pro ἐκτήσατο. Sed saepius ἔχειν et κτᾶσθαι iunguntur v. c. a Sophocle Ant. 1279 ἔχων τε καὶ κεκτημένος. Cf. Dindorf in Thesauri vol. IV p. 2026. Nec video quidni h. l. recte dictum sit: quisquis id (argentum) neque habet neque paravit. Accedit mutationis gravitas.

Fr. 37, 2. Recte Meineke; ὀψαρτυσίαν sine causa Bl.

Xenarchi fr. 1, 3. δ' pro τ' Bl. et vs. 4 κοὐδ' ὁ, sed articulo in manifesta parodia tragica non opus. Cf. δόμος, ἀλάστωρ, οἶκος, βολβός etc. Idem valet de eiusdem coniectura δ' ὁ vs. 7, sed fortasse recte coniecit πόντου <'ν> et vs. 8 bene deleri iussit virgulam.

Fr. 2 Bl. διέσεισέ με aut κατέσεισε, coll. Philem. IV 29. Menand. IV 72. Sed cf. latinum concutere. Idem temere vs. 4 sq. proponit τάχιστά με — ὡς ὁρᾷς. — Vs. 5. Headlam ἀπώλεσεν ἄρδην pro ναύτην melius quam Kock ἀνέδην.

Fr. 3, 1. Bl., καὶ δὸς pro δώσω non male, et alia parum probabilia.

Fr. 4, 3. Bl. distingui malit εὐπρεπῶν, ἐπὶ τ. π. ἃς ἑ. ὁρᾶν etc., quod

cur praestet non video. — Vs. 5. Idem στέρνα τ' ἠμφιεσμένας contra sententiam. — Vs. 10. Revocabam μὴ κλίμακ' αἰτησάμενον, i. e. scala mutua sumpta. Peccare Meinekii coniecturam contra Hilbergii (Das Princip der Sylbenwägung) legem animadvertit Nauck. — Vs. 11. εἰσδῦν' εἰς στέγην citra necessitatem Bl. — Vs. 13. Eustathio bene idem restituit εἰσέλκουσαι, et ἐρωμένου aut ἐρώσης et vs. 15 de πατρίδια cft. Theophil. 4, 3; Ar. Vesp. 968 et ad vs. 17 Philem. 4, 15. Cum eodem facio praeferenti Meinekii sententiam Kockii emendationi ψωλήν, cum praesertim δεδιότα etiam transpositum metri causa a Dindorfio turpiter abundet.

Fr. 7, 4. Temere Bl. θυμοσοφώτερον. — Vs. 14 εὐθέως ἄρας fortasse recte idem, et vs. 17 cum illo legerim potius εἶπας quam εἶπες.

Fr. 8, 1. Headlam, coll. Eur. El. 336, <αἰσχρὸν γὰρ> εἴ τις ὢν ἁλιεὺς σοφίαν ἄκρος, melius quam Bl. <δεινὸν γάρ> εἰ μὲν ὢν κτέ., nam pronomini indefinito locus est, non est particulae μὲν (cf. vs. 2). — Vs. 5 inutiliter Bl. <Β.> καλόν γ' ἂν εἴη <πρᾶγμά σοι>.

Theophili fr. 1, 3. Pro εἶδον Richards ᾔδειν vel ᾔδη, pro quo sententia postularet οἶδα. Corrigendum arbitror ἔγνων, cognovi, ut ἔμαθον et ἐμνήσθην leguntur in sequentibus. — Vs. 1. Meineke postea melius coniecit δρᾶν βουλήσομαι;

Fr. 5. Cf. Nauck, Mél. VI 101.

Fr. 6. Mecum Bl. τῷ pro ἐνί, coll. Theognidis loco.

Fr. 7. Violenter Bl. στρεβλουμένους. Suspectum tamen καθημένους. Num forte κατακειμένους?. Totum vero fragmentum mihi obscurum est. Athenaeo Bl. bene reddere videtur τῇ μαγάδιδι ψάλλειν, nisi forte praestat τῇ μαγάδι<δι> διαψάλλειν.

Fr. 9. ἔτ' pro εἶτ' hic et Diphili fr. 57 (ubi cft. Vesp. 480) aut τε pro μὲν Bl. Illud speciosum, sed de paucis verbis nihil certi statui potest. — In fr. 10, 2 recte comicorum more πλεῖν requirit pro πλέον.

Fr. 11.

τοῦ μή ποτ' αὐτὸν ἐμπεσεῖν εἰς Λαΐδα
φερόμενον ἢ Μηκωνίδ' ἢ Σισύμβριον
ἢ Βάραθρον ἢ Θάλλουσαν, ἢ τούτων τινὰ
ὧν ἐμπλέκουσι τοῖς λίνοις οἱ μαστροποί,
ἢ Ναννάριον ἢ Μαλθάκην.

Infelicissima est me iudice Kockii coniectura ὧν ἐμπολῶσι τοῖς νέοις, nam tradita lectio tam egregie apta est ταῖς παγίσι τοῦ βίου, quemadmodum Amphis fr. 23, 4 (cf. Menandri fr. 689, 2) hetaeras appellavit, ut ἐμπλέκουσι depravatum esse ab omni abhorreat probabilitate, cum praesertim usus verbi ἐμπεσεῖν vs. 1 iam alludat ad eandem imaginem. Idem video sensisse Bl., cuius saltem coniectura αἷς ἐμπλέκουσι τοὺς νέους, licet ne ipsa quidem ferri possit, necessarium verbum servat. Sed nulla omnino opus est mutatione, modo intellegamus fragmento neglegentius excerpto, quod ipsa prima verba

docent, praecedere potuisse versum eiusmodi unde omissum vs. 4 obiectum τοὺς νέους facillimam haberet explicationem. De imagine Bl. cft. Aesch. Prom. 1079; Eur. Or. 1422; Herod. VII 85, 3, quibus locis facile alii addi possunt.

Fr. 12. 3. ἂν ἀφέλῃ malit. Bl. Num opus?

Philomenis fr. 4, 1. Recte meam coniecturam improbat Kock. Postea felicius, ni fallor, proposui, coll. eiusdem fr. 105, 5:

<τὰ> σὰ δ' εἰς ἅπαντας εὔθετ' ἀνθρώπους, Σόλων.

Vs. 4. ἁρμόδιον Bl. — Vs. 8. Pro τοι Meineke τότε, Bl. ποτε, Ellis πῃ. Vs. 9. κοινοὺς Richards, deinde παρεσκευασμένας ego, paratas, non instructas (κατ.) — Vs. 14. ὑπέκδυσις Nauck, ἐξανάδυσις Bl. vel (minus recte) ἔστ' ἀνάδυσις vel ὑφαρπαγή. — Vs. 15. Nauck, coll. Xenarchi fr. 4, 16. 17: ἀλλ' <ἔστιν> εὐθὺς ἣν (deleto βούλει) σὺ χῶν βούλει τρόπον, quae vera videtur correctio.

Fr. 10, 3 et 4. Meas coniecturas probat Bl., et fr. 11, 6 Naberi suspicionem λύπης Cf. Nauck Mél. VI 101 sq.

Fr. 12, 1. De proverbio γύμνῳ — ἐπίταττε praeter Hesychium et Zenob. II 98 cf. lexicograph. Coislin. 91 Gaisf. οἱ γὰρ ἐν Ἀργινούσαις ἡττηθέντες Λακεδαιμόνιοι καὶ γυμνοὶ καὶ ἄποροι φυγόντες Ἐτεονίκου παρακελευομένου αὐτοῖς φυλακὰς ἔχειν, ἵνα μὴ λάθωσιν αὐτοῖς ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες Ἀθηναῖοι, ἀπεκρίναντο ὅτι δεῖ τοὺς γυμνοὺς ἐξ ἀνάγκης ἀγρυπνεῖν διὰ τὸ ῥῖγος. Nihil dum propositum est, quod ex omni parte placeat, et loci obscuritas certae emendationi obstat.

Fr. 19 et 20 et 22. Cf. Bl. p. 182 sq., qui mihi non persuadet.

Fr. 24. πρόχειρον ἐπὶ τὴν γλῶτταν εὐλόγῳ τρέχειν.

Verba corruptissima fortasse celant optimam sententiam hance:

οὐ χεῖρον ἐστι γλῶτταν εὔτροχον φορεῖν.

οὐ χεῖρον ut Ar. Eq. 37; Plat. Theaet. 162 c; Phaed. 185; Phaedr. 948 C etc.; γλῶτταν εὔτροχον, ut Eur. Bacch. 268, Plut. Pericl. 17; φορεῖν, ut passim omnes. Bona res est eloquentia!

Fr. 26. Lege κῴδιον.

Fr. 28, 8. Bl. σῶσον, male reliquum versum et vs. 11 sollicitans.

Fr. 31, 1. Idem recte transponit γάρ et μέν. — Vs. 3. ἑτέρων, si sanum est, ut putabat Kock, perobscure dictum est. — Vs. 6. Virgula pro puncto bene distinxit Weil. Inutilia proponit Bl.

Fr. 32, 1. ἀληθῶς παραλογισθῆν' Ellis apud Bl., qui ipse ἀληθές με παραλογίσασθ', ὥστ' ἔχειν. Mihi non liquet, sed ipsum ἀληθὲς graviter corruptum duco cum Kockio, qui aptam sententiam elicuit; nec tamen locum emendavit. Prioribus verbis etiam subesse potest: οὐκ ἔστι ῥητά με παραλογίσασθ'.

Fr. 33. κανθάρου σοφώτερος. O. Crusius Anal. ad paroemiogr. p. 147 „Proverbium e vetustissima canthari fabula ductum."

Fr. 35. γυλιόν τιν' recte Bl.

Fr. 41, 3. *λιπαρὰ* pro *λευκῇ* idem, suspectans etiam *λοπάδος* vs. 4, quod sane non expedio.

Fr. 47, 2. *ἣν εἴδεθ' ὑμεῖς* aut *ἔχομεν ἡμεῖς* idem; illud melius.

Fr. 53, 3, Pro *πάντως* Bl. coniecit *θνητοὺς* aut *βροτοὺς*, aut potius *τούτων*. Longe melius *πάντων* Meineke. — Vs. 4. Male Bl. revocat *ποιεῖ*, ita enim sensu careat *τοῦτο* vs. 5. Certa *πονεῖ* est Wachsmuthii correctio.

Fr. 59. Etymologii m. explicatio *ἠσβόλησεν*, *ἐμόλυνεν* docet Philemonem scripsisse *ἠρδάλωσεν*, quod iure postulat etiam Bl.

Fr. 60, 3. *'Εντέχνως* suum pro *ἐν στενῷ* frustra defendit Kock III p. 748. Hodieque contendo propter sequentia nimis debilem esse hanc vocem et requiri p e r f e c t i o n i s notionem, velut *ἐς τέλος*, quo Polybius saepe utitur pro *τελέως*. Cf. Thesaurus s. v. *τέλος*. Kockianae coniecturae praestat Blaydesiana *ἐμπείρως*, sed quod certum sit nemo repperit.

Fr. 61, 1. L. *γί<γ>νεθ'* et 69, 1 *γί<γ>νεται*.

Fr. 65, 5. Headlam lusit:

<ἀγρός, ἀργυρώματ', οἰκίαι> συνοικίαι,
φίλοι, βοηθοί, μάρτυρες, <συνήγοροι>.

Migrant haec artis criticae fines, nam sexcenta talia fingi possunt. Melius rem gessit Meineke.

Fr. 68, 1. Sine causa Bl. *δι' ὅλης τῆς ἡμέρας*.

Fr. 71, 3. Recte Brunck *τί τἀγαθόν ἐστιν* (*ἐστι*?), nec haerendum cum Bl. (qui malit *τί τἀγαθόν; τὸ δ' οὐδὲ κτέ.*) in anapaesti incisione, quae propter encliticum dura non est. — Vs. 5. Non male Richards, coll. Ar. Eccl. 646, *ἢ α ὐ τ ὸ τἀγαθόν*.

Fr. 73, 7 sq. Proposui olim, omisso *τοῦτο* cum Wyttenbachii codice et scripto *τὰ δάκρυα* cum Plutarcho:

ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν <αἰεὶ> τὰ δάκρυα.

Nunc Bl. *ἡ λυπὴ δ' ἀεὶ | ὥσπερ τὰ δένδρα δάκρυα τὸν καρπὸν φέρει*, in quibus displicet articulus ante *καρπὸν*. Nec *φέρει* pro *ἔχει* necessarium videtur.

Fr. 75, 2. Optime F. W. Schmidt *πονῆσαι*, probante Nauckio. — Vs. 3. Cum Bl. interpunge *τεκμήριον δέ· τοὺς κτέ.* — Vs. 5. *πταίσωσι* male sollicitat idem triplici coniectura et vs. 7 *ἴσως*.

Fr. 79, vs. 4. *οἷον* vix recte Bl. 5. Kock pro *οἷον* multo melius *ὀπτὸν* (cf. vs. 7) coniecit quam Richards *ὄψον*, quod abundat post *ἰχθὺς* (4). Praeterea reponatur forma attica *παρατέθηκ'*. — Vs. 8. *ο ὕ τ ω ς ἁπαλὸν ἔ δ ω κ α καὶ πρᾷον τὸ πῦρ.* Vehementer suspectum mihi *ἔδωκα*. Coll. Philemonis min. fr. 1, possis *ἐ π ό η σ α*, sed fortasse praestat *ὑ π έ θ η κ α*. Bl. *ἔ θ η κ α* vix attice, sed fortasse recte idem *ὅ π ω ς* pro *οὕτως* et *οὐχὶ* (9) pro *οὐδὲ*. — Corruptissimi sunt vss. 14 sqq.:

τὴν ἡδονὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν καταμαθὼν
τῆς λοπάδος, ἀνεπήδησε κἄφευγεν κύκλῳ
τὴν λοπάδ' ἔχων, ἄλλοι δ' ἐδίωκον κατὰ πόδας.
ἐξῆν ὀλολύζειν· οἳ μὲν ἥρπασάν τε γάρ,
οἳ δ' οὐδέν, οἳ δὲ πάντα. κτἑ.

Vs. 14. αὐτῶν, scil. convivarum, vix sanum, quia nulli in praegressis convivae commemorantur. Olim proposui ὁ πρῶτος ἀνθρώπων [ἀ̅ν̅ω̅ν] μαθών, nec melius hodie mihi succurrit. — Vs. 16. ἄλλοι requirit Bl., sed comparationi (cf. ἕτεροι vs. 13) melius convenit omissio articuli. — Vs. 17. ἐξῆν ὀλολύζειν (an ἐξῆν δ'?) dubitabundus interpretor: licebat (mihi) ululare prae gaudio, quod viles pisces tam egregie apparaveram, ut de frustis pugnarent convivae, sed sine controversia corruptissima sunt verba οἳ δὲ πάντα, nec sufficit Kockii coniectura οἱ δ' ἐδέοντο, nimis debile verbum. Nec felicius πέντε pro πάντα proposuit Naber, neque intellego Blaydesii tentamen οἱ πάντες ἂν ἔλαβον μόνον. Mediocriter etiam placet quod ipsi mihi venit in mentem: οἳ δ' οὐδέν, ὃ δ' ἔφλα πλεῖστα, καίτοι κτἑ., quia tale quid fere abundaret. — Vs. 20. εἰ δ' ἔλαβον ἄρτι σκάρον ἢ 'κ τῆς Ἀττικῆς | γλαυκίσκον — ἢ 'ξ Ἄργους — ἢ 'κ τῆς Σικυῶνος. Sub ἄρτι latere ἄρκτον feliciter vidit Kock, sed invento suo male usus est coniciens ἄρκτον, σκόμβρον. Veram emendationem ultro suggerit observatio omitti non potuisse propter sequentia eius piscis originem. Dederat ne poeta ἄρκτον Πάριον? Cf. Archestrati fr. ap. Athen. III 92 d: τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος, τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη. At iure mihi obmovebis urbis Parii ethnicum esse Παριανός, quod non admittunt numeri. Quin igitur reponimus:

εἰ δ' ἔλαβον ἄρκτον Παρίοθεν κτἑ.

Facillime *ΑΡΚΤΟΝΠΑΡΙΟΘΕΝ* in *ΑΡΤΙCΚΑΡΟΝ* abire potuisse cadit in oculos. — Vs. 25 sq. Recte Richards νεκροὺς | <ὄντας> ὅταν κτἑ.

Fr. 80. „Tosti pisces non prostabant in foro." Bl. Meliora docuit Kock ad h. l.

Fr. 84, 2. κατὰ δ' ἔσεισ' mea coniectura est, non Meinekii, cui tribuit Bl., quod sciam. Ipse profert incredibilia.

Fr. 88, 2. ἐξετάζει Bl. aut ἂν τις ἐξετάζῃ. — Vs. 12. μὴν pro δὴ (om. *A. B.* Stob.) et alia idem, sollicitans etiam vs. 13.

Fr. 89 vs. 7. Posidippi fr. 40 cft. Bl. — Vs. 11. καθ' ἕνα recte Meineke (cf. fr. 46, 2), ἀτέχνως Bl.

Fr. 90, 4. ἄλλος pro ἄλλων malim cum Richardsio. — Vs. 5. λέγῃ Bl. — Vs. 8. Proposui λέγῃ pro σκοπῇ, Bl. φρονῇ (quasi vero possit aliquis φρονεῖν ἐκτὸς ἑαυτοῦ!) aut φάσκῃ. — Vs. 9. κακοῖσιν idem, quamvis probans Kockii τοῖς οὖσιν. Cft. Aristoph. fr. II 1049 M. — Vs. 10. τἀν αὐτῷ temere Blaydes.

Fr. 91, 2. Cur Christiani interpolatoris esse putaret, vellem Kock explicasset. — Vs. 10. πάντ' ἐπισκοπῶν Bl. non male.

Fr. 92, 1. Monost. 351 cft. Bl. — Vs. 4. συμφοράς recte Ellis. — Vs. 5. Lege ηὑρέθη. — Vs. 7. ἢ πλουτεῖν θέλω probabiliter Madvig.

Fr. 93, 3 et 4 οὐδ' — οὐδ' Bl. — Vs. 9. ἐκγόνοισιν pro ἐγγόνοισιν sine causa Meineke et Kock. Non nisi orthographia haec vocabula differunt. Cf. Meisterh.^{3} pag. 107 b. Ibidem <κ>οὐκ Kock, οὐδ' Bl., qui male oblitterat necessarium asyndeton scribendo ἐκγόνοισί τ'.

Fr. 94, 8. Bl. cft. Aesch. Ag. 788.

Fr. 95. 102. 109—116. 127—129. 140. 141. 147. 164—180. 186. 187. 205—207 petita ex Comp. Men. et Phil. et Distichis Parisinis Philemoni optimo iure abiudicavit Nauck Mél. VI p. 106. Serioris originis passim extant in iis indicia, velut 95, 2 ἐγενήθη pro ἐγένετο et 167, 2 γενηθῇς, 99, 2 sq. ὧν μὲν — ὧν δὲ pro τῶν μὲν — τῶν δὲ, versus politici in 109, οἶκον pro οἰκίαν 114, 3 et εἰς pro πρὸς vel ὡς, 116, 4 πλεύσω pro πλεύσομαι, 170, 1 σαπρὰν dictum pro αἰσχράν, cum antiquis sit vetulam, 174, 2 ἑλκύσει pro ἕλξει etc. etc.

Fr. 96, 5 sq. Olim proposui: νυνὶ δὲ διαφέροντε τοῖς καθ' ἡμέραν | δαπανήμασιν δὴ τῷ βίῳ 'σορῷ μόνον (μόνοις?); Bl. deleto δὴ transponit τὸν βίον ὁρῶ <τούτων> μόνον, qui vs. 7 non male pro priore μείζονας requirit πλουσίους. Kockii πλείονας iusto obscurius est.

Fr. 98, 7. κατισχναίνων Bl. sine causa idonea. Sed iure vs. 6 postulat formam atticam ἀσφάραγον, servatam quater, corruptam ter. Cf. Iacobii Index.

Fr. 99, 7. δυσδαίμονα Halbertsma, improbante Bl. p. 339.

Fr. 100, 2. Lectionem προσιὼν recte praefert Bl.

Fr. 101, 3. Coniecturam meam probat Bl. Vs. 4 recte del. Kock.

Fr. 103, 3 λέγειν τε καὶ ἀκούειν frustra sollicitatur, ut olim ego monui et nunc Bl., qui vs. 4 tentat θεωρεῖν καὶ <σκοπεῖν>.

Fr. 104, 1. Proposui quondam 'στιν εὖ ζῆν, Weil τοῦτ' ἔτ' εἰδέναι. Hodie τὸ iungens cum εἰδέναι, ζῆν praegnanter dictum puto pro εὖ ζῆν, ut alibi. Verte: cui non est verae vitae scientia.

Fr. 105, 5. Iniuria Bl. praefert Diogenis et Clementis lectionem χρήσιμ', nam multo verisimilius est id pro rariore εὔθετ' substitutum esse quam inversa ratione.

Fr. 106. 5. μεῖζον Nauckii, non Blaydesii, est correctio.

Fr. 107, 5. A fine τρέφειν aut ἀεί supplet Bl. Coniecturae τῶν ἑκατὸν τοὐβολοῦ.

Fr. 108, 2. ᾗ pro ἢ recte Bl.

Fr. 109. Bl. post me του φίλου, Headlam του φίλων. — Vs. 3. τήνδε τὴν πόλιν λέγῃ Naber multo melius quam τὴν πόλιν ἑαυτοῦ λέγῃ Bl., quae vitioso ictu et vitioso sermone (pro τὴν ἑαυτοῦ πόλιν) damnantur. Ceterum rectissime Kock: „talia emendare nihil aliud est quam

laterem lavare." At cur igitur has sordes ut genuinam Philemonis poesin recepit?

De fr. 112—116 vide, si tanti est, Bl. p. 187.

Fr. 116, 4. Pro hoc versu Studemund in Ind. lect. Vratis l. a. 1887 dedit quattuor hosce:

πλεύσω, φυτεύσω, κτήσομαι <πολλοὺς ἀγρούς>,
τὸν τοῖχον ἄρας πύργον ὑψηλὸν βαλῶ,
προσοικοδομήσω τὰ παρακείμεν' ἀγοράσων.
λογιζόμενος τοῦτ' ἀπέθανεν μηδὲν (!) ποιῶν.

Ubi μάλα et προσαγοράσω correxit Jernstedt. Insuper ταῦτ' lege pro τοῦτ'. Vidistine unquam peiores versus?

Kockii adnotationi ad vs. 1 Nauck ante verba Πλάτων κτέ. addit „ex Theophylacti Simocattae Epist. 85."

Fr. 118, 2. ἕξεις — πλέον recte Bl. et mecum τῷ ζητεῖν. Ceterum, ut olim, hos versus comoediae abiudico.

Fr. 119, 3 sq. Philyllii fr. 20, 3 cft. Bl.

Fr. 120, 3. χρῇ pro δέῃ propter synizesin Bl. — Vs. 4. οὐ φεισόμεσθ' aut οὐ πανόμεσθ' cum plena interpunctione idem.

Fr. 122, 2. Cft. Ephipp. 13, 3 Bl. — Vs. 3. Metri causa malim κρόμμυ', ὄξος. Interpunctione enim pravus ictus anapaesti minime excusatur, ut putat Bl., imo magis etiam offendit.

Fr. 123, 3. Propter correptum iota contra scenicorum consuetudinem conieci συνῆκα pro συνίημι, et sic Bl. Sed cf. supra pag. 130 ad fr. 255.

Fr. 124, 1. ἐξιὼν | γυναικὸς κτέ. fortasse recte Markland, quem iniuria refellit Kock, dicens ita ἐξελθὼν requiri. Poterat enim homo haec aeque bene videre domum egrediens atque egressus. Ceterum incertum est, utrum hic verum viderit an Kock; qui ingeniosissime reliqua tentavit.

Fr. 128, 1. Merito suspectum ὦ γέρον. Possis ὦ τᾶν vel ὤνθρωπ', sed fortasse rectius Studemund his deletis supplet γέροντα <πενιχρὸν>.

Fr. 130. Pro Comparatione Men. et Phil. citandum fuisse Anth. Pal. IX 450 monuit Nauck. — virgulam post ἄνδρες deleri iussit Bl. At ita ἄνδρες pessime abundaret.

Fr. 131, 1. Coniecturarum numerum infeliciter auget Bl., recte fortasse vs. 2 praeferens αὐτοῦ.

Fr. 134, 3. καπνοῦ acute Bl.

Fr. 136, 1. εὐψυχία olim ego tuebar, nunc Bl.

Fr. 139, 1. του pro τοῦ recte Bl., qui quinque alias coniecturas suas melius reticuisset.

Fr. 140 sq. De his rectius Meineke iudicavit quam Kock.

Fr. 142, 2. Sententia postulat: τί δ' ἐστι βουνός; quid vero significat βουνός? pro τίς ἔσθ' ὁ βουνός;

Fr. 143, 1. χαλεπὸν θεατής recte W. Meyer, Sitzungber. d. K. B. Acad. v. Wiss. 1890 II p. 367, ut monuit Nauck.

Fr. 145, 1. οὔκουν pro οὐ τοὺς Bl. Articulus vix ferendus.

Fr. 146, 2. καρτερὸς ἵν' εἴη, propter εἶχεν optativum iure requirens Bl. Num forte Κράτης ἵν' εἴη, ut simul satisfiat loco Diogenis? Cf. Kock.

Fr. 149, 2. Tuebar ego olim ἔδειξεν et nunc Bl., non tamen abstinens a nova coniectura κατέδειξεν.

Fr. 151. Epicharmeum νόος ὁρῇ καὶ νόος ἀκούει recte cft. Bl., temere tentans (οὐδὲν) οὐκέτ' pro αὐτὸν (codd. αὐτῷ et τούτων). Debuerat saltem οὐκέτ' οὐδὲν.

Fr. 154, 1. Verissime Nauck δι' ἀφθόνων, collatis formulis ποικίλως διὰ ποικίλων, πάντα διὰ πάντων, similibusque, sed perperam vs. 2 κλύων (pro ἀκούων), quod non est comicae dictionis. Bl. requirit ὅπως <ἂν>. Recte se habet ἀκούων.

Fr. 155, 1. Priorem virgulam recte delet Bl.

Fr. 161, 2. Bl. ὅταν ἐνέγκῃ <τις>, sed displicet haec tribrachyos incisio.

Fr. 163, 1. αἰνῶ (sic Kock, probante Bl.) pro ἐπαινῶ non est comicorum, quare olim tuebar αἰτῶ, scil. τοὺς θεούς. Quotidianae mihi preces sunt primo sanitas, deinde felicitas, tertio gaudium, tandem aeris alieni absentia.

Fr. 164, 1. Recte Studemund μὴ διδούς· ὁ γὰρ λέγων κτέ. Utrum serus hic poeta ter vs. 2 ἀπ', an ὑπ' vel παρ' dederit, hodie nihil moror, nec magis utrum soloece ἐμποδίζεται an formam activam dederit. Bl. tentat ἐμποδίζει θάμα δόσιν, et procul dubio male μετάδοσιν. Si quid mutandum, legerim ἐμποδίζει πως δόσιν. — Idem 165, 2 καιρῷ <ν'>.

Fr. 168. Headlam ἅπαν <τὸ> διδόμενον κἂν μικρὸν ᾖ. Cf. Bl. Serum versificem non dedisse quod traditur mihi haud satis constat.

Fr. 169, 2. μέγας κακῶν τις σωρός (vel σωρός τις), coll. Ar. Plut. 804, Bl.; θησαυρὸς ἐξανοίγεται, coll. Eur. Ion. 923, Nauck. Nihil mutaverim. Cf. Plauti (i. e. Philemonis) Merc. 163. R. Perii, tu quidem thensaurum huc mi adportavisti mali. Idem Trinumm. 783 ubi thensaurum effoderis.

Fr. 170, 2. χρηστότης Bl. Vulgatam lectionem poetastro non magis eripiam quam vs. 1 σαπράν. Vid. supra ad fr. 95.

Fr. 171, 1. Corruptissimus. Expectatur fere, ut olim monui:

γνώμην ἔχ' αὐτὸς τῇ (καὶ?) γυναικὶ μὴ πιθοῦ.

De sequentibus fragmentis ex eadem Comparatione derivatis 172—180, vide, si tanti est, Bl. p. 190.

Fr. 182, 1. ἂν λάβῃ Bl. et vs. 2 οἰχήσεται. In vulgatis sane male abundat ἔχων. Cum tamen traditum sit contra numeros ἔχων ἐξ, fortasse praestat, servato ἀποίσεται, delere participium, ut a fine desit iambus.

Fr. 188. Recte Naber τραγήματα, probante Bl.

Fr. 189. Κροίσου τάλαντα καὶ Μίδα καὶ Ταντάλου. Bl.

Fr. 190. Nauck cft. Athen. I p. 33 F, ubi γύναι est pro ποτέ, et Iulian. Epist. 58, 2; 11, 4; Eust. Opusc. p. 90, 18; al.

Fr. 195, 1. κάτισθι Bl. Idem in fr. 197 recte tuetur καὶ κακὴ et in fr. 198 praefert lectionem ὁ μέλλων.

Fr. 199. Idem τοὺς σοὺς — ἔχε. Si re vera locus Philemonis est, articulus sane est necessarius. Sed cf. Kock.

Fr. 200. Malim εἰ — ἔχει. Bl. ἂν — ἔχῃ.

Fr. 201. Recte Nauck μεταλήψεσθ' (cum codd.) et οὐχ ἕτερον (dudum ante Bl.). Bl. cft. Horatianum „Coelum, non animum, mutant qui trans mare currunt."

Fr. 203. Optime Nauck ἐστι, μὴ pro ἐστιν ἢ.

Fr. 204. Feliciter Bl. πάντ' ἐλέγχεται. — κρίνεται sanum videtur. De sententia cf. Soph. Oed. Reg. 614 sq.; Eurip. Hippol. 428 sq. et 1051 sq.; Antiopae fr. 222 Nck.[2]; Pindar. Ol. X 65 (cf. fr. 136); Simonid. fr. 175; Theogn. 967; Xen. Hell. III 3, 2 etc.

Fr. 207. Bl. temere νόσος.

Fr. 208. Praefero Cobeti explicationem Kockii suspicioni, sed vel minus probo Blaydesii coniecturam <πᾶν> τὸ θέρος, γύναι. Contra enim sententia postularet μόνον τὸ θέρος.

Fr. 212. Cf. Nauck Mél. VI 105.

Fr. 213, 2. σεαυτῷ Richards. — Vs. 5. οὐ male del. Bl. — Vs. 10. ἐβάλετ' ἄγκυραν καθάψας ἀσφαλείας οὕνεκα. Procul dubio male sanum est καθάψας, sed quia etiam καθιείς, quod proponit Bl., post ἐβάλετο abundat, aliud latere crediderim. — Vs. 11. Pro μετάσχῃ πνεύματος φορούμενος Kock κατάσχῃ σφοδροῦ μένος, Bl. λαβροῦ μένος. Quidni potius, nulla mutata littera, πνεύματος φοροῦ μένος, si vere Pape in lexico contendit φορὸν ἄνεμον non tantum dici ventum secundum, sed etiam vehementem et procellosum? Quod tamen inspectis locis Thesauri s. v. dubitaverim. Nihilominus num quidquam omnino novandum sit dubito. Etiam ἀγνοεῖς vs. 14 defendi posse videtur (si quid mutandum, cum Bl. malim <τὰς> μεταβολὰς ἀγνοεῖς;), sed vs. 13 μοι pro σοι certa est Kockii correctio, qui a sententia aberrasse videtur proponens:

εἰ δὲ μή, γνώσει σεαυτὸν οὐδὲν ὄντ' ἀλλ' ἢ σκιάν

quam sententiam recte agnoverat Heimsoeth soloece scribens:

—, γνοίης ἂν αὐτοὺς ἄλλο μηδὲν ἢ σκιάν.

Debuerat, nisi fallor:

—, γνοίης ἂν ὄντας ἄλλο μηδὲν ἢ σκιάν.

Cf. Aeschyli Agam. 839 sq., qui locus Philemoni obversatus esse videtur.

Fr. 219. Pro αὐλεῖν Meineke πληγὰς λαβεῖν coll. Philyllii fr. 10. 784. Eubuli fr. 60, II p. 185; O. Crusius παραυλεῖν; Gomperz κλάειν. Cf. Nauck, Mél. VI 165, ubi Kockii sententiam impugnat.

Fr. 230, 2. Recte Bl. συμπαθήσει κακὰ παθών.

Fr. 231, 2. δίδωσι μὴ (Stob.) bene praefert idem.

Fr. 232, 2. εὖ πορίζει idem.

Fr. 233, 1. Tentabam μὴ 'κλαλῇς, coll. Eccl. 16, ut Philistio (cf. ad 230) fortasse soloece scribere poterat, nam sincera graecitas postulat μὴ 'κλάλει, quod et ipsum conici potest.

Fr. 235 a. χρόνος μαλάσσει πάντα κἀξΘργάζεται. Bl. „κἀξεργάζεται mendosum, sed quid reponendum sit non perspicio." Mea scripta si consultasset, vidisset me dudum correxisse κἀξΟργάζεται, de forma media conferentem ὀργάσασθαι apud Hippocratem II 790 et 791 ed. Erm. Chaeremonis tragici fr. (23 Nck.) esse confirmat duplex sigma in μαλάσσει.

Fr. 239. Bl. ζήσεις, γυναῖκ' ἂν μὴ λάβῃς et alia, partim vitiosa.

Fr. 246. Christiani poetastri fetus videtur, neque igitur cum Bl. vs. 3 requiro τὴν γῆν, sed ibidem mendosa sunt verba ὡς ἀπὸ τοῦ, pro quibus coniecit ὥστε καί. Malim fere ὥστ' ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον. Idem vs. 6 sine ulla causa δύ' ἀτραποὺς pro δύο τρίβους (in poeta Attico suspicareres δύο τρίβω) et vs. 8 <ὁ> δίκαιος χἀσεβής. — Vs. 10. μηδὲν πλανηθῇς novicio usu dictum est pro μηδὲν σφαλῇς, sive ψευσθῇς. Ipse Bl. cft. Pauli I epist. Cor. VI 9.

Philemonis minoris fr. 2, 1 sq. Similis sententia est maioris fr. 134.

Diphili fr. 1 melius restituit Kock quam Dobree. — Vs. 3. Male Bl. ἔχων βαδίζειν vel βαίνειν ἐχόντων.

Fr. 5. Bene Headlam, coll. Alexid. 144, 8, πλείον' ὡς et cum Meinekio ἢ 'κ τῶν.

Fr. 11. Bl. <ὡς> βραχύ τί ἐστι <τό γε> τάλαντον <χρυσίου>, in quibus displicet γε. Nec vero explicant scholii et Etymologii verba. Et quae quaeso omnino est in talibus πειθανάγκη?

Fr. 14, 2. λιπαρά non satis intellego, sed fortasse recte ita dici potuit crambe r e c e n s ac n i t i d a, nec sane cum Bl. rescripserim καθαρά. Idem vs. 4 βρώματα pro πράγματα, quod sane suspectum hic et in Aristophanis fr. 313, 15, ubi idem legi iubet.

Fr. 17, 5. Bene correxit Dobree. — Vs. 10. Bl. improbat Kockii coniecturam τιθύμαλλον propter προσεγχέας, pro quo ipse ἐπεγχέας postulat. Mihi sanus versus videtur. — Vs. 13. Libri σφοιη δεῖξον. Dindorf σπόδησον lenius quam aptius, melius πρόδευσον Kock, σφόδρωσον, σφύδωσον, σφόδρυνον Headlam. In his mihi quidem maxime placet Kockii coniectura.

Fr. 18, 2. ἔστιν ἔνδον ὀξύ σοι;

B. ὑ π ο λ α μ β ά ν ω, π α ι δ ά ρ ι ο ν, ὀ π ὸ ν εἰλήφαμεν.

Recte Kock ex παιδάριον elicuisse videtur καὶ σίσαρον, sed quid tum fiet vocabulo sequenti, quod ἀσυνδέτως non potuit cum σίσαρον coniungi? Nec quid sibi velit in responso ὑπολαμβάνω intellego, si quidem id non licet sic explicare, ut sit p u t o (ita esse) = res ita se habet. Optime dictum foret:

B. καὶ τὠξυτάτου γε· καὶ σίσαρον εἰλήφαμεν

abiecto ὀπόν, ut glossemate. Quia tamen iusto violentior foret talis correctio, proponam potius:

B. ὑπολαμβάνεις <εὖ>· καὶ σίσαρον εἰλήφαμεν.

Vs. 4. Malim καὶ (pro ἢ) φυλλὰς ἢ δριμεῖα.

Fr. 19. Bl. εἴ τι μαλακόν, citans Men. 395, 1; 440, 2 pro tradito εἶτα μαλάκ' ὦ (non μαλακόν, ut ipse scribit p. 340). Difficilis optio.

Fr. 21. Recte μυαδάρια requirit Bl.

Fr. 22. Idem πρὸς ἑσπέραν perperam.

Fr. 24, 2. Violenta est Kockii coniectura, qua improbata, meam probat Bl. Utrum καιτας an καυτας in codice legatur, saepe vix dispicias.

Fr. 32, 6. ἀποβάλλειν Kock, probante Bl. Ego, ut olim, praetulerim τοῦ βίου. — Vs. 13. συνῆκας; Bl. Cf. supra p. 124 ad fr. 123. 3. — Vs. 17. τοιόνδ' pessime idem, quod si legeretur, statim reponerem τοιοῦτον. — Vs. 21. ἰχθὺν ξηρὸν Ellis, ἰχθὺν οὐδέν' Bl. fortasse recte. — Vs. 22. Cum eodem probo συνῆχας potius quam συνεῖρχας, quod me probasse falso refert Bl. Imo monebam perfectum εἶρχα nusquam ,quod scirem, occurrere. — Vs. 27. οἶνον <δ'> requiro cum Bl.

Fr. 33, 4. ᾗσθ' ὁ Bl., cui non favet verborum ordo. Idem τούτων vs. 5 interpretatur τῶν ἰχθυοπωλῶν recte, ut apparet ex αἰτήσειε. In praegressis igitur horum facta fuit mentio. Errabat Kock. — Vs. 7. γάρ pro μέν postulo.

Fr. 38, 1. μοι optime Kock, quem perperam carpit Bl. — Vs. 3. τιν' <ἂν> Bl., non melius quam Kock <ἄν> τιν', imo minus modulate. — Vs. 6. Verba καὶ λέγω non perspicua sunt Blaydesio. Nonne hoc dicit poeta: talem legem etiam eo nomine commendari, quod, sumtibus in multos annos divisis, Chabriae monumentum parvo constiturum sit civitati?

Fr. 43. παραβάλω malit Richards, coll. Posidippo III p. 343, 14 K. — οὐδαμοῖ recte Bl. — Vs. 8. Meum μισθοῦσ' probat idem. — Vs. 9. εἰ βούλει obscurum. Praegresso iam οἷον, vix significare potest, s i v i s e x e m p l u m. Bl. coniecit ἐστ' ἀνδρῶν vel (male!) ἐμπόρων. Aliud latet. Venit in mentem εἴποιμ' ἄν, sed placet id mediocriter. Quaerat alius. — Vs. 23. ὑπέδυν cum Nabero malit Bl., non ego. — Vs. 29. Bl. cft. Antiphan. III 118 M. et Ar. Ach. 1077, recte probans Meinekii coniecturam ἐξυρημένα; ἐνεουρημένα coniecit Ellis. — Vs. 35. Cft. Bl. Theophr. Char. 30, et ad vs. 37 Ar. Eq. 6. — Vs. 19. εὐπορηκώς, i. e. p l e n i s m a r s u p i i s, vereor ne frustra sollicitetur. Post τριταῖος ἀπαθής fere abundant εὐοδηκώς vel εὐπλοήσας vel εὐπεπλευκώς, quae coniecta sunt; illud contra aptissimum est.

Fr. 44, 1. Bl. de verbo cft. 64, 4 et Lycophron. trag. 2, 4, temere tentans ἐκλελεγμένοις. — Vs. 4. Idem ἐπῇξε cum Erfurdtio praefert, ipse tamen proponens ἔπειτα, sed verbo opus est. — Vs. 5. Cum eodem requiro τ' αὐτοῖς pro τούτοις.

Fr. 46, 2. *καὶ φυσώμενον* Bl. — Vs. 3. *τονδί τε* et mecum *Ἀστ<ερ>ίωνος* Bl. et inutiliter *Ἀστερίου τε*. Ipse quoque Gigantem (cf. Kock) volebam, quem non distinxerim ab eo qui a Pausania commemoratur, cuius perpendas velim ultima verba *ἔχει δ' οὖν ὁ νεκρὸς οὐδέν τι μεῖον πηχῶν δέκα.*

Fr. 47. Bl. propter Athenaei verba malit *κακῶς λέγεις*.

Fr. 52, 2. *ἔγωγε καὶ ξύστραν γε* Bl.

Fr. 54, 2. *γ' ἄκρας* sine causa idem; *ἄκρος* Headlam; fieri potest ut recte.

Fr. 55, 1. *πρὸς ἐπὶ τούτοις* temere Bl., melius proponens *προσέτ' ἔχεις νῦν*, quo aptum verbum lucramur. Sed quis novit, quid antecesserit? — Vs. 3. *ἀλλ' ἀτεχνῶς* idem violentius quam Kock *ἀλλ' ἀκαρῆ*, coll. Alexidis fr. 144 *στρουθὸς ἀκαρής*, ubi, si recte traditum, est adiectivum, ut Menandr. IV 284 (226) et anon. IV 600 (3). Licet adverbium *ἀκαρῆ* eodem sensu praegressa negatione soleat usurpari, difficile est illis quoque locis abstinere a corrigendo *ἀκαρῆ*, quod sine negatione legitur apud Xenarchum III 621 (1, 15). — Vs. 4. *βαδίζειν <σ'>* Bl. Si pronomine opus, multo facilius scripseris *ἀγορᾶς <σ'> ὀρθόν*.

Fr. 57. Vid. supra ad Theophili fr. 9.

Fr. 58, 2. In *νὴ Δία* iuncto cum imperativo offendit Bl., soletque sane imperativis addi formula *πρὸς Διός* similesque. Traditum in A *νη διω παῖδες* fortasse aliud celat. Lusi:

ἔγχεον σὺ δὴ
εὐζωρότερον ἡμῖν πιεῖν, ὦ παῖ· τὸ γὰρ κτέ.

Fr. 61, 6. *χαίρω τε καὶ γέγηθα* Dobree, probante Nauckio. — Vs. 9. *τουτογὶ* et alia temere Bl.

Fr. 62, 2. *ὅτι ἔστιν* recte Headlam, coll. Ar. Eq. 797; Av. 974.

ΠΕΛΙΑΔΕΣ. Simile argumentum tractasse videtur Antiphanes, cuius cp. fr. 24.

Fr. 64, 5. Bl. *δυσώδης. Β. οὗτος οὖν πῶς ἀνθίας*; et alia. Locus mihi perobscurus est.

Fr. 65, 2. *ἐκόκκυζ' ἀρτίως ἀλεκτρυών.*

Meinekium et Kockium cum articulo scribentes *ἀλεκτρυών* non sequar memor loci Ar. Nub. 4:

καὶ μὴν πάλαι γ' ἀλεκτρυόνος ἤκουσ' ἐγώ

ubi si quis scriberet *τἀλεκτρυόνος*, male oblitteraret aptissimam particulam. Et quidni recte dicatur *ἀλεκτρυών*, scil. unus de multis?

Fr. 69, 12. *ἂν δ' αὐτὸν δέῃ*
κέρματ' ἀποδοῦναι προσαπέδωκεν Ἀττικά

τότ' ἀπέδωκεν Kaibel, probante Bl. Ipse proposui *ἀποδοῦναί ποσ', ἀπέδωκεν κτέ.*

Fr. 72, 1. Perperam sollicitat Bl.

Fr. 73, 1. *ἀπὸ* pro *ἐπὶ* Bl. recte, ut videtur.

Fr. 76. θὲς pro ἕλκ' sine causa Bl. Cf. v. c. Menandri fr. 327, 1. Idem ἐμβάλω.

Fr. 77. Cum Bl. probo Stephani correctionem ἐχήνισας. Nullum praesidium esse in comparato a Kockio σιφνιάζειν bene intellexit Bl. Nam χηνίζειν, quod est proprie anseris cantum imitari, formatum est ut λακωνίζειν, ἀττικίζειν, etc.

Fr. 80, 1. βατιάκη male sollicitat Bl. Recurrit cum alibi apud scriptores tum in titulo BCH 1890, 412. — Vs. 2 τετράποδ' ἤδη ταῦθ' ὁρᾷς; Kock, sed displicet ἤδη. Cod. *A* exhibet ἀνδραπόδιον δή, quae particula expectatur. Rectius igitur Bl. τετράποδα δὴ ταῦτ' ἔσθ', ὁρᾷς; cuius reliqua tentamina silentio premere praestat. Sed parum credibile propter unum τραγέλαφον quattuor illa poculorum genera quadripedes vocari, itaque fortasse aliud quid celat ἀνδραπόδιον, quod non reperio.

Praeter βατιάκη, cuius primam significationem ignoramus, animalium (piscium et [?] avis) sunt simul nomina et βατιάκη comice a βατίς (pisce) derivari poterat, itaque eiusmodi quid expectatur, sed coniectura ζῳδάρια (vel θηρίδια) δ' ἐστι ταῦθ' ὁρᾷς; propter deminutiva minus probabilis videtur, et ἀλλ' ἔστι ταῦτα ζῷ', ὁρᾷς; quod aptissimum foret, propter violentiam haud facile criticis persuadebit. Λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

Fr. 86, 5. Transpositionem meam probat Bl., neque aliter iudicari potest, si Athenaeus integram sententiam attulit.

Fr. 87. Loqui Cononem monet Bl. — Vs. 5. ταύτας, istas, sanum esse arbitror.

Fr. 88, 2, κλοπὰς pro στρέβλας Bl. Non hoc corruptum esse sed praegressam vocem hodieque apud me constat.

Fr. 89, 1. κατέβαινέ μοι et vs. 3 τι (pro μοι) — ἂν ἐσκευασμένον, reliqua cum Kockio Bl.

Fr. 90, 4. *B.* τοῦ φυσήματος mecum O. Crusius. Sine ulla veri specie Bl. τοῖσδ' ὠπτημένον vel κἀξωπτημένον vel κώνθυλευμένον.

Fr. 91, 3. σκότου (sic) sine sensu idem. Fortasse tamen voluit σκότον, et masculinam sane formam poetae scenici usurpare assolent.

Fr. 93. εἰ τοῦ πατρὸς δόξαιμι κρεῖττόν σοι λέγειν
ἐμαυτὸν ἀδικῶ κοὐκετ' εἰμὶ θεοσεβής,
ὅτι τὸν κατασπείραντα λυπῶ κοὐ φιλῶ.

Corrigendum arbitror:

εἰ τοῦ πατρὸς δόξαιμι (δοκῶ τι?) κρεῖττόν σοῦ λέγειν
ἐμαυτόν, ἀδικῶ κτέ.

et interpretandum: Si puto (ut tu me facere innuisti) memet ipsum te patre meo melius aliquid dicere, pecco etc. Modesti adolescentuli cum patre altercantis verba sunt, nec audiendus est Kock coniciens λέξαιμι. Saepius enim Attici quoque, ut alibi in his fragmentis monui, personale verbum δοκεῖν pro νομίζειν

usurparunt, et vix locus est optativo. Hoc unum ambigo, utrum δοκῶ τι eo quem indicavi sensu corrigendum sit an δόξω τι cum Blaydesio, quod si praeferendum, pater nihil dum tale innuerat, sed filii orationis haec est introductio, proque ea correctione magis militat tradita lectio.

Fr. 95, 1. κενοὺς, disappointed. Bl.

Fr. 96, 2. De vocula πάξ nunc cf. lexicon meum suppletorium et dialecticum pag. 621 s. v.

Fr. 103. ἰσχυρότατον temere Bl. Cf. Kock.

Fr. 105, 2. μετέστρεψεν mecum idem.

Fr. 107, 2. ἐγχέασα idem, coll. Xenarch. 10, 1. Probabilius Meineke, Cobet, Kock ὑποχέασα.

Fr. 110 propter βιοῖ pro ζῇ recte recentiori poetae tribuit Nauck, corrigens ὅνπερ αἱρεῖται et fortasse βίον (pro τρόπον) cum Menandri monost. 65.

Fr. 112. Bl. καίρῳ λεγόμενον et cum Meinekio ψεῦδος εἰς κέρδος φέρει. Versus vix sanabilis.

Fr. 120. Idem ὕπνος ἐστ', quo sensu quaeso? Nec tamen plane satisfaciunt propositae hucusque coniecturae.

Fr. 121. Barbare Bl. διένεεν pro διένει!

Fr. 124. Contra Kockium recte monet O. Crusius a recentioribus confundi Hecaten et Dianam.

Fr. 126, 3. Bl. cft. Theophr. Char. XVI.

Fr. 128. Vocula καὶ minoribus litteris scribenda fuisset.

Fr. 133.

γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῆ βλέπων
ὀφθαλμός, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι θηρίον.

Ultima verba non intellego, nam vel si cogitari posset bestia dentibus repens, non video quo pacto ea imago conveniat parasitis. Quare nullus dubito quin monstrum hic alatur. Cogitavi de reponendo ἔμπλεων ὀδόντων, sed nimia ea foret mutatio, et magis etiam placeret dentibus frendens animal, quod coniectura restituere nequeo.

Fr. 134, 1. Bl. <γὰρ> ἔνιοι aut ἔνιοί <γε>.

Fr. 135, 2. Suspectum πάσης, quo deleto Bl. non male ab initio supplet οὗτος. Possis etiam τὰ πρῶτ' <ἐκεῖνος>.

Fr. 138, 1. Pro διότι Bl. δεῖ γὰρ vel χρὴ γὰρ vel χρεών.

CAPUT TERTIUM.

Ad Kockii volumen tertium.

Menandri fr. 4, 3. Cum Bl. lege αὐτῷ.

Fr. 6, 1. <καί πως> πρὸς Bl.

Fr. 7. Graece vertere Terentii verba conatur Bl. Sub codicis Bambini lectione latere notum ex Apostolio V 73 proverbium γυμνότερον <πα>ττάλου perspexit Headlam.

Fr. 8, 1. ὕδατος pro κυάθους temere Bl.

Fr. 10, 2. ὧν ἔγημα post φειδωλός e Terentio supplet Bl.

Fr. 11, 2. ὧν σοφώτατος. Bl.

Fr. 13. 3. χώραν, ὅταν δὲ aut γῆν, ἀλλ' ἐπειδὰν Bl., nec sane hodie mihi placet τινὰ (pro τὴν) versum ordiens. Τὴν γῆν frustra tuetur Kock, ut olim monui.

Fr. 17. δυοῖν ἴσως | φήλων (cum Nabero) vix recte Bl., sed pessime ὦ λέγεις. Loci correctio prorsus incerta.

Fr. 19. „Melius Priscianus Praeexerc. p. 433, 8 possunt divitiae et clementes facere" Nauck. Minus recte igitur Cobet N. L. p. 85 καλοὺς ἡμᾶς pro φιλανθρώπους, coll. fr. 568, 3.

Fr. 23, 3. Bl. cft. Sosicratis fr. 1, 13.

Fr, 24, 1. οὐχὶ, coll. Diphil. IV 389 M., sine causa Bl., qui Kockii coniecturae in vs. 3 alias addit minus probabiles. Mihi maxime placet Bentleiana vs. 2 πορφυρᾶ τε στρώματα. — Vs. 4. Cum Dobraeo scripserim κἀκτυπώματ' εὐπρόσωπα.

Fr. 27. ἀμφίβληστρον et cum Meinekio περιβέβληται Bl.

Fr. 31. τίθημ' ἔχειν χολήν σε καλλιωνύμου
πλείω.

Verbum vix sanum. Lege ἡγοῦμ' aut καί φημ'.

Fr. 36. ἴσσα. Cf. nunc etiam Herond. III 92.

Fr. 43. τί τρῶτ' ἀκούσομαι; Ellis apud Bl. Quod minus simile est Teren-

tiano quidnam audio quam quod Dziatzko proposuit τί ποτ' ἀκούσομαι; — Idem fr. 44 malit τἀνθένδ' aut τοὐν θένδε.

Fr. 47. Bl. οὕτω <γὰρ> οὗτός ἐστιν (vel ἐστιν οὗτος).

Fr. 48, 2. εὐπόρως idem.

Andriae fragmentis fortasse addendum fr. adesp. 584, ubi vide.

Fr. 59. τοῦ νουθετοῦντος κωφόν. Bl. τῷ νουθετοῦντι. Si sanus est genetivus, κωφός hunc casum adscivit, quia significat h. l. οὐκ ἀκούων. Pro ἅμα recte Nauck suasit α' i. e. ἑνί, pro καὶ θεὸν λόγῳ ipse requiro κἂν θεὸς ᾖ, λόγῳ, etiam si unus ille deus sit. Nam Blaydesii coniectura κἂν θεὸς λέγῃ; non sufficit. Scribam igitur:

φύσει γάρ ἐστ' ἔρως
τοῦ νουθετοῦντος κωφόν· ἑνὶ δ' οὐ ῥᾴδιον
νεότητα νικᾶν ἐστι, κἂν θεὸς ᾖ, λόγῳ.

Fr. 61. ὁ φανός ἐστι μεστὸς ὕδατος οὑτοσί,
δεῖ τ' οὐχὶ σείειν ἀλλὰ ποδιειν αὐτόν.

Recepta est Bentleii correctio ἀλλ' ἀποσείειν αὐτόθεν, quae tamen intellegi nequit, nisi sumimus in proximo versu fuisse aut θοὔδωρ aut quod idem significet, sed quod pro αὐτόθεν rescribi iussit Bl. θοὔδατος ferri omnino nequit. Num forte fuit:

δεῖ τ' οὐχὶ σείειν αὐτόν, ἀλλ' ἀποσειστέος?

an simplicius: δεῖ τ' οὐχὶ σείειν ἀλλ' ἀποσείειν αὐτόν, ⏑, ut versum citarit Athenaeus non plenum, plena sententia contentus. Quod si ita sit, ἀποσείειν magis respondeat nostro uitschudden quam afschudden, quo sensu ἐκσείειν adhibet Plutarchus Anton. 79 et Timol. 15.

Fr. 65, 4. Vid. Nauck Mél. VI p. 108.

Fr. 67, 1 sq. Meineke cft. Nicetam Chon. p. 514, 12.

Fr. 68, 1. Bl. τὰ μὲν πατρῷα <γὰρ>. — Vs. 2. Kock confudit notiones diversas vocabulorum καιρός et χρόνος coniciens χρώζει pro σώζει. Melius δουλοῖ proposuit Meineke.

Fr. 69, 2. Lege νυν cum Blaydesio.

Fr. 70, 2. Antiquum poetam dicere potuisse ὁ λαλήσων θεός cras credam, necdum me poenitet coniecisse ἐστι τῶν χρηστῶν θεός. Vix saltem sufficere videtur propter praegressa lectio monost. 432, quam substitui iubet Bl., qui in Addendis p. 340 proponit ἀνθρώπων.

Fr. 70 a b. Choricii verba Menandreis fortasse licet his includere numeris:

δέδοικε μὴ τῶν ἔνδον οἴχηται φέρων
ὁ καπνός.

ΓΕΩΡΓΟΣ. Huius fabulae bonam partem e papyro Aeg. primus edidit Nicole, post quem Weil aliique viri docti multi turbatum textum rectius constituerunt. Non ex Georgo, sed e fabula similis argumenti, sumtum est magnum fragmentum in papyris

Oxyrrhynchicis (vol. I 24) editis a Grenfellio et Huntio. Aliud ibidem ex incerta comoedia legitur fragmentum p. 8.

Fr. 94, 5. Nauck cft. Schol. Eurip. Or. 343, p. 135, 10; Anonymi Olympiodorei Comm. in Porph. cod. Paris 1939, f. 46 b; Niceph. Progymn. Rhet. Gr. I p. 445, 27; Anth. Pal. 10, 96, 3, alia. Stupendam viri eruditionem!

Fr. 96, 2. φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά, κιττόν, δάφνην· κτέ. Quod iam antehac proposui φίλα non sufficit, quia flores non sunt hedera et laurus, sed manifesto corrigendum:

φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἂν ᾖ φίλα,

ut Baccho hedera, laurus Apollini. Infelicissime Bl. ὅσαπερ ἐσθ' ἁπλῶς καλά.

Fr. 97, 1. Rectius post καὐτός incidit Headlam.

Fr. 102, 1. Mecum Bl. τίς γάρ <ποθ'> οὕτως ἐστὶ κακοδαίμων φύσει.

Fr. 104. Iernstedt, coll. Poll. II 6, ex Hesychii glossa τρόφιμον· ὃν ἡμεῖς δεσπόσυνον καὶ τρόφιμον ἀνδρὸς δακτυλίῳ effecit Menandrum scripsisse:

ἀνεμιαῖον ἐγένετο

καὶ τρόφιμον ἀνδρὸς δακτυλίῳ.

Quae verba alius fortasse melius quam ego intelleget.

Fr. 106. καὶ λαιμὰ βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα.

Λαιμὰ (λῆμα cod. Rav.) h. l. non sanius videtur quam idem vocabulum Av. 1563, ubi schol. hunc Menandri versum citat, nescio quo librarii errore deceptus. Utrum λαμπρὰ lateat an κάρτα an aliud ignoro.

Fr. 109, 1. ἀγαθόν τί μοι γένοιτο, ut Alciphron I 36, 3, quem cft. Nauck. Probabiliter sequentia correxit Cobet, perperam Bl., nec opus cum eodem vs. 3 γ' inserere post εἰκότως, quamquam addi poterat, et vitiose pro optima Meinekii correctione ἄρ' οὐ θέλων (pro οὐκ ἐθέλων) rescribi iussit εἰ μὴ θέλων, quod saltem εἰ μὴ θέλεις aut εἶ, μὴ θέλων (nisi forte hoc voluit) esse debebat. — Vs. 5. Bl. recipiendum fuisse Grotii καινὸν recte monuit.

Fr. 113, 3. Temere νῦν γ' ἔτι Bl.

Fr. 120. ὄρνις recte postulat Bl., iubente etiam metro. Idem valet de fr. 167, 3.

Fr. 128. Optime Bentley ἅπαντα τὸν χρόνον, nam εἰς τὸν πάντα χρόνον graecum foret, ut recte monet Bl. — Vs. 4. γε mecum pro δὲ Bl. — Vs. 7. Idem αὕτη, quod necessarium, et probabiliter ἀφελομένη vs. 8 et ὅτι pro οὓς, sed fortasse sufficit lectio prior in AB ὡς; hoc saltem constat male receptum esse superscriptum οὓς.

Fr. 129. Bl. audacter θύουσι <πάντες> δ' ὥσπερ οἱ τοιχωρύχοι, sed ita saltem scribendum esset ὡσπερεὶ. In vulgatis ὡς est exclamativum et οἱ τοιχωρύχοι est convitium, quo petuntur οἱ θύοντες. Nihil novare ausim. — Vs. 4 sanum esse non praesto, sed propositum a

Bl. καὶ τὰ πόπαν' αὐτῶν aperte ferri nequit, et longe melius (atque nescio an vere) Meineke proposuit:

ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὲς
καὶ τὸ πόπανον. ταῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ
ἅπαντ' ἐπιτεθένθ'· οἳ δὲ κτἑ.

Notabilis est usus adiectivi εὐσεβής pro ὅσιος sive ἱερός.

Fr. 132. Apposite Bl. cft. Eurip. fr. 434, 2 sq. Nauck[2].

Fr. 133. Melius Meineke tentavit quam Bl. p. 203.

Fr. 136. Corruptissime Tzetzes Chil. 12, 305 οὐ πῦρ αἰτῶ γὰρ λέγομεν, οὐδὲ λοιπὰ δ' αἰτοῦμαι. Monuit Nauck.

Fr. 138. Vide, si tanti est, Bl. p. 203.

Fr. 139. γραφῆς recte Bl.

Fr. 140. Propter Terentii verba, ut suspicor, Bl. praecessisse putat τί σὺ θέλεις aut simile quid.

Fr. 142. Lege συνύφαινε metri causa cum Bl.

Fr. 145. οἴκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλεύθερον
ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Merum est, licet aliter iudicet Bl., et quidem vix probabile Kockii figmentum, Terentiani Heautontimorumeni personam Cliniam in Menandri fabula Parmenonem vocatum fuisse, ut ibi pro καὶ μένειν conicere posset Παρμένων. Nec enim video quidni liceat interpretari: Domi (i. e. in patria) manere oportet et (ita) manere (vere) liberum — hominem probe felicem, ut priore loco verbum manere significet „manere eodem loco", posteriore „eadem conditione." Quae sententia eodem redit, quo ea quam voluit restituere Kock, nisi quod magis urget causam, cur non sit felici peregre abeundum. Idem poeta dicere potuit scribendo διαμένειν τ' aut διαμένοντ', quod, si quid mutandum sit, longe praetulerim. Antehac tentabam καταμονὴν ἐλευθέραν aut transponenda esse vocabula εὐδαίμονα et ἐλεύθερον.

Fr. 146. μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς ἐγὼ
παρέθηκα, καὶ τῶν ῥοιδίων ἐτρώγομεν.

Cum versum ordiri nequeat ⏑– – –, metrum correxit Bentley delendo in fine pronomine. At permira me iudice manet sententia. Dicuntur enim convivae non appositas sibi amygdalas, quod crederes, sed poma granata comesisse. Postulatur procul dubio haec sententia: „Comedebamus quas ego apponendas curaveram amygdalas et poma granata", itaque μετ' ἄριστον pessime depravatum est. Venit in mentem:

τῶν Ναξίων (?) γὰρ ὧν ἀμυγδαλῶν ἐγὼ
παρέθηκα καὶ τῶν ῥοιδίων ἐτρώγομεν.

Νάξιαι ἀμυγδαλαί saepius in comicorum relliquiis occurrunt. Cf. Iacobii Index. Μετ' ἄριστον, ab interprete adscriptum fortasse quo tempore ipsa fabula supererat, tam gravi errori facile ansam

dare potuit. Quam suspicionem si quis ut iusto audaciorem repudiaverit, fortasse probabit leniorem hance:

⏑– μετ' ἄριστον γὰρ ἃς ἀμυγδαλὰς (ὧν ἀμυγδαλῶν?)
παρέθηκα καὶ τῶν ῥοιδίων ἐτρώγομεν.

Sed utroque tentamine veri similior mihi videtur coniectura poetam scripsisse:

ἀριστίσας γὰρ ἃς ἀμυγδαλὰς ἐγὼ κτέ.

ut, servato pronomine, μετ' ἄριστον habeatur pro huius participii interpretamento.

Fr. 158. Formulae κατὰ μονὰς Bl. octo affert exempla.

Fr. 161, 1. τῶν ἔργων recte Cobet; vs. 2 malim ἀποδείξεις. Sententia haec est: nam audacia facinora in deliberatione (i. e. iudice eo qui de iis praestandis cogitat) difficilem habent praestitionem, difficilia sunt ad praestandum. Quod moneo propter Kockium haec non intellegentem. — Vs. 4. τἀποσδόκητον recipiendum fuisse recte monet Bl.

Fr. 164, 1. ἆρ' interrogativum esse monet Bl. Perpetuo hac in re labitur Kock, nec postea monebo.

Fr. 173. μὴ καταφρονήσῃς τῶν θεῶν· ἐν παντὶ δεῖ
καιρῷ τὸ δίκαιον ἐπικρατεῖν ἁπανταχοῦ,
καὶ τὸν παρατυγχάνοντα τούτου τοῦ μέρους
ἔχειν πρόνοιαν κοινόν ἐστι τῷ βίῳ.

E vs. 3 sq. Aptam utique sententiam e vs. 3 sq. elicuit hance: Kock hance: „Omnibus utile est unum quemque, ubi occasionem nanciscatur, eius rei curam gerere." Neque obnitar, modo intellegatur τοῦτο τὸ μέρος non posse referri ad solum praegressum τὸ δίκαιον, propterea quod μέρος nunquam graece significat res, sed potest significare et saepe significat singulorum partes sive officium, ita ut referendum sit ad universam agendi normam commendatam in praegressis. Multo tamen commodius legeretur:

τούτου (sc. τοῦ δικαίου) 'ν τῷ μέρει
ἔχειν πρόνοιαν,

quo admisso, etiam melius opponeretur κοινὸν (in quo haeret Bl.), i. e. κοινωφελές, in sequentibus.

Fr. 177, 2. κατεφθορὼς recte Headlam.

Fr. 182. Bl. εἴσειμι πρὸς ἐκείνην <τάχ'>· ἄρτι γὰρ νοῶ Sed procul dubio πρόσειμι requiritur.

Fr. 188. Plinio calaboten e Bekk. An. reddit Bl. pro coloten.

Fr. 195, 2. ἐκδεδυκότα, nudum. Incredibile est Bl. proponere potuisse ἀποδεδρακότα!

Fr. 201, 3. Bl. βροτοῖσιν ὁδόν haud sane felicius quam reliqui critici.

Fr. 202, 4. ἱδρυμένους, i. e. eos qui deo aram sacrarunt, male sollicitari monui olim, coll. Menandri fr. 537, 5 sq. Nihilominus Bl., antiquum obtinens, proponit ἱκνουμένους vel κακοδαίμονος (sic).

Fr. 203 a. Violentissime Bl. δίκαιος — ἀνήρ. Teneo quod proposui olim.
Fr. 211, 1. τὰ recte delevit Hirschig, nisi forte legendum ἥ γε τοιαῦτα.
Fr. 213 a. Menandri Herois prodiit e lexico Sabbaïtico p. 4, l. 2 hoc fragmentum:

νυνὶ δὲ τοῖς ἐξ ἄστεος κυνηγέταις
ἥκουσι (cod. οἰκοῦσι) περιηγήσομαι τὰς ὀργάδας (cod. ἀχράδας).

ut emendarunt Pappadopulus et Kock (coll. Xenoph. Cyneg. X 19), qui praeterea recte malit ἄστεως. Cf. Meisterh.[3] p. 138.

Fr. 223, 10. τις ᾗ pro γένῃ recte Nauck, qui vs. 11 coniecit ἐντιμότερος πέφυκε τοῦ κακίονος, quae quamvis vulgatis elegantiora substituere non ausim. — Vs. 17. Recepta a Kockio lectio τρίτα λέγει articulum desiderat, quare Bl. merito praefert lectionem τὰ τρίτ' ἔχει. — Vs. 19. Temere idem ἐπιφανεστέρους.

Fr. 226. Kock μεστὴν pro μέσως. Vide tamen annon μέσως μεθύειν dici potuerit qui nec sobrius iam sit necdum ebrius, sed ἡμιμέθυσος. Vid. Thesaurus s. v. μέσως.

Fr. 227. ἀπὸ μηχανῆς γὰρ ἐπεφάνης ἡμῖν θεός. Bl.

Fr. 237. Citat locum Philodemus de musica ed. Kemke p. 80 sq. ut monuit Nauck Mél. VI p. 110.

Fr. 238. Nauck: ἄσιτος ἕνα μῆν' ὕδατος <οὐδὲ> στράγγ' ἔχων, aut ἡμέρας | ἔτ' ὢν ἄσιτος, κτἑ. Praeterea expectabam ἰδὼν pro ἔχων.

Fr. 245, 7. τῶν θεῶν vel τοῦ βίου Bl.

Fr. 247, 2. Richards λογισμῷ τοῦ διαθέσθαι πράγματα, at intolerabile id foret hyperbaton pro τοῦ λογισμῷ διαθέσθαι. Nec tamen sufficit cum Blaydesio punctum ponere post λογισμοῦ, deleto eodem post πράγματα. Legendum suspicor:

οὐκ ἔστιν οὐδέν, πάτερ, ἐν ἀνθρώπου φύσει
μεῖζον λογισμοῦ, τῷ δὲ θέσθαι πράγματ' εὖ
ἕκαστός ἐστι καὶ λογίσασθαι κατὰ τρόπον
ἄρχων, στρατηγός, κτἑ.

Fr. 249, 5. Nauck τοῖς θρυλουμένοις. Num opus est?

Fr. 252, 1. προχείρως Nauck, sed quid in προθύμως vituperandum sit non video, praesertim si cum Kockio transponimus τὸ μὴ προθύμως γάρ. Bl. ἀδοκήτως proponens nemini persuadebit.

Fr. 254. ἐδεῖτο χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
ἀντάλλαγον.

In vetustissimo codice Petersburgensi legitur:

ἐδεῖτο χ * * * * * * *
ἄπωθεν * * * * ἀντάλλαγον.

Quae Kock in Mus. Rhen. 93, 236 sic explevit:

ἐδεῖτο χ[ρῆσθαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα]
ἄπωθεν [οὔσης τῆς ἰδίας] ἀντάλλαγον.

Quibus ut plena sit sententia, praefigenda videntur verba αὐτῷ δέ σοῦ. (Sibi te) rogabat ut tuam filiam mutuam dares in

locum propriae filiae absentis. Non audiendus est Bl. proponens ἑαυτῆς.

Fr. 257. ὦ μεγίστη τῶν θεῶν
νῦν οὖσ' Ἀναίδει' (εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ.
δεῖ δέ· τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός.)
ἐφ' ὅσον βαδίζεις, ἐφ' ὅσον ἥξειν μοι δοκεῖς.

Ita, in parenthesi positis verbis εἰ — θεός, omnia, ut antehac monui, optime decurrunt. Pessime Bl. vs. quartum prorsus necessarium spurium esse existimat.

Fr. 260. ἐπιθυμίσας τῷ Βορέᾳ ἴδιον
ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἐψήσω φακῆν.

In priore versu pessime mulcato recte Bl. Bentleii coniecturae probatae Cobeto <λιβαν>ίδιον obvertit Graecum esse λιβανώτιον. Cui observationi si coniunxeris iustam Kockii de his sacrificiis dubitationem, fortasse tibi satisfaciet vetus mea sententia, quam de more ignorat Bl., Boream h. l. deum non esse, sed piscatorem (?) Menandreum dixisse:

ἐπεὶ 'μποδισθεὶς τῷ βορέᾳ νὴ τὸν Δία
ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἐψήσω φακῆν.

in quibus νὴ τὸν Δία Heringae debetur.

Ceterum quia ἔλαβον frequenti comicorum usu etiam emi significare potest, incertum est utrum haec dicat piscator, an alius quivis, qui queratur, praepediente borea capturam, pisces non fuisse venales.

Fr. 261. Temere Bl. μᾶλλον pro πάντες.

Fr. 262. ἔργον ἐκ πολλοῦ χρόνου
ἄνοιαν ἡμέρᾳ μεταστῆσαι μιᾷ.

Mira breviloquentia dictum videtur ἐκ πολλοῦ χρόνου ἄνοιαν, quare fortasse redintegrare licet priorem versum supplendo:

ἔργον <γὰρ ἐγγεγοννῖαν> ἐκ πολλοῦ χρόνου κτέ.

Fr. 281, 5. Coniecturis addit Bl. τοὺς πτωχοὺς μόνους.

Fr. 282, 1. Cur κουφότατον τῶν κακῶν paupertatem dicat poeta, satis apparet e verbis ἧς — ῥαδίως. Pessime igitur κουφότατον in δεινότατον mutat Bl.

Fr. 285, 2. ἀκουσμάτων τρυφῇ τε vel potius ἠκούσατ' εἰς τρυφήν τε Bl. non male.

Fr. 287. οὕτω τι — ἐπίπονον. Bl. cft. Aristoph. II 1191; Alexid. III 482; Posidipp. IV 519; Antiph. III 80. 187.

Fr. 291, 2. Olim, coll. Palladae loco ap. Kockium, monui ἀοράτων hic idem valere quod ἀπερισκέπτων sive ἀμερίμνων. Nunc Bl. hoc ipsum ἀμερίμνων a poeta scriptum esse putat, quod facilius est suspicari quam demonstrare. Neque absurde, opinor, ἀόρατον explicaveris caliginosum, ut ἀορασία apud LXX tenebras significat. Utut est, recte Kock improbavit Useneri coniecturam ἀδράτων. Si quid

peccatum, nihil aptius video quam Blaydesii ἀνελπίστων, quod tamen a tradita scriptura nimis distat.

Fr. 291. Melius Kockio sententiam perspexisse mihi videtur O. Hense, qui post vs. 1 sumit lacunam, non enim est iusti sors s e m p e r spoliari.

Post fr. 300 inserendum fr. 1026, q. v.

Fr. 301, 2. Necessariam esse transpositionem τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων, quamvis negante Kockio, hodieque arbitror, quemadmodum non dubito quin Philetaerus fr. 7, 2 scripserit τὸν καθ' ἡμέραν βίον, assentiente Bl., qui mox vs. 8 pro μηδ' iure requirit μήτ', iniuria vero vs. 9 ποτε pro πάλιν, suspectans sanissimum ἡμῶν. In vs. 11 idem probat meum τοῖσιν ἔργοις.

Fr. 302, 1. οὐδὲν λελήθασ' ὄντες violenter Bl. Idem vs. 5 probat v. l. τὴν θύραν.

Fr. 303, 2. μένω γὰρ ἐξ ἐ χ θ ι ζ ι ν ο ῦ.

'Εωθινοῦ sine necessitate Bl. Forma, quamvis non alibi hodie occurrere videatur, aeque proba est ac χθιζινός. Omnino conferatur docta disputatio in Stephani Thes. ed. Dind. s. v. VIII p. 1484. — Ad vs. 1 sq. apte Bl. cft. Ran. 367.

Fr. 304. Probata Cobeti coniectura <τί>ποθ' ἕξουσιν, olim proposui:

<τὸ> τὴν πονηρίαν
ἀτυφίαν νομίσαι! τί ποθ' ἕξουσιν πέρας; Cf. fr. 418, 2.

Quid sibi velit Blaydesii coniectura τὴν πονηρίαν | κἀτυφίαν νομίσαντες ἕξειν ποτὲ πέρας mihi obscurum est.

Fr. 309, 1 sq. Bl. cft. Pac. 908.

Fr. 311. ἐπίθες τὸ πῦρ. Haec verba recurrunt in fr. 437.

Fr. 312, 3. οἰστροῦντι coniecit Kock, quod attici semper dixerint οἰστρήσειν, οἰστρῆσαι. At οἰστρᾷ sine varietate habet Plato Phaedr. 251 d. Theaet. 179 E. Frustra idem σκοπιᾶς pro πέτρας ad amovendam positionem debilem, quae in hac manifesta paratragoedia nihil habet suspecti, ut olim monui.

Fr. 319, 6. Lege γί<γ>νεται. — Vs. 9. τούτοις pro ταῦτ' recte Kock, τοῖσδ' soloece Bl. — Vs. 11. Proposui ὢν ἂν θεός, sed lenius nunc Bl. ὤν γε θεός, quod verum duco. Idem οὐκ εἴων τιν' ἄν, sed pronomine indefinito opus non est, quia sequitur in vs. sequenti. — Vs. 14. Adnotat Kock: „An Καλλιμέδοντος ἀπέθαν' εἷς? nam Callimedon ipse (cf. Antiphan. 26, 5) tunc sine dubio dudum mortuus erat." Cui haec quondam respondebam: Unde novit? Antiphanes Ἁλιευομένην docuit circa Ol. 109, in qua natus est Menander, itaque nihil vetat, si Μέθη fuerit ex primis Menandri fabulis, etiam tum in vivis fuisse Callimedontem. Qui se dudum mortuus fuisset, non video quidni potius alium helluonem tunc viventem poeta risisset. Ceterum non ipsius Kockii haec coniectura est, sed mea Obs. Crit. p. 89 sq., quam tamen ipse improbavi.

Fr. 320, 3. Lege δευτέρᾳ cum Usenero.

Fr. 321. Recte Gomperz (ap. Miller, Mélanges) ἑτέρα pro ἑταίρα. Cf. Nauck Mél. III 145; Cohn, Jahrb. f. Phil. 133, p. 842.

Fr. 323, 1. πάντα, παῖ. Kock. Non recte πάντας εὖ Bl., nam iungendum est οὕτω φέρειν. Sed malim τὸν πλοῦτον, nam incommode abest articulus. — Vs 2. Lege γί<γ>νετ'.

Fr. 325. 1. Cobet:

πρὸς τὸ πρᾶγμ' ἔχω κακῶς

B. <οὐ θαῦμ'>, ἐπαριστέρως (accentum correxit Iacobi) κτέ.

Vs. 8. Bl. ἀλλὰ γίνεται (imo γίγνεται) | ἀγαθὸν ἀπ' αὐτῆς καὶ μέγ' vel πάμμεγ'. Corruptum esse παῖδες mihi quidem neutiquam persuasit Kock, imo ex vulgari Graecorum sententia liberi existimantur primarium matrimonii commodum, et nihil obstat alio loco Menandri (418), quem obmovit Kock, patrem aliquem sive iure sive iniuria filio iratum exclamare: οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων ἦν.. | λύπη, φόβος, φροντίς, πέρας ἐστὶν οὐδὲ ἕν! — Vs. 10. Bl. probat correctionem meam τὸν ἔχονθ' ἑαυτήν. — Vs. 12. Recte fortasse idem περιέστειλέ τ'. Vs. 14. εὖ pro πᾶν probabiliter Cobet, Bl. πρᾶγμα πᾶν, tum ἂν δὲ βλέπῃς F. W. Schmidt. — Vs. 6. προσδοκωμένων depravatum, sed procul dubio non latet προστεθειμένων nec προσγεγενημένων, quae proponit Bl., sed necessarium est quod recte opponatur τῷ λυποῦντι, velut προσγελώντων. Antiquissimam esse corruptelam ostendunt vv. ll. προσλεγομένων, προσγενομένων, προσλελεγμένων.

Fr. 327, 2 sq. Bl. παράστασιν, μίαν | δραχμήν fortasse recte. Actor libellum tradit diaetetae simulque parastasios nomine drachmam.

Fr. 328, 2. De ἀποίσειν Bl. praeterea cft. Dem. p. 243, 11 et 1332, 13.

Fr. 330. Bl. ἀλλ' οὐ τὰ <τοῦ> βίου 'τι νὼ δεῖ φροντίσαι, deleto ἴσως, quod unde natum sit non explicat. In omisso articulo haereo et ipse, nec scrupulum evellit fr. 410, 2, qui locus, ubi ante Grotium erat τοῦ βίου, num ab omni parte sanus sit dubito. Venit in mentem: ἀλλ' οὐ τάδ' (cf. Prisciani locum) οὕτω (vel τὰ τούτου νώ γ') ἴσως δεῖ φροντίσαι. Sed brevius est fragmentum quam quod tuto tentemus.

Fr. 335 bene constitutum. Inutilia profert Bl. Idem valet de fragmentis 339, 342, 343.

Fr. 336, 2. Verba ὡς ἂν — τις Cobet Menandreis addidit iam a. 1854 diu ante Madvigium, ut monuit Nauck.

Fr. 345, 1. Affirmative dictum esse fortasse recte monet Bl. — Vs. 2. Comico sermoni magis conveniat ἐνεπλήμην. Mente repetendum πώποτε. Vix opus ingeniosis Naberi supplementis <μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ'> οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην <πώποτε>. — Vs. 8. Rectissime Kock recepit Heringae coniecturam, nec haerendum cum Bl. in dura anapaesti incisione, quae nomine proprio satis excusatur.

Fr. 355, 3. Bene Headlam καθ' οὓς κρινεῖ τὰ πράγματ' οὐ χρῆται νόμοις, sed malim etiam, quia displicet asyndeton, <κατά> θ' οὓς

κτέ. — Vs. 4. ζῶντα, si sanum, significat ἕως ἂν ζῇ τις. Bl. coniecit εἰπεῖν ταῦτ' <ἔγωγ'> οὐ πείσομαι. Si quid mutandum, malim δῆτα pro ζῶντα, sed potius abstineo manum.

Fr. 360, 1. Proposui χρηστὸν νόμιζε (vel νόμιζω) νοῦν, improbabiliter nunc propter violentiam Bl. χρηστὸς τρόπος γάρ ἐστ' vel ἡ χρηστότης γάρ ἐστ'. In Kockii coniectura mihi displicet νομίμος νοῦς.

Fr. 362. Headlam: ἦν δῆλον οὔ τι νυμφίος τί ἀλφάνει. Mire tamen dictum pro οὐ δῆλον (sive δῆλος) ἦν ὁ νυμφίος τί ἀλφάνει. Num forte ἦν δῆλον οὖν ὁ νυμφίος τί ἀλφάνει? Habent enim Suidae codd. B E' οὖνι pro οὔ τι. Plura de more Bl. pag. 211, quorum nihil sufficit, sed recte vidit desiderari articulum.

Fr. 363, 6. Post ἄνθρωπος ponatur virgula cum Blaydesio.

Fr. 364. 1. Supplet Meineke <οὐδὲν> διαφέρει, Bl. οὐ γάρ. Eodem iure possis οὔκουν, οὐ δή, alia, certi nihil. — Vs. 3. Bl. εἰς ἑστίαν τιν' pro sanissimo εἰς ἑστίασιν. Ne graecum quidem καλεῖν εἰς ἑστίαν videtur. Sed recte idem tuetur vs. 4 πρὸς τὴν σελήνην ad lucem lunae, ut πρὸς τὸν ἥλιον, τὸ φῶς etc.

Fr. 365. ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸν καλὸν τοῦτον δακὼν
Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει [νεκρόν].

Pro ὑμῶν Bentley ὑμῖν, Blaydes υἱὸν coniecit, et vs. 2 ταχὺ pro deleto a Meinekio νεκρόν. Sed celeriter id fieri non solet, quare malim πολύ, nescio autem an δακὼν a librariis confusum sit cum δάκ̄ων, i. e. δάκνων, quia aptius est de tali re participium praesentis quam aoristi.

Fr. 366, 2. Pro θανάτου cum Nauckio Mél. VI 112 requiro ψυχῆς, qui cft. Heracl. fr. 105, Antiphil. Anth. Pal. VII 623, Longin. de sublim. 44, 9 aliosque locos. Interpretis est θανάτου.

Fr. 367. De Cobeti observatione Atticos non τετάρτην dixisse, sed τετράδα, Blaydes contendit distinguendam esse τετάρτην, diem secundum post crastinum et τετράδα, diem quartum mensis, nec Porsonum et Meinekium, ut ille putabat, linguae graecae vim intulisse in lacuna vs. 4 proponentes εἰς τετάρτην, sed illaturos fuisse, εἰς τετράδα si proposuissent. Iudicent alii.

Fr. 371. Ambigebam utrum explicandum esset τοῖς γαμοῦσιν, ducturis uxorem, quippe δαιμονῶσιν, an hoc pro illo substituendum, coll. Plut. Mor. 706 E. Illud fortasse praeferendum.

Fr. 378. πολλοὺς λογισμοὺς ἡ πονηρία κυκλοῖ.

Λογισμοὺς fortasse recte tuetur Bl., ipse sine causa requirens κυκλεῖ.

ΠΕΡΙΚΕΙΡΟΜΕΝΗ. Schol. ad Terent. Eunuch. I 116: Videtur Detonsam Periciromenen Menandri quagere (tangere correxit Umpfenbach), in qua fabula miles suspicione percussus adulterii gladio amatae amputat crines. Vid. Hermae vol. II p. 344.

Fr. 380, 1. In textum receptam oportuit certam Meinekii correctionem εὔπειστον.

(Fr. 391 a). Huius fabulae fragmentum unum et quinquaginta complexum versus primi ediderunt Grenfell et Hunt in Papyrorum Oxyrrhynchicorum parte altera pag. 11—20 a. 1899, unde comoediae argumentum satis cognoscitur. Ipse recensui in Mnemosynes vol. XXVIII p. 119 sqq.

(Fr. 391 b). E scholio inedito ad Ar. Plut. 35 eiusdem fabulae protulit Iernstedt: *καὶ Μένανδρος ἐν Περικειρομένῃ· τὸ δὲ κεφάλαιον οὔπω λογίζομαι τὸν δεσπότην· γράφεται προστιθέμενος οὖν ἑαυτοῦ υἱὸν Χριστοφάνης* (?). Unde hic saltem prodit senarius:

τὸ δὲ κεφάλαιον οὐ<δέ>πω λογίζομαι
τῷ δεσπότῃ (?)

Reliqua non expedio.

Fr. 393, 2. *κοῦφον*. Vid. vs. 4, unde apparet quam inepte Bl. coniecerit *χρηστόν*. Vs. 2. Sine causa idonea idem *μέγ᾽ ἔργον* pro *μεγαλεῖον*.

Fr. 395, 2. *ἐκ τῆς πόλεως τό σύνολον ἐκπήδα, φίλος*:
Propter v. l. *θᾶττον* Meineke coniecit *Φίλων*, | *θᾶττον*. Optime dictum *θᾶττον*, quod levissime Bl. in *τάχυ* aut *'ν τάχει* mutare voluit, sed servari potuit *φίλος*, quod interdum pro vocativo Graeci usurpant.

Fr. 396. *οὐδ᾽ αὐτός εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος.*
Significare solet formula dis iuvantibus, nec aliter hic accipiendum. Pessime *παντελῶς* coniecit Bl. Sincerus quod homo sit, is qui loquitur dis agit gratias.

Fr. 400. De *ἀνέπαφος* vid. lexicon meum suppl. et dial. p. 73 s. v. Pro *οὐδ᾽ ἕλῃ* Kock *οὐδ᾽ ἕλκειν ἐχρῆν* proponit, et procul dubio eiusmodi quid requiritur, sed utrum hoc, an *ἕλκειν σ᾽ ἐχρῆν*, an *ἑλκυστέα* verum sit dici nequit.

Fr. 403. Non satisfaciunt mihi propositae coniecturae, quibus non meliorem addidit Bl.; nec certas ipse reperio. Cogitavi de scribendo vs. 2 sqq. *εἶθ᾽* (pro *εἶτ᾽*) *ἄρ᾽ οὐχί* (sc. *εἶχον ἐπίκληρον*). *κυρίαν — χαλεπωτάτην*, aut *εἶτ᾽ ἄρ᾽ οὐχὶ κυρίαν — χαλεπωτάτην*; quod si verum, vertendum: Uxorem habeo epiclerum turpissimam (nonne hoc tibi dixi? [aut sine interrogatione hoc tibi non dixi]); nonne ergo dominam aedium, agrorum, patrimonii omnis habemus, pol, quam molestissimam? *Εἶτα* indignabunde rogantis esse quis nescit? Nihilominus vereor ut haec sufficiant. Iudicent alii. Hoc saltem mihi constat nec *εὖ γὰρ οἶσθα* (Bl.) ferri posse et frustra sollicitari *ἔχομεν* vs. 4.

Fr. 405, 8. *τῆς μερίδος ὢν τῆς οὐδαμοῦ τεταγμένης.*
Multum dubito de Meinekii et Kockii lectione *τεταγμένος*, quia apud veteres scriptores atticos non memini me certum exemplum legere structurae sequioribus et praesertim Byzantinis familiarissimae duplicati participii, quale est *ὢν τεταγμένος* = *τεταγμένος*, quod probum esse non apparet ex usu dicendi *ἐστὶ*, *ἦν*, etc. cum participio.

Revocaverim igitur librorum scripturam, explicans ordinis qui nullo loco ponitur, i. e. despicitur, scil. pauperiorum.

Fr. 407, 1. Nauck, Mél. VI p. 113 ἐν βίᾳ (sic) pro τῷ βίῳ. An typorum vitio pro ἐν βίῳ? Cf. Themistii locus, quem affert Kock. Hoc placet. — Themistio et Menandro παραπέφυκε reddit Bl.

Fr. 409. Kockii cum eodem probo correctionem, ita tamen ut vs. 2 requiram ὥστ' ἐμὲ μὴ πιεῖν, addito pronomine, quod si abesset, verba ὥστε μὴ πιεῖν necessario contra sententiam ad ipsam Crobylen referenda forent. Olim monui.

Fr. 413. In Caecilii loco vere Headlam correxit: nono <quo>que.

Fr. 417 a. Bl. τὰ pro τὸ requirit.

Fr. 419. Legendum vs. 1 δὲ pro δ' εὖ cum Jernstedtio et vs. 2 μόνον pro μέν cum Nauckio. Infeliciter Bl. πρᾶγμ'. Ut Latinis imperata facere, ita Graecis ποιεῖν τὰ κελευόμενα (τὸ κελευόμενον) familiarissima est formula.

Fr. 421, 2. Maligne Kock reticuit me ita coniecisse Obs. crit. 90, collato vs. Calliae, quem Menandrum imitatum esse constat. Postea addidi Galeni locum II 56 ed. Kuhn ὡς ἡ παροιμία φησί, μαινομένοις ἀναγκασθέντες συμμανῆναι. Nauck proposuit δ' ἐνιόθ' ἡδύ (unde Bl. Add. p. 341 δεῖ 'νίοτε), coll. Senecae loco, quem affert Kock. <Τὸν σώφρονα> non meum supplementum est, ut e Kockii verbis efficeres, sed Naberi.

Fr. 425. Varie, sed parum feliciter, tentat Bl., nec audiendus est idem ad fr. 428.

Fr. 430. Kock verba sic dividens citare debuerat Naberum Mnem. VIII 125.

Fr. 481, 4. Cf. fr. 531, 7 sq. Vs. sanus videtur nec audiendus Kock, cuius coniectura οὐρανόν pro κοινόν vitiosum infert anapaestum, et omni probabilitate caret Blaydesii suspicio idem vocabulum pro ἄστρ', ὕδωρ substituentis. — Vs. 11. ἂν πρῷ δ' ἀπέλθῃς Bl. — Vs. 13. σκορπίσας Ellis; melius κοπιάσας Meineke, quod quia ᾱ corripi non potuit, sequens ἀπώλεσε in ἔφθασε quondam refingebam. Menandri Ῥαπιζομένῃ e Lexico Sabbaïtico p. 18, 16 accessit:

οὐκ ἔμβαρον

B. τί (pro εἰ Kock) ἔμβαρος; ἀρχασμὸς οὗτος ῥημάτων.

Cf. infra fr. 502.

Fr. 447, 1. ὁρῶν τι βουλεῦσαι κατὰ σαυτὸν γενόμενος· κτέ.

Optime Nauck ἐρῶν. Bl. probans Kockii ἀπορῶν non legit egregiam Nauckii Mél. VI 155 disputationem contra illam, suam coniecturam commendantis Isocrateo loco simillimo I 41 πᾶν ὅ τι ἂν μέλλῃ ἐρεῖν πρότερον ἐπισκόπει τῇ γνώμῃ. Si qua alia coniectura, haec certa est.

Fr. 460, 2. Apposite B. cft. Theophr. Char. I 3 τὰ μὲν σκέψεσθαι φάσκειν. — Vs. 5. Perperam idem θεῖ pro ῥεῖ et in Add. p. 341 nulla necessitate καὶ pro ἤ.

Fr. 491. Recte fortasse Bl. ἐμέ pro τινάς, quod est Porsoni supplementum.

Fr. 494. Pro sano μήτηρ Bl. violenter θάσσοιτ' proponit, verbum a comoedia alienum.

ΦΑΣΜΑ. In scholio ad Eunychi Terentii prolog. vs. 9. Nauck corrigit m a r i t i pro m a t r i s. — Huius fabulae duo fragmenta maiora e codice saec. IV p. C. ex monasterio Sct. Catharinae communicata secum a Tischendorfio edidit Cobet Mnemos. nov. IV p. 286 sq. E bibliotheca publica Petersburgensi, in quam tria folia pergamena devenerant a. 1850, iterum protraxit Jernstedt. Cf. Nauck, Mélanges VI p. 154 sq. et Kock, Mus. Rhen. 93, p. 221 sqq.

Fr. 503, 1. ἤδη vix sanum videri olim monui. Ἦσαν non male Bl.

Fr. 461, 1. λοπάδιον meum probat Naber. De m u l i e r e (cf. Kock) sermonem non esse apparet ex verbis ὑμῶν — ἄνδρες.

Fr. 462, 3. Bl. in dura anapaesti incisione haerens eiecto ταυτί coniecit ξενύδρια <μὲν>, vix recte, quia μὲν loco suo sequitur vs. 5, nec huius loci est repetita particula. Si quid mutandum, scripserim potius:

οἷον τὰ νησιωτικὰ ξενύδρια <τὰ>
ἐν προσφάτοις ἰχθυδίοις τεθραμμένα κτέ.

Sed „nihil temere innovandum", ut utar Angli verbis, in cuius nihil non temere innovantis ore satis ridicule sonant. — Vs. 8. προσήκατ' Headlam apud Bl., qui ipse προσεδέξατ' Ἀρκαδικὸς et alia quaedam (p. 216) proponit; Ἀρκαδικός τις ἔρχεται ἀθάλαττος; ἐν τοῖς λ. ἀ. Ellis apud eundem. — Vs. 9. Recte Meineke ὢν pro ἐν et Madvig λεπαδίοις emendasse videntur; reliqua sana esse arbitror.

Fr. 463. Verissime Cobet ex fr. 568, quod hic ponendum fuerat, καλοὺς ἡμᾶς pro absurdo φιλανθρώπους substituit. Monuit etiam Nauck.

Fr. 466, 5. Frustra Kock λαμπρά pro λάμπει et Bl. μεγάλη pro αὕτη, quod pronomen saepe cum contemptu ponitur, ut latine i s t e, ne quid dicam de mutationis violentia.

Fr. 470. Bl. requirentem κατὰ χειρὸς pro κ. χειρῶν deterrere debuerat vera Kockii observatio „uterque numerus usitatus, singularis in antiquiore comoedia frequentior." Scilicet antiquior usus hic fuisse videtur, ut soli dextrae, qua cibus caperetur, aquam puer infunderet, recentior, ut ambabus.

Fr. 473, 1. Bl. γὰρ θάλλουσιν, sed ita καλῶς abundat, quare praefero meum γὰρ πράττουσιν. Respondi Kockio προστάτην hic aperte a r t i f i c e m significare et φιλάργυρον eum cui non ipsa a r s, sed l u c r u m cordi sit. Nihil igitur locus ita correctus habet obscuri.

Fr. 482, 5. Bl. ἡ πρόνοια δ' ἡ θνητῶν coniecit pro θνητή. Illud perspicuitas postularet, si ageretur de p r o v i d e n t i a d i v i n a circa res humanas, sed intellegenda est ipsa hominum providentia, quae aeque recte h u m a n a quam h o m i n u m dici potest. — Vs. 10. Pro τὴν multo melius Wachsmuth καὶ quam Bl. δή.

Fr. 484, 3. Optime Nauck pro *οἰκία* substituit *στέγη*, cuius glossema est, ut Soph. Phil. 298 schol. *στέγη* per *οἰκία* interpretatur. Sequioris graecitatis h. s. vocabulum *οἶκος* substituerat Bentley, quem imprudentes Meineke et Kock secuti sunt. Vs. 3 sq. igitur sic corrigendi:

στέγη δ', ἐν ᾗ τὰ πάντα πρωτεύει γυνή,
οὐκ ἔστιν ἥ τις πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.

qui tamen mirus est verborum ordo pro hoc:

οὐπώποτ' ἐστὶν ἥτις οὐκ ἀπώλετο,

qui vide an restituendus sit.

Fr. 488, 2. *κάκιστον* pro *μέγιστον* iam pridem correxit Nauck Mél. IV p. 722. Repetit ut suum Blaydes.

Fr. 506 ex fr. 537 corruptum putabat Cobet, probante Nauckio.

Fr. 509, 2. *γεραίτερος* pro *γέρων ἐρῶν*, coll. fr. 136, Naber, qui Nauckii tulit assensum.

Fr. 518, 13. Propter *κρεάδια* crediderim *κίχλας* h. l. non a v e s esse, ut putabat in Indice Iacobi, sed p i s c e s. Quia codex A habet *καὶ τραγήματα*, fieri potest, ut *τραγήματα* (suspectum etiam Blaydesio) sit glossatoris, additum propter sequens verbum *τραγηματίζεται*, et poeta dederit v. c. *καὶ* <*τριχλίδας*>. — Vs. 14. *ἔπειτα μετὰ δεῖπνον* (at ita subiectum erit *ἡ δημιουργὸς*, quod absurdum) aut *ὁ δειπνήσας* Bl. Sed cf. Kock.

Fr. 520. In poeta attico requirebam *τοῖν* et *τούτοιν*.

Incertae originis fragmentis Menandri accessit e Philetaero Vat. ed. Cohn in Mus. Rhen. a. 1888 p. 415 hoc: *μειράκιον καὶ μεῖραξ διαφέρει· μειράκιον μὲν γὰρ ὁ ἄρρην· ἔστι δὲ ἡλικίας ὄνομα, ὥς που διαστέλλει Μένανδρος λέγων*

⏑— *ἔφηβος, μειράκιον, ἀνήρ, γέρων.*

Suppleverim potius *βούπαις* quam *παιδίον*, licet et illud incertum sit.

Fr. 530, 8. *Τρόφιμε*, coll. 531, 1 et 16, recte Bl., qui vs. 21, licet ipse conferat *ἀπομάσσειν* (imo *ἀμομάττειν*) Dem. p. 313, 17, non potuit abstinere a levi coniectura *περιρανάτωσαν*, quam praeterea vetat vs. 23, non melius in vs. 23 *φακούς* mutans in *συχνά* vel *πυκνά*.

Fr. 531, 13 sq. Displicent nova Blaydesii p. 219 tentamina. — Vs. 18. Abblanditur mihi Nauckii coniectura *ὥστ' ἀνὰ μ έ ρ ο ς που καὶ τὸ λ υ π η ρ ὸ ν φέρε.*

Fr. 532, 6. *ἐξετάζειν* (Bentl.) *μήτ' ἀθρεῖν* Bl., *ἐξετάσαι μήτ'* <*οὖν*> *ἰδεῖν* Ellis. — Vs. 15. *ἀθρεῖτε* meum probat Bl., deinde scribens *θ' ἥλικον*.

Fr. 533, 6. Nauck e Stob. flor. 86, 6 substituit *ἔχοις ἰδεῖν ἂν οὐδ' εἰπεῖν*, quamquam mavult *εἰπεῖν ἂν οὐδ' ἰδεῖν*. — Vs. 9. Tuebar *φίλων ἐρημίαν* („carent amicis cognatisque, a quibus id discere potuissent") et mecum Bl.

Fr. 534, 5. *οὗτος* recte tuetur Bl. — Vs. 9—11. Vix recte delet Kock; equidem teneo veterem meam sententiam. — Vs. 11. Bl.

cft. Theophr. Char. XVI κἂν γλαῦκες ἀνακράγωσιν. — Vs. 13. φθόνοι pro νόμοι probabiliter F. C. Schmidt; φόβοι, quod proponit Bl., male abundaret post ἀγωνίαι. Suspicione fortasse non plane caret δόξαι, sed vix cuiquam persuadebit Bl. id corruptum esse ex φθόνοι. Vide num explicandum sit vanae rerum species.

Fr. 535, 2. Cum Richardsio malim πρὸς ταῖς πέτραις γράφουσι τὸν Προμηθέα, qui modulatior versus est. — Vs. 3. Lege γί<γ>νετ'. — Vs. 4. Perperam Bl. αὐτὸν δὲ μισεῖν. Sanum est quod vulgatur. — Vs. 6. Pro ἔθνος Nauck hic et Antiphan. fr. 159, 11 γένος requirit. — Vs. 6 sq. meam coniecturam, quae Blaydesio non displicet, postea defendi, impugnata Kockiana, in qua λάθριοι et κακαί inepta abundantia dicuntur ἐπιβουλαὶ, quippe quae suapte natura clandestinae et malae sint. Contra tradita lectio ἐπιθυμίαι κακαί, quibus indulget uxor, manifeste sana est. — Vs. 8. Eleganter Nauck γαμηλίῳ τε μοιχὸς ἐντρυφῶν λέχει. Possis etiam λέχει τε μοιχὸς ἐντρυφῶν γαμηλίῳ. Nihil tamen novare ausim. — Vs. 10. φθόνος non mutaverim cum Kockio in φόβος, multo enim gravius marito est uxoris invidiosum quam formidolosum ingenium, nec neglegendum est haec omnia dicere osorem mulierum.

Fr. 536, 5. ἐξέρριψεν, scil. τῆς νεώς vel τὴν ναῦν εἰς τὴν γῆν frustra explicat Kock, nam de periculis maritimis agitur demum in sequentibus. Quare quae proposui olim nondum repudio. — Vs. 6. 'στι κλυσμός Bl. Non video necessitatem.

Fr. 537, 1. Necessaria est Dobraei correctio, probata etiam Blaydesio. — Vs. 8. δικασταί depravatum, sed incerta correctio; ipse suspicor φίλοι, 'ν δίκαισι μάρτυρες potius quam φίλοι, γυναῖκες, μάρτυρες, aut et quam (cum Kockio) θιασῶται.

Fr. 538. Non Menandri esse, sed tragici aut tragicorum imitatoris hunc locum olim statui et hodie habeo persuassimum. Quis v. c. comicus hoc sensu usurpavit verbum ἐπαρκεῖν? Mecum μόρον scribendum putat Bl. aut θανεῖν, quod quo pacto in χρόνος mutari potuerit non exputo. Possit etiam cogitari de φθόρον. Si antiqui poetae versus sunt, vs. 9 legatur γί<γ>νωσκε.

Fr. 539, 1. Olim improbavi Kockii coniecturam παιδευθεὶς pro sano βουληθείς, nec aliter iudicat Bl., qui recte animadvertit, ita non opus fuisse particula ἄν. Cft. com. anon. IV 689. — Vs. 4. ὑγιανεῖ rectissime Richards. Cf. etiam λυπήσεται vs. 6.

Fr. 540, 6. Bl. κἀσθενεῖν ἀεὶ ποιεῖ Bl., violentius quam Kock.

Fr. 541, 2. „Corrigendum procul dubio (!) φλυαρεῖς". Bl. Haud vidi magis! — Vs. 7. Idem καιρία 'στιν ἡ νόσος | ψυχῆς, haerens tamen in ψυχῆς posito sine articulo. Quae difficultas evanesceret scribendo καιρία 'στι δὴ νόσος ψυχῆς, sed neque hoc neque καιρός ἐστι δὴ mihi satisfacit, et aliud legisse Plutarchum docet eius interpretatio. Non magis pro εἴσω δὴ repertum est, quod eximat omnem animo

dubitationem. Coniecturis Headlam addit Wyttenbachianum εἰς ὃ δεῖ, quod ipsi persuasit, nec displicet mihi.

Fr. 542, 1. ἀδικοῦντ' ἀξίως Bl. — Vs. 5. ἐπεὶ (aut ἔτι) μεῖζον idem.

Fr. 544, 2. ἰχθῦς Bl., qui non male vs. 3 coniecit, deleto αὐτῶν: ἀκρᾶσίαν τώ τε πόδε καὶ <τὴν> γαστέρα. Aperte enim non agitur de Syrorum incontinentia, sed de mala humorum mixtura. Lenius tamen erit remedium: ἄτοπον (quod pro αὐτῶν iam olim suasi) ἀκρᾶσίαν [τοὺς] πόδας καὶ γαστέρα. Sine articulo πόδας, ut Antiphanis fr. 102, 3, et γαστέρα, ut Aristophanis fr. 475, neque omnino ita raro partes corporis articulo carent. Hic confusio utriusque ἀκρασία causa fuit, cur τοὺς interpolaretur. Vs. 5. καθεῖσαν? — Bl. Si quid mutandum, lege καθῖσαν.

Fr. 545. De infelici Kockii tentamine omnino vid. Nauck Mél. VI p. 118.

Fr. 546, 2 sq. Egregie Nauck Mél. II p. 335, coll. Dion. Hal. Hist. IV p. 267, 9:

διὰ τὴν λαλίαν (?)· ὅρος γὰρ αὔλειος θύρα
ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμισται βίου.

in quibus de primis tantum verbis num recte coniecta sint dubitari potest. Ὅρος etiam Cobet coniecerat, sed Nauck confirmavit Philonis Iudaei loco II p. 327.

Fr. 547, 8 sq. Placet Kockii transpositio:

ἄνυμφος οὗτος, ἀνυμέναιος ἄθλιος (?)
καταστροφὴ γῆς ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐκεῖ.

sed multo minus eiusdem coniectura κἀφιλὴς vel propter additum καί, nec mihi persuadent quae praeterea coniecta sunt, ex quibus nescio an optimum sit quod J. C. Naber, Samuelis Adriani fil., excogitavit ἀθάλαμος, lectum quidem nusquam sed bene formatum vocabulum. Interea vide annon ferri possit ἄθλιος, addito articulo, si omissa omni distinctione legamus:

ἄνυμφος οὗτος ἀνυμέναιος ὁ ἄθλιος
καταστροφὴ γῆς ἐπικαλεῖτ' (ἀποκαλεῖτ' Bl.?) ἐν τοῖς ἐκεῖ,

i. e. uxore hymenaeoque carens, patriae pernicies hic miser vocatur in illis. Quid enim huic sententiae obstet non video.

Fr. 550, 2. Virgulam delet Bl. coniungens δαίμων — ἀγαθός. Idem utrum Menander ex Senecae epist. 110, an hic ex illo corrigendus sit ambigit. Ego quin praeferenda sit elegantior Menandri quae traditur lectio μυσταγωγός non dubito.

Fr. 551. ἐννοητέον θεόν parum probabiliter Palmer apud Bl. Coniecturis, si tanti est, adde θεὸν <δοκῶ>. De personali δοκῶ etiam attice usurpato saepius iam monui.

Fr. 553, 4. Ante Bl. monui recte Dobraeum ὡς in καὶ mutasse, pessime Kockium in σῶς, et temere hunc coniecisse προσλαμβάνεις.

Ceterum quin seri poetastri, non Menandri, hi versus sint nullus dubito.

Fr. 555, 3. τοῖς ζῶσι. Cf. 593, 3. Num quid mutandum sit dubito. Cum Bl. malim πάντες δ' εἰς σέ γε.

Fr. 556, 3. οἴμοι λέγῃ (aut βοᾷ) suasi ante Bl., λαλεῖν hoc sensu usurpatum sequiorum esse monens.

Fr. 557, 4. τοῖς ἀλλοτρίοις metro damnatur, sed incerta est correctio. Vix recte τοῖς ἐναντίοις Kock, melius Bl. τοῖσι τῶν πέλας, sed parum eleganter repetitis verbis in eadem sede lectis vs. 2 (quidni potius τοῖς τῶν πλησίον?); Idem προστιθέασιν ἀλλοτρίοις <ἔχειν>, quod valde displicet. Ita enim ἀλλοτρίοις soloece poneretur pro ἄλλοις.

Fr. 558, 2. Supplementum meum probat Bl.

Fr. 560. Locus est corruptissimus, quod praeter deficientem sententiam arguit συνοικίαν inepte usurpatam pro οἰκίαν et οἰκετῶν pro τῶν οἰκετῶν, quae vitia non curans Kock nimis sibi placebat vs. 3 pro traditis ἀλλὰ παρέλιπον οἰκετῶν εἶναι στάσιν substituens ἀλλ' ἢ παρενείρων οἰκετῶν θεῖναι στάσιν, prius verbum, quod sequioris est usus, usurpans ut nusquam adhibetur, posterius ut tragici, non comici, loqui assolent. Melius certe proposuisset ἀλλ' ἢ <οὐ> παραλείπων οἰκετῶν ποιεῖν στάσιν, modo οἰκετῶν articulo carere possit. Quod si fieri nequit, nondum me poenitet veteris coniecturae vs. 2 sqq. ἐγὼ τὸ „σῴζειν <τοὺς θεοὺς> τὴν οἰκίαν'', | ἀλλὰ „παρέχειν τῶν οἰκετῶν εἶναι στάσιν | ἔνδον παρ' αὐτῷ'' πρᾶγμα χρησιμώτατον, i. e. pro vulgari precium formula aliam non minus efficacem substituebam. Compluria de more tentamina profudit ferax Blaydesii ingenium, quorum tamen nihil satisfacit.

Fr. 561. τῆς σκιᾶς τὴν πορφύραν, i. e. purpuram, quam vesti intexendo umbra efficitur; opponitur λευκόν, lumen, vs. 3. Perperam τῇ σκιᾷ Bl. absque ullo sensu.

Fr. 562, 1. Bene πῶς tuetur Bl., male sollicitans δεικνύω vs. 3.

Fr. 563, 1. Plutarchi verba esse putat Bl., nescio an recte. — Vs. 2. l. γί<γ>νομ' et nota festivum oxymoron λεπτὸς γίγνομ' εὐωχούμενος. — Vs. 3. τὰ σκεμμάτια hodieque me vere correxisse arbitror. Iniuria Kock mihi obiecit deminutivi usum, aptissimi me iudice, quia is qui loquitur ista contemnit. — Vs. 4. Bl. cft. Eupolidis fr. 146, 2, nec recte Bl. probare Meinekianum σκωμμάτια apparet ex adiectivis σοφά et στρατηγικά, quod saltem στρατιωτικά esse debebat.

Fr. 564, 2. μὲν οὖν pro μόνον certa Valckenaerii correctio, probata etiam Blaydesio.

Fr. 564, 4. Recte Bentley. Bl. γυναιξὶ — πλείσταις. Non accedo.

Fr. 566, 1. Vid. Nauck Mél. VI p. 119. — Vs. 3 κακουργεῖ tuetur Bl.

Fr. 586. Ad Trophonium pertinere putabat Nauck. — Vs. 3 sine nomine auctoris citare Stob. Ecl. 2, 7. 13; p. 124, 2 monet idem. Vid. supra ad fr. 468.

Fr. 570, 3. Si sanum est ταῦτα, δύσκολον ad eum pertinet, cui suadetur, ne alteri significet se quoque scire quod is ipsum celare velit. Quia tamen id non facere res est facillima, nescio an δύσκολον potius referendum sit ad celantem secretum, cui grave sit alium scire, quod ipse solus tenere sibi videtur. Quod si ita est, requiritur βούλετ' ἄλλον εἰδέναι.

Fr. 571. Nauck μηδὲν ἔμπλεων, melius μηδὲν ἐντελὲς Bl., coll. Ar. Eq. 1367. — Vs. 3. Nauck λῷον, ego κρεῖττον, et sic Bl. aut μεῖζον.

Fr. 572, 2. Lege γι<γ>νώσκων.

Fr. 573, 1. Abblanditur mihi altera Blaydesii coniectura:

ὀργῇ λογισμὸς <οὐδέ>ποτ' οὐδεὶς φύεται,

nisi quod modulatius scripserim <οὔ>ποτ'.

Fr. 575, 3. Olim tentavi τοῦτ' ἴσθ' ἀκριβῶς, sed cf. Aesch. Pers. 784 εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστε.

Fr. 576, 1. ἐπιπονώτερον, quod recte Ellis reddidisse videtur in fr. 693, 2 Pseudo-menandro pro εὐτονώτερον, hic vix aptum videtur, et praefero quod olim proposui ἔσθ' ἐπιφθονώτερον, quamvis dissentiente Bl., qui ipse vs. 3 αὐτὸν temere mutat in ἐστίν.

Fr. 578, 2. λογισμοῦ pro λόγου μὲν perperam Bl. Ad vs. 3 cft. Alex. III 407 et Soph. fr. 681.

Fr. 580, 3. ὠφελῶν sine causa Kock.

Fr. 581. Ope huius loci Jernstedt sic restituit relliquias in vetusto codice orientali, asservato hodie in bibliotheca Petersburgensi:

ἐπισ[φαλῆ μὲν] πάντα τἀνθ[ρώπων· ἐμοί,]
οἴμ[οι, πόλις ἐστὶ καὶ καταφυγὴ καὶ νόμος,]
καὶ τοῦ [δικαίου τοῦ τ' ἀδίκου παντὸς κριτής]
ὁ δεσπ[ότης· πρὸς τοῦτον ἴσα δεῖ ζῆν ἐμέ].

Fr. 591, 1. <γὰρ> διακειμένῳ κακῶς proposui, consentiente Nauckio, qui tamen ipse praefert μὴ καλῶς διακειμένῳ.

Fr. 593, 2. πολλά τοι τίκτει χρόνος speciose Bl. — Vs. 3. Idem μύθων πέρα pro ζώντων τρόποι, et eiusmodi quid sane expectatur; sed deterret mutationis violentia.

Fr. 595, 1. Lectionem ἀχάριστος hic cum Bl. praetulerim.

Fr. 597, 3. τῶν κτημάτων Bl. aut cum Nabero καὶ καταφάγῃ. Nisi forte est versus politicus. Quin enim seri poetastri sint hi versus, non Menandri, vix dubito, quod idem valet de fr. 598, ubi vs. 1. Kock frustra καὶ λυποῦ, Bl. μηδ' ἄλγει coniecerunt, neque video quidni tres versus, quibus Studemund locum auxit, admittamus.

Fr. 599, 3. Solum τὸ θῆλυ subiectum esse indicare videtur vs. 1 et iungendum τῆς ψυχῆς τῷ πάθει. Ambigit Bl., nec prorsus certa est interpretatio.

Fr. 602, 1. Ingeniose Headlam, coll. Terentii Heaut. 77, Plaut. Trin. 447, 563, supplevit:

<ἄνθρωπός εἰμ᾽· ἄνθρωπος> οὐδείς ἐστί μοι
ἀλλότριος, κτέ.

Menandri Ἑαυτὸν τιμωρουμένου particulam esse suspicatus.

Fr. 603. Cf. etiam F. W. Schmidtii Krit. Stud. III p. 12 (Nauck).

Fr. 611, 2. In ταῦτ᾽ fortasse non temere haesit Bl., coniciens δοῦλα γίνεθ᾽ (imo γίγνεθ᾽) ἡδονῆς vel ταὔτ᾽ (pariter = κατὰ ταὔτ᾽?).

Fr. 613, 2. Idem τοὺς μὴ δυναμένους (τὸν — μένον) ζῆν καλῶς μὴ ζῆν κακῶς. Num opus?

Fr. 614. In pap. Hercul. I 74 legi πιστὸν, non πλείστης monuit Nauck.

Fr. 615. Bl., improbata Kockii coniectura, ipse aut (fere ut ego sed minus leniter) ἐγὼ μὲν οὖν εἰμ᾽ εὐτελής, aut perperam ὁ μὲν ἀνόητος quae notio pugnat cum sequenti εὐτελής. Equidem hodie manus do Kockio, nam optime ὀκνηρός opponitur verbis θρασὺς σφόδρα in vs. 2.

Fr. 620, 1. εὐηθία pro εὐήθεια in comico (tragici enim talia sibi permittunt) suspectum est. Placet Blaydesii coniectura εὐηθικόν.

Fr. 621. De ἀλόγιστος Bl. cft. Menandri fr. IV 92, 143, 192, 143, 241, 255, 263, ἄλογος in comoedia nusquam legi animadvertens.

Fr. 623, 2. Nauck τὸ πόλλ᾽ ἀναλοῦν et cum Bentleio πεινῆν. Bl. cft. Ach. 734 πεινῆν κακῶς.

Fr. 625 legi etiam apud Gregorium Naz. vol. II p. 210 C, ubi esse σαυτὸν αἰσχύνου, monuit Nauck.

Fr. 628, 1. εὖ πιὼν μάτην λαλῇ peius quam Kock Bl. Nondum abicio meum ὢν πρέπει, quod solum aptam praebet sententiam. Facile enim fieri potest, ut Stobaeus locum iam antiquitus corruptum (*ΠΡΕΠΕΙ* in *ΠΙΗΙ*) in florilegium suum receperit, itaque meam coniecturam libri titulo confutari nego. Τὸ προσποιεῖσθαι (εἰδέναι) non est ebrii praesertim proprium, ut arbitror.

Fr' 630, 2. ἀλλ᾽ ἢ hic malim cum Bl.

Fr. 631, ἑαυτοῦ meum probat Bl., explicans tamen in the case of himself, coll. fr. 682, 1. Hodie inter ἐφ᾽ αὑτοῦ et ἑαυτοῦ pro tradita scriptura dubitanti suspectum mihi est compositum συνορᾷ pro verbo simplici. Fortasse legendum τὰ κακά ποθ᾽ ὁρᾷ — σαφῶς, — ὄψεται.

Fr. 632, 2. Bl. τὸ συνειδέν᾽. Neque hoc neque τὸ συνειδὸς necessarium esse arguit Euripides Or. 396 dicens:

ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν᾽ εἰργασμένος.

Fr. 633, 2. Lege λειτὸν cum Nauckio. — Vs. 1. Bl. τοὺς πενομένους <γὰρ, quidni δὲ?> δεῖ. Lenius L. Dindorf.

Fr. 635, 1. ὁ ῥῶν suspectum Blaydesio; si recte, facile conicias ἀθρῶν. — Vs. 2. Recte Cobet γίνεται, nisi quod Menander attice scripsit γίγνεται, ut fr. 636, 1 corrigendum προκαταγι<γ>νώσκων.

Fr. 638, 1. βλέψῃς iure retinuit Kock; Cobeti et Meinekii coniecturae male quadrant in vs. sequentem nisi correctum et ipsum, et otiosa

est violenta Blaydesii mutatio *γίνωσκ'*, cuius reliqua in hoc fr. tentamina vide apud ipsum.

Fr. 642. *Πολεμικοῖς* requirunt Kock et Bl. Ex Atticis tamen Thucydides, si qua optimis libris fides, scribit plerumque *τὰ πολέμια* (res bellicae), quod constanter facit Herodotus.

Fr. 644. Vulgatam merito revocat Bl., qui cft. 1093, 1.

Fr. 645, 1. *τὸ καλὸν* <*ὂν*> temere Bl., qui vs. 2 probans Cobeti *προσιδὼν*, insuper tentat *προσορῶν*.

Fr. 647, 2. *ἂν εὖ* pro *ἐὰν* Nauck, ut fr. 667, 1; Philemonis fr. 88, 2; fr. 588, 1. Vulgatam ipse tuebar, provocans ad Meinekii notam ad Philemonem IV 50.

Fr. 648, 1. Lege *γι*<*γ*>*νώσκειν*.

Fr. 653, 1. Malim *τοῦ καλοῦ πεφρόντικεν*. Violenter Bl. *τοῦ καλῶς ζῆν φροντιεῖ*. — Vs. 2. Activum *ποιεῖν* ostendere Meinekium recte *ᾖ* coniecisse monet idem.

Fr. 654. Locum sanum varie sollicitat Bl., item fr. 655.

Fr. 656. Cft. idem fr. 497; 509; Ar. Thesm. 450.

Fr. 657 Euripidi recte tribuit Nauck, vs. 2 coniciens *οἶδε φύνθ'*: „Causa cur Menandro tribueretur a Stobaeo fuit simile fr. 261".

Fr. 658. *θυγατὴρ ἐπίγαμος, κἂν ἄλλως μηδὲν λαλῇ*
διὰ τοῦ σιωπᾶν πλεῖστα περὶ αὑτῆς λέγῃ.

Recte utrumque verbum sedem commutare iussit Nauck, perperam vero coniecit *ἐπίκληρος*, nam aperte hic agitur de quavis puella nubili, quae silentio suam prodit modestiam.

Fr. 661, 1. *ἀληθῶς* requirit Bl., non ego.

Fr. 662, 1. *σκληρότερος* recte Nauck, coll. fr. 189, sed vs. 2 sine causa *τῷ δ' ἔργῳ*.

Fr. 665, 1. *ἀλόγιστον* nulla necessitate Bl.

Fr. 666, 2. Kock *ἢ πολλὰ φανεροῦ, Φαῖδρε, μετ' ὀνείδους λαβεῖν* melius quam Bl. *ἃ φανεροῦ δεῖ μετ' ὀνείδους* <*τοῦ*> *λαβεῖν*, manifeste enim traditae voculae *δεῖ* hic locus non est, nec magis pronomini indefinito. Melius coniecisset *ἢ πολλὰ φανεροῦ δὴ μετ' ὀνείδους λαμβάνειν*, quae Kockianis praetulerim.

Fr. 667, 2. *ἀνθρώποις* optime tuetur Bl. Sententia enim haec est: *φύσει οὐκ ἔστι λύπης ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀλγημάτων*. Cf. simillima sententia fragmenti 668.

Fr. 670, 2. Libri *συγκεκλεισμένος*, Kock *συγκεκλῃμένος*, quod est veteris atticismi, sed Menander et aequales *συγκεκλειμένος* scripsisse videntur.

Fr. 672, 2. Pro *πταίοντα* Nauck, coll. Aristid. I p. 810, *μύσαντα*, melius quam Bl. *πάσχοντα*, aut *ἄνδρα τιν'* vs. 1. Num *πταίοντα* corruptum esse satis constet dubito.

Fr. 673. Nauck cft. Men. monost. 431 et Jamblichi protrept. c. 21.

Fr. 674. Idem coniecit *οὐ καλὸν* (cum F. W. Schmidtio) *ἐλέγχειν*, coll. Septem sap. sentent. V 111 (*θέλων ἐλέγχειν ἀτυχίαν σιγωμένην*) et

χρησμοὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν ap. Buresch, Klaros p. 125. Bl. οὐ πρέπον vel οὐ δέον.

Fr. 676. H. l. respicere Plut. de lib. educ. cap. 8 monet Nauck.

Fr. 678, 1. εὖ ἴσθι pro ἔστι sine sensu Bl. Idem 679, 2 triplici coniectura vexat certam Clerici emendationem.

Fr. 681. Propter οἶμον hic locus Menandro abiudicandus et tragico cuipiam tribuendus videtur. Prorsus enim improbabilis videtur Blaydesii coniectura εἰς ὁδὸν πορεύεται, quod nemo sic mutasset. Cum Schneidewino requiro ἐμπορεύεται.

Fr. 682, 2. ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Bl. Perperam.

Fr. 683. De περιβεβλῆσθαι Nauck cft. Aeliani fr. 71 p. 221 A et Libanium in Boisson. Anecd. p. 165 et Basilium de legendis libris gentil. vol. II p. 175. Garn., pro πράγματα cum Kockio requirens γράμματα. Perquam infelix huius coniectura est περιβεβῦσθαι.

Fr. 685. Ad Sicyonium refert Nauck, coll. fr. 442.

Fr. 686. Idem in Kockii nota bis corrigit cod. Wolfenbutt. Vindob. pro Wolff. Vind.

Fr. 687, 2. Pro οὗτος εὐσεβής Kock, probante Bl., coniecit οὐκ ἔστ᾽ εὐσεβής. At quidni, ne littera quidem mutata, scribamus: οὗτος εὐσεβής; num hic pius est? ut quondam monui?

Fr. 689, 1. πανοῦργος Nauck, quem vid. Mél. VI p. 123. Ὑπεισελθών si recte damnat Bl., non latet saltem quod coniecit ἐνδυθείς, quod infimae graecitatis est pro ἐνδύς. Potius conicerem, nisi me deterreret mutationis audacia: πρᾶον κακοῦργος σχῆμα περιβληθεὶς ἀνήρ aut περιβεβλημένος, coll. Xen. Oecon. II 4 τὸ σὸν σχῆμα ὃ σὺ περιβέβλησαι.

Fr. 691, 1. Temere olim tentabam: οἶσθας, ἐξελέγχεται. Cf. 591, 3.

Fr. 693, 2. ἐπιπονωτέραν melius quam ἐντονώτερον coniecit Ellis apud Bl. coll. fr. 576, 1; non recte ego ἐπιφθονώτερον cum vitioso anapaesto.

Fr. 694. 2. κριθήσῃ recte Nauck.

Fr. 697 legi etiam apud Gregorium Naz. vel II p. 210 C docuit Nauck, qui vs. 2 coniecit δυστυχῆσαι νόμισον.

Fr. 698, 1. Δᾶε pro δοῦλε non male Bl., si Menandri eclogam esse constaret, sed seri poetastri eiusmodi adnominationes venantur potius quam vitant.

Fr. 700, quod Menandro abiudicatur, quid sibi velit plane me latet. Absurde enim dicitur lex observata nihil esse nisi lex, non observata et lex et carnifex. Intellegerem potius ipsum contrarium: si enim non observatur, mera verba sunt et voces; sin observatur et vere lex est et punit maleficos. Quare transpone:

νόμος φυλαχθεὶς καὶ νόμος καὶ δήμιος,
ὁ (καὶ?) μὴ φυλαχθεὶς οὐδέν ἐστιν ἢ νόμος.

Quid sibi velit χὠ δήμιος (Bl.) ipse viderit. Vix autem opus est

monere valde mediocrem esse hanc sententiam idque enuntiatam verbis bono poeta indignis.

Fr. 701, 1. καὶ pro κἄτα ne apud pessimum quidem poetam ferri potest. Bl. πρὶν μανθάνειν, quod propter πρῶτον verum esse nequit. Legendum:

μὴ πάσχε πρότερον τὸν νόμον ἢ μάνθανε (μανθάνειν?).

Non esse antiqui poetae hoc fragmentum satis esse constat. Cf. Kock. — Vs. 2. προευλαβοῦ et alia Bl.

Fr. 706, 2. Violentissime Bl. et ne apte quidem οἷς μήτ' ὀνήσεταί τι μήτε χρήσεται; praeterea graecum est ὧν — ὀνήσεται. Acquiescendum in Meinekii correctione.

Fr. 707. Bl. cft. fr. 712. — Vs. 2. Frustra bis idem tentat vs. insanabilem.

Fr. 709. Ingeniose Ellis ap. Bl. ἰταμὸς ὁ σῴζων ἦσθα et νόσον <σὺ> σῴζων — ἀποθνήσκεις, et sic Bl., nisi quod ἐστὶ (vel ἐστιν δ' ἄρ' pro ἦσθα τὴν) et νόσον <δὲ> malit, alia quoque tentans.

Fr. 710, 2. Frustra Kock ἐπισκοποῦ et ἐπινοοῦ pro ἐπισκέπτου, quae forma seram horum versuum, qui leguntur etiam in Boissonadii Anecdotis III p. 472, originem confirmat. Spero fore ut futurus editor Disticha ista Parisiensia (haud minus quam Monosticha) cum omnibus iis, quae ex Comparatione Menandri et Philemonis fluxerunt, nisi aliunde firmata, in Spuriorum caput conferat. Vs. 1. τῶν πέλας κατηγορεῖν Bl., qui vs. 2 male praefert suum πρόσθ' vel πάρος (!) Meinekiano πρῶτ' pro πρῶτον.

Fr. 711, 1. Temere Bl. ξύλον pro κλάδον. De proverbio praeter notata a Kockio cf. Phot. et Plut. prov. 18 σκαμβὸν ξύλον οὔποτ' ὀρθόν.

Fr. 712. Bl. ἐκ μεταβολῆς ἐπὰν τὰ σ' ἐπὶ κρεῖττον πέσῃ (ῥέπῃ) | ὥστ' εὐτυχεῖν, κτέ. non male.

Fr. 714. Bl. ὅταν γέρων γνώμην γέροντι <μετα>διδοῖ. Sed γέρων γέροντι de industria versifex coniunxisse videtur, quare praetulerim saltem ὅταν γέρων γέροντι γνώμην μεταδιδοῖ, nam in brevi syllaba ante γν non producta ne recentioris quidem comoediae poetae offenderunt. Vs. 2. Idem ἐπισωρεύεται.

Fr. 718. Coniecturam meam ap. Kockium probat Bl. Postea tentabam:

εἰ μὲν δή <,φίλε,>
<σὺ> πόρον ἔχεις <τιν'>· εἰ δὲ μή, κτέ.

Fr. 720 optime correctum a Porsono. Nihil egit Bl. contra metrum κἀπὶ σπορᾷ proponens.

Fr. 721. Vid. Nauck, Mél. VI 124.

Fr. 722, 1. Cum Bl. malim ἐλευθέρ<ι>ον. Idem inutilia alia proponit, non melius sollicitans fr. 723.

Fr. 726. Perperam idem supplet <ἀμήχανον γὰρ> ἔργον, quamquam ipse cft. Men. IV 146. Et quid notius quam ἔργον ἐστι, difficile est? Sed recte fortasse λῦσ' ἐν χρόνῳ coniecit idem.

Fr. 727, 1. Male Bl. carpere Bentleii correctionem ἠτέρα apparebit consultanti Meisterh.[3] 71, 8. Ceterum fortasse recte Naber παρῆν ἑτέρα, quamquam citari potuit sententia imperfecta ab Eustathio.

Fr. 731. 1. Naber speciose κρίνον pro νεκρός, probante Nauckio. Cf. Stephani Thes. s. v. Contra disputat Bl. p. 232, ipse proponens κοὐδὲ εἷς, coll. Av. 799, aut κἀσθενής. At Eustathii verba probant eum legisse, quod νεκρός significaret.

Fr. 732. Eunapius p. 69, 17 ed. Born. ἠπίσταντο σαφῶς ὅτι ἄρχοντος μὲν εὐπορήσουσι, τοιοῦτον δ' οὐδ' εἰ πλάττοι (ed. πλαστὸς) θεὸς εὑρήσουσιν. Quem locum allatum a Meinekio neglexit Kock.

Fr. 733, 1. Lege γί<γ>νεται. Suspectum est ἅπασι. Bl. proposuit ἄριστον.

Fr. 734, 1. Headlam ἂν γὰρ (aut ἃ γὰρ ἂν) μεθ' ἡμέραν <τύχῃ> τις σπουδάσας, aut lenius τις σπουδάσῃ, quod praetulerim.

Fr. 736. Nescio an recte Bl. post γυναῖκας poni iubeat interrogandi signum.

Fr. 739 optime emendatum a Meinekio novis nec optimis coniecturis lacessit Bl. Nauck cft. Philostr. vit. Apollonii 5, 21 πλεῖστον Ἀφροδίτης ἔχων ἐν τῷ αὐλῷ. Cf. etiam Arist. Ran. 1045, ubi Euripides ad Aeschylum: μὰ Δί' οὐδὲ γὰρ ἦν (Cob. οὐ γὰρ ἐπῆν) τῆς Ἀφροδίτης οὐδέν σοι.

Fr. 740, 2. <τάσδε> τὰς θύρας et alia Bl. Sed aliud quodvis sequi potuit. Temere idem sollicitat fr. 743 et 744 et 752.

Fr. 745, 2. φόβος, an exceeding cause for fear, optime tuetur Headlam ap. Bl. coll. Men. 652 et Sosicr. 4, nec opus audaci Blaydesii coniectura ὑπερβάλλον τέρας. Non solet mulier χρηστὰ λέγειν, itaque, si quando id facit, maxime metuendum, ne pravi quid mente agitet.

Fr. 753. Admissa Cobeti coniectura, lubens legerim:

<ταῖς φροντίσιν> τὸν νοῦν ἔχων ὑποχείριον
εἰς τὸν πίθον δέδυκα.

intellegens de eo qui vino loturus curas, quibus animus sit obnoxius (coniectura ὑποβρύχιον necessaria non videtur), (quasi) in dolium sese demisisse ait. De Diogenis dolio cum Kockio cogitari nequit.

Fr. 754. Non φιλόνικος cum Bl. ex Aristaeneto in φιλόνεικος, formam vix graecam, corrigendum est, sed e Menandro emendandus Aristaenetus. Meam emendationem λίαν pro μία, deleto glossemate εἰς μῆνιν, receptam oportere iudicabat Nauck Mél. VI p. 125. Μιαρά parum feliciter Palmer ap. Bl., qui ipse quod πρηνής significet expectat, quale quid non facile reperietur. Nec comicus, opinor, εἰς μῆνιν, sed εἰς ὀργὴν dixisset.

Fr. 760. Bl. virgula distinguit post οἰκίας; cft. Monost. 168.

Fr. 764. Nec ὑπόπτευε (Kock) nec ἐπίταττε (Bl.) mihi placet. Num fuit

<μὴ>
Κορινθίῳ πίστευε μηδὲ χρῶ φίλῳ?

Sed fortasse sufficit lenissima Bothii correctio: Κορινθίῳ 'πίστει τε καὶ μὴ χρῶ φίλῳ.

Fr. 766. Cum Bl. probo Nauckii correctionem, spreta Kockiana.

Fr. 768. Gregorius Naz. III p. 16 B. ὄντως ἀσυλλόγιστον κτἑ. et Orat. III p. 66 B ἀλλ' ὄντως ἀ. κτἑ,, ubi Elias Cretensis p. 297 A versum tribuit Phocylidi. Monuit Nauck, qui Mél. VI p. 126 in fr. 770 meam coniecturam probat, coll. Nicostrati fr. 19, 4, p. 225. Ego contuleram Menandri fr. 417 b. — κἀστάθμητον audacius Bl., quamvis ipse citet fr. 812 τύχης ἄνοιαν.

Fr. 791, 1. Iam Dorvillium ad Charitonem I 4, 3 ante Dobraeum h. l. correxisse monet Nauck.

Fr. 796. Monostichi 323 lectionem substituendam putat Bl. Tradita h. l. lectio μεῖζον οἰκέτου φρονῶν non potest significare, ut putat Kock, qui supra servum sapit, quod graece dicitur πλεῖον' οἰκέτου φρονεῖν, sed significat qui supra servum spiritus gerit. Fieri autem potest, ut utraque sententia in fabulis Menandri reperta sit.

Fr. 799. Non haereo in γήμῃ (Bl. γῆμαι), sed in εὔνους ἐμοί, pro quo sententia requirit τῶν οἷς εὐνοῶ, quod vix attractione dici potuit ὧν εὐνοῶ, quare olim proposui:

μηδέποτε γήμῃ μηδὲ εἷς ἐμοὶ φίλος.

nec leniorem possum excogitare medicinam.

Fr. 803. Temere Bl. δυσήνιον τε aut δύστηνόν ἐστι.

Fr. 806. Recte idem τοὺς pro πρός, nam requiritur articulus nec graecum est δίκας γράφεσθαι πρός τινα.

Fr. 81~~9~~. Sine causa idem ἂν ῥᾷστα. De industria poeta annominationis causa scripsit αἴσχιστα, et quidni αἰσχρῶς φέρειν τι eodem iure dicatur quo καλῶς? Monetur nescio quis, ne pudeat ipsum paupertatis, rei per se non inhonestae, sed quae vitioso pudore fiat turpissima.

Fr. 813. Bl. v. l. σῴζεται ταῖς ἐλπίσιν tuetur Pauli ep. ad Rom. VIII 24 verbis τῇ γὰρ ἐλπίδι σῴζεται. In Menandraea tamen sententia expectatur potius βόσκεται (cf. Eur. Phoen. 399, Bacch. 619), quod coniecit F. W. Schmidt probante Nauckio.

Fr. 815. ἐπὶ τοῦτ' ἐγένοντο πάντες, ἔνθα λήξομεν. Recepta Porsoni correctio ἐνθάδ' ἥξομεν obscuram praebet sententiam, quae non fit clarior Blaydesii coniectura ἐπὶ τοῖσδ' sive τῷ δ'. Venit in mentem: ἔπειτ<α δὲ || οὐ παρ>εγένοντο πάντες, ἔνθ' ἐλέξαμεν.

Fr. 820. πᾶν τοὔργον ὀρθῶς ἐκμαθεῖν χρόνου μέτα. Bl. πᾶν τοὔστιν vel πᾶν ἔστιν. Utrique saltem praetulerim πάντ' ἔστιν, nam in tali re Graecum est πάντα, ut Latinum omnia. Si moralis sententia est, tale quid procul dubio requiritur, sed quis praestet haec verba non excerpta esse e loco, ubi agebatur de certa quadam re, quae non nisi tempore adiuvante penitus cognosci posse aliquis dixerit? Quare cautius est abstinere manum.

Fr. 824. Cur v. l. *πολυετής* praeferenda sit, vix quisquam praeter Bl. intelleget. Et hoc quaeso reputes nusquam *πολυετής*, passim *πολυτελής* (cf. Iabobii Index) occurrere in comicorum reliquis. Vetulae ab illis *γρᾶες* et *γεραίτεραι* et *σαπραί* dicuntur; contra *πολυετής* tragicae dictionis esse docet Euripides Or. 473. Hel. 857., unde sumsit sera oratio pedestris.

Fr. 825. Facilius *πικρός* corrumpi potuit ex *πινῶν* (Kock), quam e *ῥυπῶν* (Bl.). Quid quaeso prodest melioribus addere deteriora?

Fr. 826. Optime Naber *τοῦτο*.

Fr. 827. Cobeti, non Schmidtii, emendationem esse *θαυμαστῶς* monet Nauck. Perperam *θαυμαστὸν* coniecit Bl.

Fr. 828. Kockii correctio (pro *εὐγενής*) *εὐτελής*, vilis, et aptior est et facilior (ΤΕΛ — ΓΕΝ) quam Blaydesii *δυσγενής*, ignobilis, et nititur loco BA 380, 16. Cf. *παιδισκάριον εὐτελές* Menand. IV 266 (137) M. Non erat igitur cur Bl. scriberet: Quidni *δυσγενής*?

Fr. 832. Quia cauti est critici leniora remedia praeferre gravioribus, non video quidni obtemperemus Meinekio corrigenti *ἤδη* (vel *ἠδὶ*) <*δ'*> *ἀλεαίνει*, spretis Kockii et Blaydesii tentaminibus *ἔνδον* et *ἔνδον* <*δ'*>. Sola altera illius coniectura *ἵν' ἤδ' ἀλεαίνῃ* cum Meinekiana de principatu pugnat.

Fr. 834. Cur *αὐλαίαν* suspectet Bl., scire pervelim. A tentando loco eum abstinuisse miror.

Fr. 836. Quia praegressa desunt, sciri nequit utrum *οὐδὲ* — *οὐδὲ* an *οὔτε* — *οὔτε* sit genuina lectio nec magis utrum *ἡμῶν* — *ἔχω* an *ὑμῶν ἔχει* (Bl.) Menander scripserit.

Fr. 837. Formulam militarem *θᾶττον ἢ βάδην* Bl. affert etiam ex Aristaeneti ep. II 14.

Fr. 838. Inutiliter tentat Bl.

Fr. 845. Antiphani tribuit Nauck Mél. VI 127. Bl. cft. Pauli I ep. ad Tim. I 9; Rom. IV 15; Gal. III 19.

Fr. 846. *ὁ θάτερος μὲν τοῖν δυοῖν Διοσκόροιν.*

Falso Menandro tantam stribliginem tribui habeo persuasissimum, cum praesertim eam Chrysippo adscripserit Eustathius. Cf. Kockii nota. Menandrum scripsisse *ὁ μὲν ἕτερος γὰρ* putat Bl. Vid. supra ad Heniochi fr. 16.

Fr. 848. Temere sollicitat Bl.

Fr. 849. Headlam *ὡς* (*ἐπεὶ* Bl.) *σὺ περίεργός* <*τις*> *εἶ*, facilius etiam Meineke *καὶ σὺ* <*γὰρ*> *π. εἶ*. Recte Onesimo Headlam tribuit vs. sq. sic correctum:

Ο. γλυκύτερον οὐδὲ ἓν γὰρ ἢ πάντ' εἰδέναι.

Nauck, qui Cobeti probat coniecturam, citat Cyrillum c. Iulianum VII p. 230 C *ἐπειδὴ δέ ἐστι γλυκύ τι πάντα εἰδέναι.*

Fr. 852 falso Menandro tributum esse propter similem sententiam fr. 225 monet Nauck, qui cft. Theocr. XXI 32 sq.

Fr. 853. Lectio ἐκ γειτόνων neutiquam defenditur, ut putat Bl., Aristophanis locis Plut. 435, Lys. 701, quorum diversa est ratio, ubi praep. ἐκ aeque est necessaria atque hic ἐν.

Fr. 861. Verbum περιφράττειν apud Plutarchum satis munire arbitror correctionem meam περίφραγμα, qua ne commemorata quidem, Bl. inutilia tentat.

Fr. 866. Bl. παρετράφην <ἄν>.

Fr. 871. Corrige ἐξηύρηκα.

Fr. 873. In scholio recte Bl. ἐπὶ Ληναίῳ.

Fr. 877. ἐκάθηντ' ἐπὶ δίφρου μήτηρ τε καὶ παρθένος. Spectantes pompam aliquam, ut suspicor, coll. fr. 494 μικρὰ Παναθήναι' ἐπειδὴ δι' ἀγορᾶς πέμποντά σε, Μοσχίων, μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος, ubi malim ἀφ' ἅρματος. Cf. etiam fr. 558, quod olim ope Cistellariae I 1, 91 explevi.

Fr. 879. ἀλλὰ καὶ χαμαιτύπη | κρίζει τις. Addit Eustathius ὅ ἐστι ποιόν τινα ἦχον ἀποτελεῖ. Fort. πικρόν. Huiusmodi enim clamor expectatur ab istis.

Fr. 882. Blaydes ὅλη γὰρ ᾄδει <τοῦτο> τὸ κακὸν ἡ πόλις.

Fr. 883. Menandri tamen verecundia, quam laudat Meineke, non deterruit Bl. ne διεμήριζε verum duceret. Paucissima verba certi quid pronuntiari vetant.

Fr. 884. ταυτί σ' Bl.

Fr. 886. Schneidewini coniecturam probat Nauck Mél. VI p. 127.

Fr. 887. Bl. εἶτ' ἄραντες vel (parum probabiliter) ἀλλ' ἄραντες.

Fr. 890. Imo γί<γ>νεται.

Fr. 896. Eustathius 1595 extr. μύρα καὶ κρόμυον (sic), οἱ τόποι ἐν οἷς αὐτὰ ἦσαν. οὕτω καὶ Μένανδρος ἀναμενῶ σε, φησί, πρὸς τοὔλαιον. Contra schol. Hom. Od. 8, 260 Μένανδρος· ἀνάμεινόν με πρὸς τοὔλαιον. Procul dubio grammatici unice curantes Atticorum usum significandi fora venalia mercium nominibus, veniendi verbum, unde suspensa fuerat praepositio, addere neglexerunt, nec quidquam proficitur Blaydesii coniectura παρὰ, quod hic graecum esse minime demonstratur loco Ran. 194, ubi recte et ordine legitur ἀναμενῶ παρὰ τὸν Αὐαίνου λίθον. Latine quidem optime dicitur apud forum pro in foro, sed de loco, ubi quid fit, rarius κατά, plerumque ἐν Graeci adhibent, dicique solet ἐν (τῇ) ἀγορᾷ, ἐν τοὐλαίῳ, ἐν τῷ μύρῳ, ἐν τοῖς λαχάνοις, ἐν τῷ οἴνῳ etc. etc. Probabile est Menandrum, sive Eustathii sive scholiastae sequimur testimonium, dedisse:

ἀναμενῶ <δέ> σε (vel σ' ἐγὼ)
ἐλθόντα πρὸς τοὔλαιον.

aut: ἀνάμεινόν με <σὺ>
<ἐλθόντα> πρὸς τοὔλαιον.

aut saltem aliquid simile.

Fr. 908. Inutiliter supplere conatur Bl., nam variis modis, i. e. sine ulla probabilitate, id fieri potest.

Fr. 913. πατάγημα. Ut λάλημα, ἄλημα, παιπάλημα, τρῖμμα, etc. (Bl.).

Fr. 918. De forma οὐθέν ubique reddenda Menandro vide quae scripsi s. v. οὐθείς — μηθείς in Lexico meo Suppl. et dial. p. 605.

Fr. 923, 5. φίλτατον non mendosum est, ut videtur Bl., sed optime explicatum a Meinekio.

Fr. 924. ὡς Ἀλεξανδρῶδες ἤδη τοῦτο· κἂν ζητῶ τινα,
αὐτόματος οὗτος πάρεσται· κἂν διελθεῖν δηλαδὴ
διὰ θαλάττης δέῃ τόπον τιν', οὗτος ἔσται μοι βατός.

Vs. 1. Kock ἤδη· πάτον ἐάν, at neque τοῦτο commode abesse potest neque πάτος est comicae dictionis, sed Homeri et Alexandrinorum, itaque vitii sedes τινα videtur, pro quo fieri potest ut fuerit τρίβον. Bene autem se habet κἄν, si admirabundam exclamationem ὡς — τοῦτο parasito assentatori gloriosi cuiusdam militis tribuentes, huic (militem dico) in iactando pergenti reliqua adscribimus. Vs. 2 et 3 pro παρέσται et ἔσται praesentia expectabam cum Blaydesio. In reliquis caecutire me fateor, neque enim, ut antehac, mihi hodie satisfacit vs. 3 Kockii coniectura πόρον pro τόπον, neque ferri possunt quae profert Bl.: κἂν διελθεῖν ποι δέῃ διὰ θαλάττης εἰς τόπον τιν', οὗτός ἐστι μοι βατός, quia sententia manifesto postularet αὕτη ἐστί μοι βατή, ut mittam ineptam abundantiam ποι δέῃ — εἰς τόπον τιν'. Ceterum sub otioso δηλαδή, in quo merito haerere videtur, potius latet δὴ δέῃ. Ne in gravissima quaestione sim ipse ἀσύμβολος, donec certius reperiatur, dubitabundus propono:

κἂν διελθεῖν δὴ δέῃ
διὰ θαλάττης ἐπὶ τόπον τιν', οὗτος ἐστί μοι βατός.

i. e. et si transire mare per distantiam quandam opus, haec pedibus permeabilis mihi est. Qui usus, ut temporalis ita localis, praepositionis ἐπὶ cum accusativo in vulgus notus est.

Fr. 926. De infelici Kockii supplemento recte Bl. „Mire consociarentur pavo et milvus." Locus mihi est perobscurus.

Fr. 928. Headlam δεῖ γὰρ πλουτοῦνθ' ὑπόπτως, coll. fr. 666, 1; violentissime Blaydes δεῖ γάρ με πλουτεῖν λανθάνοντα μάρτυρας || πολλούς, ὅπως μὴ τοὺς ὁρῶντας ἕξομεν, mira tautologia. Ipse olim tentabam:
δεῖ γάρ, ἂν πλουτῶν τύχῃς, μὴ μάρτυρας πολλούς <σ'> ἔχειν τοὺς ὁρῶντας.

Hodie malim partim cum Headlamo: δεῖ δέ, μὴ πλουτῇς ὑπόπτως, μάρτυρας πολλούς <σ'> ἔχειν κτέ., scil. qui testentur te bonis artibus divitias tuas adeptum esse.

Fr. 929. Corrigendum συγγενῆ pro εὐγενῆ in Crameri Anecd. Ox. III 247, 5.

Fr. 932. Ante Bl. φορτίον probavit Cobet, monente Nauckio, qui cft. Eur. Herc. 638 et Sent. sept. sap. 188 βαρύτατόν ἐστιν ἄχθος ἀπαιδευσία.

Fr. 935. Etiam Menandrum *πρίονα* scripsisse putant Palmer et Bl., qui inutili conatu totum senarium restituere tentat.

Fr. 939. Vide quae post Alexidis fr. 107 inserui.

Fr, 942. Recte Bl. tuetur *λεγούσας*, sublata virgula post *τοιαῦτα*.

Fr. 968. Temere Kock *αὐταιτιώτατος*, nam *αὐταίτιος* vox graeca non est.

Fr. 975. *οὐ μηκέτι;* bene restituit Bl.

Fr. 977. *τορευτά*, scil. *ποτήρια*, ut Apollod. Gel. IV 439, quem citat Bl., tentans *τορευτόν*. Nusquam in comoedia *τορνευτὰ ποτήρια* commemorari monet idem.

Fr. 989. Bl. *οἵ τε πολλοὶ κτἑ.*

Fr. 990. In BA 374, 6 Bl. coniecit *γράφεται δὲ ἡ λέξις ἀλάβαστον* (aut *καὶ ἀλαβαστον*) *χωρὶς τοῦ ρ̄ παρὰ Μενάνδρῳ* pro *μάλιστα καὶ*. Si quid mutandum, sufficit transponere *καὶ* post ρ̄. Idem *γύψινος* coniecit pro *ψήφινος*, quae vox dubia vocatur a Papio, sed legitur in pap. mag. Paris. 2931, vs. 1075 *Ἁρποκράτου ψηφίνου ὄντος ἐν ἱέρῳ κτἑ.*

Fr. 1014. Non debuerat propagari vitium dudum correctum in Phryn. Ecl. 195 *καταπύγωνος* pro *καταπύγονος*.

Fr. 1026. Phot. *Κυραννή· ὄνομα θεοῦ γυναικείας Κιλικίου· οὕτω Μένανδρος*. Correxit Nauck Mél. VI 127: *οὕτω Μένανδρος Κόλακι* et ex Hesychio *Κυρράνη*. An *γυναικείας· Κόλακι οὕτω Μένανδρος?*

Fr. 1030. Lege *ληστοσαλπικτάς* cum eodem apud Photium. Hinc Hesychio pro *ληστοσαλπιγγης* reddatur *ληστοσαλπικταί*, non *ληστοσαλπιγκταί* cum Bl.

Fr. 1033. Phot. *Μαρμάριον· τῆς Εὐβοίας ὅρμος καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος*. Recte *ὅρος*, ut videtur, Blaydes.

Fr. 1046. *ὄλολυν· Μένανδρος τὸν γυναικώδη καὶ κατάθεον καὶ βάκηλον*. Photius. Parum probabilis est Blaydesii coniectura *κίναιδον*. De *μητραγύρταις* sive Gallis cogitandum esse arbitror. *Κατάθεος* est fanaticus.

Fr. 1055. *πέφηνας· τὸ εἴρηκας. Μένανδρος*. Optime *'πέφηνας*, i. e. *ἀπέφηνας* Kock. Inauditum est Headlami *πέφηκας* (sic), et quo iure *πέφηνας* tueatur Bl. ipse videat.

Fr. 1058. *πορνοκόπος*. Cf. *δημοκόπος*, *κυνοκοπεῖν*, *ξυλοκόπος*, *ξυλοκοπεῖν*, *νεόκοπός* (= *νεόκοπτος*), etc.

Fr. 1083, 1. Medela prorsus incerta. Coniecturis addit Bl. *ὅταν μὲν ἡμῶν ζῇ τις ἀμέριμνον βίον*. — Vs. 2. Rectius idem, ni fallor, *οὐκ αἰτιᾶται τὴν τύχην εὐδαιμονῶν* pro *ἐπικαλεῖ τι* quam *ἐγκαλεῖ τι*. Nam altera coniectura, quam ipse praeferre videtur, tam sententia damnatur quam grammatica, quae dativum postularet. Sensus enim: non causam suae felicitatis tribuit fortunae. Opponitur vs. 4 *εὐθὺς προσάπτει τῇ τύχῃ τὴν αἰτίαν* = *αἰτιᾶται*. Verbum *αἰτιᾶσθαι* est *μέσον ῥῆμα* h. l. aptissimum. — Philemoni cum Meinekio locum tribuit Nauck.

Fr. 1084. Headlam, coll. Philem. 110: *μή νυν θέλε | λυπεῖν <σεαυτὸν>*, quibus admissis, versum sic explere possis:

λυπεῖν σεαυτὸν, <τοῦτό γ' εὖ> εἰδώς ὅτι κτέ.

Vs. 8. Lege *γί<γ>νεται.*

Fr. 1086 inter adespota recipiendum fuisse monet Nauck.

Fr. 1091. Errore coniecturam meam sibi probatam Meinekio tribuit Bl. Nihilominus, coll. Philemonis fr. 24, quod corruptissimum supra tentavi, proponit *εὔλογος γεγὼς φύσιν*, non reputans *εὔλογος* numquam disertus, quod hic requirit sententia, significare, sed rationi consentaneus, speciosus, verisimilis.

Fr. 1092 = Euripidis fr. 1031 Nck.[2]. Pro *καρτερὸν λίθον* corrigendum esse *μάρμαρον λίθον (πέτρον?)* nuper ostendi in Mus. Rhen. 1901, p. 1. — Vs. 2. Perperam Bl. proponit *ῥᾴδιον ἐπισχεῖν* pro *ῥᾷον κατασχεῖν*, quod compositum necessarium videtur.

Fr. 1094. *ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλουσίαν· τὰ δὲ χρήματα*
ταῦτ' ἐστιν ὄψις, παραπέτασμα τοῦ βίου.

Passim pronomen *οὗτος*, ut iste latine, cum contemptu ponitur. Quod moneo propter Bl. temere conicientem *μόνον* pro *ταῦτ'*.

Fr. 1095 si recte tribuitur (neque est cur dubitemus) Menandro, perperam editores servarunt *περισσός* pro *περιττός*.

Fr. 1098, 1. Dudum ante Bl. Nauck correxit *ὁ γέλως <ἐ>ὰν ᾖ μὴ [τοῦ] γέλωτος ἄξιος, κτέ.* Insuper Bl. *ὁ γέλως <γὰρ> ἂν κτέ.*, sed sufficit illud.

Fr. 1101. De huius fragmenti origine e genuino disticho Menandreo in tabella Abbotiana (vid. Kock) probabiliter iudicavit Jacobi. Fallitur Bl. *τρέχε* mutans in *τρέσῃς* vel *πόνει.*

Fr. 1103 –1105. Solum fr. 1103 esse inter septem sapientum apophthegmata monet Nauck Mél. VI p. 129, et fr. 1104 ante Rutgersium lectum fuisse *ἅ. ἀνθρώποισι μεταμελίαν.*

Fr. 1108. Cf. Nauck l. l.

Fr. 1110. Monostichi lectionem *ἀργοῖσιν* iure praeferens, Bl. p. 349 non male coniecit *παραστατεῖ*, coll. Soph. El. 917 et O. R. 460. Nam expectatur notio *παρέστηκεν*, adstat.

Fr. 1111. Cf. Nauck Mél. VI p. 130.

Fr. 1112. Idem citat Dionem Cass. 69, 22, 4: *λέγων καὶ βοῶν τὸ δημῶδες· ὅτι πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν.*

Fr. 1116. Nauck Mél. VI p. 130 „Reines prosa. Hat mit Menander nichts zu schaffen. Vielmehr ein Ausspruch des Bias. Vgl. die Bemerkungen zu Soph. 678."

Fr. 1128. Hes. *ἀφαιᾶσαι· ἀπαλγῆσαι· ἀπολειτουργῆσαι καὶ ἀπολέσαι κτέ.* Headlam *ἀφανύσαι* (quod fortasse legendum esse Soph. O. C. 1712) aut *ἀφανίσαι*, aut utramque glossam Hesychio reddendam esse suspicatur Headlam. Huc certe quadrat explicatio *ἀπολέσαι*, sed quo pacto *ἀπαλγῆσαι, ἀπολειτουργῆσαι* (praesertim prius) conveniat *τῷ ἀφανύσαι*, me latet.

Menandri Inc. fab. fragmentis Nauck l. l. p. 130 addidit Philodem. περὶ εὐσεβείας pag. 42: λέγουσι [δέ τι]νες, οὓς καὶ Μέν[αν]δρος παραινί[ττε]ται, καὶ τὴν Ἑ[κάτην] ὀπαδὸ[ν Ἀρ]τέ[μιδος] εἶναι.
et Headlam schol. Aesch. Ag. 488:

τούτους διπλασίᾳ περιπεσεῖν ἀθυμίᾳ.

Praeterea huc accessit magnum fragmentum ex papyris Oxyrrhynchycis, quod supra commemoravi s. v. ΓΕΩΡΤΟΣ post fr. 70.

Hipparchi fr. 1, 1. πόθεν pro ποῦ δ' dudum ante Bl. correxi. Post Jacobium idem cum vss. 2 sqq. cft. Theoph. Char. 5.
Fr. 2, 3. Speciose Bl. τὰ μὲν γὰρ ἄλλ' ἢ πόλεμος ἢ καὶ (vel τις) μεταβολὴ | τύχης ἀνήλωσ' κτέ.

Lyncei Fr. I 4. γὰρ ἔστιν pro γάρ ἐστιν recte Bl. — Vs. 2. Idem αὐτῶν (sc. πίνακα) pro αὐτὸν, quod tamen ferri posse videtur, neque ei accedo vs. 21 proponenti οὖν σύ pro αὐτό, quod sanum est. — Vs. 16. Probat inventum meum κατέπλασα pro κατέπασα (quod pro κατέπλησα cum Meinekio reposuit Kock), vere monens, ita dicendum fuisse κατέπασα τοῦ χείλους.

Archedici fr. 1, 4. Non recte Bl.:

Β δῖνον; <τί δῖνος ἐστιν;> ὦ <Ζεῦ καί> θεοί.

quemadmodum ita tantum rogari poterat, si δῖνος, quod poculorum genus nemo non noverat, nomen esset hucusque inauditum. Ediderim, ut olim suasi:

δῖνον; * * * * * δεινόν, ὦ θεοί.

Vs. 3. Idem praefert meam coniecturam οὐκ οἴσεις Kockianae οὐκ εἴσει pro οἰχήσει. — Vs. 6. Malit τὰ λάχανά θ' pro τὸ λάχανον, in quo non haereo. — Vs. 11. Iam olim monui sermonem atticum postulare formam παρανηλωμένη.
Fr. 3, 1. Headlam, coll. Menandr. 319, 2 et Nicomach. 1, 8 (p. 386), apte supplet:

δραχμῶν τριῶν γλαυκίσκον <ἠγορασμένον>
γόγγρου κεφαλὴν καὶ τακερόχρωτα τεμάχια
δραχμῶν πάλιν πέντε

ubi hodieque mihi placet haec vetus mea coniectura pro τὰ πρῶτα. Vana enim est Kockii obiectio „at non qualia — sed cuius piscis essent indicandum erat", si quidem una cum κεφαλὴν verba τακ. τεμάχια pertinent ad congrum, piscem ingentem, qui non integer emptus erat, sed optimae eius partes. Longe improbabilior est me quidem iudice ipsius Kockii coniectura τάδ' ὀρφῶ et prorsus reicienda Blaydesiana λάβρακος, quae vix litteram cum vulgata communem habet. Vs. 9. Potius sequar Kockium πόλλ' ἔδει pro πολλὰ καὶ emendantem quam Bl. πρίασθαι mutantem in ἐπριάμην. Utrum hic post τοῦτο

et χαμαί (10 sq.) rectius ponat signum interrogandi necne difficile dictu est. Utraque enim interpungendi ratio, sive exclamatio est sive indignabunda quaestio, aeque recte se habere videtur.

Apollodori Geloi fr. 1. Traditum τουτί praefero Blaydesiano τοῦτο. Ad fr. 3, 2 idem cft. Menandri fr. 977.

Apollodori Carystii fr. 4

τὴν ἐπωμίδα
πτύξας διπλῆν ἄνωθεν ἐνεκυμβωσάμην.

Quia ἐπωμίς erat mulierum, Blaydes praefert v. l. πτύξασα, quae tamen numeris parum commendatur. Corrigendum potius ἐξωμίδα, notum servorum vestimentum. De verbis κυμβοῦσθαι et ἐγκυμβοῦσθαι consulatur Angli critici adnotatio.

Fr. 5, 23. τοὺς τὴν ῥάφανον πωλοῦντας ἕψειν Μεγαρέων. Meineke interpretatur „brassicam qui venalem adportent Megarenses melius ipsos eam coquere et vesci. Ita vero saltem ἕψεσθαι expectaretur aut ἔσθειν, addito potissimum αὐτούς, ipsos. Quare locum sanum non esse habeo persuasissimum, nec tamen sanasse Grotium ἐλθεῖν Μεγαρέας aut Blaydesium ἐλθεῖν Μεγαράδε proponentes. Vix aliud dederat Apollodorus quam ἔρρειν Μεγαρέων. In malam rem facessere poeta iubet Megarensium institas forum Atheniense brassica, vilissimo olere, in hac quam sibi fingit vita luxuriosa onerantes.

Fr. 15. Verba prorsus desperata frustra temptarunt Ellis et Blaydes. Tu quod vides perisse, perditum ducas!

Fr. 18. Proposuit Headlam:

τὸν λύκον,
<τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο> τῶν ὤτων ἔχω,
οὔτε κατέχειν <γὰρ δυνατὸν> οὔτ' ἀφιέναι.

vel <δύναμαι γάρ>, in ultimis sane propius ad verba tradita a scriptoribus quam quae suaserat Kock, quocum tamen malim priora sic legere, ut habet Aristaenetus:

τὸν γὰρ λύκον πως, φασί, τῶν ὤτων ἔχω,

deinde vero ex altera Headlami coniectura (nam δύναμαι ex ipso, ut iam Meineke animadvertit, Apollodoro habet Donatus):

οὔτε κατέχειν δύναμαι <γάρ>, οὔτ' ἀφιέναι.

Fr. 19. Non male Bl. μόνος φίλος <γὰρ> φίλον ἐπίσταται φιλεῖν.

Fr. 23. Headlam, coll. Nub. 1481:

<πρὸς τοῦτο> μυρίας <με γραψάσθω>δίκας.

quali versui optime respondet Terentiana versio:

sescentas proinde scribito iam mihi dicas.

Quod perite coniectum est, quoniam Graecum πρὸς τοῦτο accurate respondet Latino proinde, nec praeferendum:

<προσληξάτω νυν> μυρίας δίκας <ἐμοί>.

Blaydes vix recte <ἐπιγραψάτω νυν> κτέ., nam sensu multum diverso verbo ἐπιγράφειν in re iudiciali utuntur Athenienses.

Apollodori fr. 1, 2. ἂν ᾖ<ς> necessaria est Blaydesii correctio.

Fr. 3, 2. Probabiliter idem εἴωθε pro ἔοικε, quia ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά vix potest significare ἅπασαν νύκτα εἰκός ἐστι φαίνεσθαι μακράν.

Fr. 13, 4. Feliciter idem ἐκ παιδὸς εὐθὺς pro αὐτοῦ, quod vitium mirum est tamdiu latere potuisse viros doctos.

In vs. 14 οὐ πόλιν ὅλην φυλὴν δὲ μαλακὸς ἀνατρέπει. Si re vera φορῶν ὁ, quam absurdam lectionem mihi tribuit Bl., in scriptis meis legitur, haud dubie id typorum vitium est pro φύρων ὁ, i. e. ταράττων, quae coniectura lenitate itaque probabilitate longe superat ipsius suspicionem κυκῶν ὁ. Recte autem plene interpungi iubet post vs. 16.

Fr. 14, 3. V. l. εἰσιόντι probat idem.

Fr. 15, 2. Verba παρὸν ζῆν ἡδέως legi etiam in Euripidis fr. 193, 2 monet Bl.

Anaxippi fr. 1, 8. Cum Bl. malim, coll. Eustathii verbis, οἷσι (pro οἷς ὁ) Κρόνος, sed non accedo eidem vs. 16 ἀνεκάθηραν in ἀπεκάθηραν mutanti. De venis purgandis optime dicitur ἀνακαθαίρειν (anfraümen), sordes internas expellere. Temere idem vs. 29 tentat ἔσθ' ἕκαστα pro εὐθύς ἐστ', in quo nihil vituperandum. Concedo vero suspectam esse admodum lectionem vs. 21:

μειράκιον ἐρωμένην
ἔχων πατρῴαν οὐσίαν κατεσθίει.

ubi vix recte coniecit:

ἔχων κατέδεται τὴν πατρῴαν οὐσίαν.

quia multo aptius est traditum tempus praesens. Potius igitur πατρῴαν mendosum esse credens suspicor:

μειράκιον ἐρωμένην
ἔχων τρυφερὰν τὴν οὐσίαν κατεσθίει.

unde melius etiam appareat, cur patrimonium devorare dicatur. Corruptelae ansam dare potuit superscriptum glossema πατρῴαν. — Vs. 46

τὴν φύσιν
ἵνα διεγείρας πνευματῶ τὸν ἀέρα.

Verba corrupta. Aptam sententiam praebet Blaydesii coniectura πνευμάτων ἐλευθερῶ, sed quid sibi velit πνευματῶ τὴν γαστέρα (i. e. ut in ventum mutem ventrem?), quae est altera eiusdem suspicio, prorsus me latet.

Fr. 2, 1. Optime Bl. κινήσας pro κινῇς καί. Alteram eiusdem coniecturam pessimam prudens reticeo.

Fr. 3, 3. Vs. nondum sanatus.

Fr. 4, 1. Ferri nequit otiosa vocula γε, sive cum Bl. legendum est ἀλλ' <ἐγὼ> sive mecum ἀλλὰ <γὰρ> τοὺς φιλοσόφους. — Vs. 3. Olim conieci σφόδρα pro ὁρῶ, quod post εὑρίσκω (vs. 2) abundat, probante Bl.

Fr. 6, 1. Acquiescendum in lenissima Dobraei correctione φέρ' οἶσ' pro φέροις, prae qua sordent Kockii et Blaydesii tentamina. — Vs. 2. Ellis ap. Bl. τυροκνήστεις, παῖ, δέκα vel ἕνδεκα, quantum numorum iure mireris, ipse Bl. τυρόκνηστιν, ἐσχάρας, quales ariolationes nullius sunt pretii. Speciem saltem habet πελλίκην, quod pro παιδίκην leni coniectura proposuit Nauck, nec tamen verum videtur, quia ea vox constanter uno λ scriptum occurrit. Aeque difficilis est in vs. 6 sive explicatio sive emendatio vocis ἀγωνιστηρίαν. Quia autem κύβηλις erat cultri species, quod (componitur enim a Polluce VI 98 cum voce τυρόκνηστις, cf. Cratini fr. 315) etiam ad radendum adhibitum esse videtur, agi aliquid posset, si ultima traditae lectionis pars celaret κνηστηρίαν, unde penderet gen. pluralis eliciendus ex ΑΓΩΝ. Nihil vero tale reperiens (nam ἀλῶν non aptum videtur), dubitabundus propono:

καὶ τὴν κύβηλιν τὴν ἀπόκνηστίν <μοι φέρε>.

Fr. 8, 1. μέλην. „A honey-jar, honey being the usual libation to the dead." Headlam.

Philippidis fr. 2. Vid. Nauck, Mél. VI p. 132.

Fr. 5. ἦλθ' pro ἦλ' Blaydes. Cur tandem? — Vs. 3. γελάσασ' <ἠρέμα> Palmer ap. Bl.

Fr. 6. ἔλεγον δ' ἐγώ σοι μὴ γαμεῖν, ζῆν δ' ἡδέως.

Ut confirmant sequentia, ἠθέῳ nulla necessitate coniecit Kock, quod olim observavi et nunc consentientem video mihi Bl., qui recte tuetur προβάλλειν vs. 4.

Fr. 8. Iure idem monet Philemonem scripsisse fabulam, cuius titulus fuit ΠΑΡΕΙΣΙΩΝ. Cf. Meineke Men. Phil. p. 375 (Kock II p. 492).

Fr. 9, 5. ἔσθοντας. Suspectum, cf. Kock. Fieri potest ut sit glossema genuinae lectionis κάπτοντας, quam substitui iubet. — Vs. 10. Multum dubito num lateat, quod putabat Kock, ambiguitas in verbis

ἂν γάρ ἀναθῇ τις, εὐθὺς ἥρπασεν

propterea quod ἀνατιθέναι de solis rebus dis dedicatis usurpatur, non de iis quae in mensa domi proponuntur, quod est παρατιθέναι. Et satis hercle festive haec sine ulla ambiguitate dicta sunt. „Difficile" alter dixerat „erat olim vas adeo pretiosum dis dicatum videre." Succlamat alter „Profecto etiam nunc, quoniam simulac aliquis dedicavit rapit alius." Notavit τῶν ἱεροσύλων aetatis suae audaciam Philippides.

Fr. 13. ὀρθῶς γε τὴν ῥύμην ὡδοιπορήκαμεν.

Suspecta mihi est admodum in antiquo scriptore forma ὁδοπεποιή-

καμεν, quam coniectura ei obtrudere voluit Kock. Nam ὡδοποιημένη (cum vv. ll. ὁδοποιουμένη et ὁδοποιησαμένη) Xen. Anab. V 3, 1 procul dubio recte in ὡδοποιημένη mutavit Dindorf coll. Hell. V 4,39, nec scholiastae Vesp. 836 ὀνοματοπεποιῆσθαι (quod citat Bl.) hac in re testimonii dictio est. Recte etiam Herod. VIII 129, 2 διοδοιπορήκεσαν, sive διωδ. mavult Bl. Quare nondum abicio veterem meam coniecturam ὁδοιπορήσομεν. Si accusativus ῥύμην usurpatus ad analogiam voc. ὁδόν ferri nequit, conici potest:

ὀρθῶς κατὰ τὴν ῥύμην ὁδοιπορήσομεν

sive ὀρθῶς hic recte significat, sive recta, ut Rav. habet Ar. Pac. 160.

Fr. 15, 2. Non debebat Bl. pro corrupta lectione ἐσθίοντα probare Thomanam εὐσθενοῦντα, quia sic antiquiorum neminem dixisse satis constare videtur, nam ubi olim legebatur Eur. Cycl. 2 recte L. Dindorf restituit ηὐθένει, et hoc ipso loco Bernard suasit εὐθενοῦντα. Nauckio placebat audacior Cobeti coniectura εὖ πράττοντα, melior sane, si vs. 1 κακῶς διακειμένῳ significat infelici. At eodem iure ea verba accipias de aegrotante, itaque vera videtur Bernardi emendatio lenitate sua commendabilior. Cf. Cratini fr. 327, ubi Lobeck mutato accentu εὐθένει dedit pro εὐθενεῖ, sed corrigendum est ηὐθένει.

Fr. 17. ὅταν ἐξίῃς,

παραγώγιον <ὢν> ἂν ἐκφέρῃ σ' εἰσπράξομαι.

Correxit Cobet. Bl. non ferens „duram anapaesti incisionem", quo pacto ὢν abesse possit vellem significasset. Et omnino duriores illae incisiones adeo crebrae sunt, ut criticis magis quam poetis displicuisse videantur.

Fr. 18, 4. θ' pro δ' sine causa idem.

Fr. 19. Probabiliter Bl., admisso supplemento meo vs. 2, scribit:

τοῖς συκαμίνοις δ' ἀντὶ τοῦ φύκους <,ὁρᾷς;>
ὅλον τὸ πρόσωπόν <ἐστι καταπεπλασμένη>.

Fr. 20. πλακοῦντες, ἐπιδορπίσματ', ᾠά, σήσαμα·
ὅλην λέγοντ' ἂν μ' ἐπιλείποι μ' ἡμέραν.

Vix sufficit Kockii correctio. Nondum me poenitet proposuisse:

ὅλη λέγοντ' ἂν πάντ' ἐπιλείποι μ' ἡμέρα.

Omnia dicere volentem totus me deficiat dies.

Fr. 22, 2. πόστην ὑφοδώσεις, παιδάριον, ῥύμην; Β. τρίτην,
ὁ γὰρ στένωπος οὗτος ἐν Ἀθήνησιν ἦν.

Si vs. 2 revera est Philippidis (praeter Meinekium vid. Nauck Mél. VI 133), conici poterit:

ὁ γὰρ στένωπος οὗτος ὃν ἐσήμηνεν ἦν.

scil. aliquis, de quo sermo fuit in praegressis. Kockii coniecturam ἐν ἀφόδοισιν ἦν non intellego.

Fr. 23. οὗτος οἴεται περισπάσειν
κερμάτιον αὐτοῦ.

Eripere aut surripere aliquid alicui Graece περισπᾶν dicere posse cras credam, haereoque imprimis in praepositione, quam minime tuetur verbi περιτρώγειν usus Ar. Ach. 270. Vesp. 396. 672, in quo eius vis satis elucet; nam expectatur ἀπό vel παρά, aut, si de clandestino furto agebatur, ὑπό. Quod sensisse videtur Bl. iusto violentius tentans οἴεται | ὑφαρπάσεσθαι. Fortasse sufficit οἴεται | ὑποσπάσειν κτέ.

Fr. 25, 3. καὶ τὰς ἑταίρας εἰσαγαγὼν τῇ παρθένῳ.
Requiro προσαγαγὼν aut cum Nabero ἐπαγαγὼν. — Vs. 7. ταυτὶ pro ταῦτα malim cum Bl.

Fr. 26, 1. λέγοντά <σ' ἦ> recte Kock, nec opus est dativo, quem requirit Bl. coniciens λέγοντι σοι. Vid. v. c. Xenarchi fr. III 617 (1, 7) M. ὧν ἔστιν ἐκλεξάμενον — μὴ κλίμακα στησάμενον εἰσβῆναι λάθρᾳ, ut uno de multis defungar exemplis huius structurae. Etiam σοι minus probabile est quam σ' ἦ supplementum cum propter loci sen tentiam, sequitur enim ἥμαρτον, tum ob mutationis facilitatem.

Fr. 27. Optime Headlam tuens Eustathii lectionem ὑπερήφανοι, vs. 3 sq. sic constituit:

ὑπερήφανοι ('γὼ μὲν γὰρ ἐξέστην ἰδὼν)
κρατῆρες ἀργυροῖ, κάδοι μείζους ἐμοῦ.

Vs. 1, quidquid dicit Kock, necessarium iudico veterem meam correctionem ἂν (= ἃ ἂν) pro ἂν (= ἐὰν), quae etiam unice convenit emendationi Headlamianae. Aliter sed minus recte hoc fragmentum tractavit Bl. p. 246.

Fr. 31. ἀποστρεφομένης τὴν κορυφὴν φιλεῖς μόλις.
Licet κεφαλὴν expectarem, nihil novare ausim. Saltem locus non est violentae Blaydesii coniecturae ἀποστρεφομένην τὴν Γλυκέραν κτέ. Ad genetivum participii commode suppletur αὐτῆς aut nomen mulieris, de qua sermo fuit in praegressis.

Hegesippi fr. 1, 2. Temere Bl. propter Athenaei verba IX 405 D σὺ οὖν δρῶν τι φαίνου καινὸν mutat optimam librorum lectionem δὴ in οὖν vel νῦν. Nec vs. 3 cum eodem praefero κόπτ' ἐμέ receptae lectioni κόπτε με, quia nulla est in pronomine emphasis. — Vs. 25. Recte observans ἑστήξετ(αι) esse antiquissimum huius hellenistici usus exemplum pro ἑστήξει, Bl. tamen abstinere non potuit a proponendo ἕστηκεν, quod multo minus aptum esse quam futurum latere nequit eum qui paullo diligentius legerit vss. praegressos 20 sqq. — Vs. 29. Tueor veterem sententiam τῶν καθημένων de ipsis spectatoribus intellegendum esse et inutilem esse Meinekii coniecturam κεκλημένων, quamvis placeat Blaydesio, nec probare possum Kockii interpretationem.

Fr. 2, 3. τὸ — ζητητὸν pro ὃ — ζητοῦμεν temere Bi.

Sosipatri fr. 1, 2. ἂν κατανοήσῃς. Bl. ἂν ἐννοήσῃς vel ἂν εὖ σκοπῇ τις.

Cur quaeso? — Vs. 5. λυμαίνεται passive, ut interdum βιάζεσθαι et alia verba media. — Kock in Mus. Rhen. a. 1888 p. 608, coll. Plut. 67 aliisque locis, proposuit <ὃ>λέγω, τὸ διδασκαλεῖον ἡμεῖς σώζομεν, nec male vs. 20 ἐννοεῖς, ὦ (cum Meinekio) φλήναφε; pro οἷος εἶ γε, φίλτατε; quod vix tolerabile. Verum eidem assentiri nequeo vs. 23 pro λάβωμεν substituenti ἐλάβομεν, pro quo requireretur εἰλήφαμεν, i. e. ἔχομεν, et ὅτε pro ἵνα, quae si reponere mecum reformidas, stat mihi vetus sententia ante hunc versum quaedam excidisse. Idem Kock l. l. versus audacissime sic disponit 10—12. 20—23. 13. 14. 17. 15. 16. 18. 29. 24. — Vs. 21. Cum Bl. ἐπανέρχετ' expectes pro προσέρχετ'. — Vs. 15. Quid in fine exciderit prorsus incertum; βαβαί coniecit Meineke, τί φῄς; Bl., sed alia multa aequo iure proponi possint. — Vs. 17. περὶ φύσεως sine articulo, quem addi iubet Bl., recte se habere vel multa philosophorum *ΠΕΡΙ ΦΥCΕΩC* scripta testantur. — Vs. 29. Recipiendum esse ἔσται pro ἐστι (Meineke) docet praegressum futurum ἐπάνεισι. — Vs. 30 sq. Traditum πάντα servat Meineke, deleto φασί, sed nescio an rectius Bl., servato utroque, scribat πάντ' ἐν περιφορᾷ pro ἐν τῇ περιφορᾷ. — Vs. 35. Recte explicatur τυντλάζεται, neque opus Blaydesii coniectura τυρβάζεται. — Vs. 39. καταβαλέσθαι, verbum architectonicum, quod de fundamentis ponendis usurpatur, mirifice sane h. l. iungitur cum voce τοὐπτάνιον, quod παρὰ προσδοκίαν pro τὸ θεμέλιον illatum esse putat Palmer apud Bl., ioco quidem, si ita est, perfrigido. Verbum depravatum esse existimo cum Kockio, sed iusto violentius, coll. Hegesippi fr. 1, 19, Bl. ἁρμόσασθαι proposuit, licet eiusmodi notionem aptam esse facile concedam. — Vs. 42. δεῦρο κἀκεῖ pro δεῦρο κἀκεῖσε, aut quod reponendum hodieque credo, δεῦρ' ἐκεῖσε, si sanum, est hellenisticum. Tuetur Kontos Ἀθηνᾶ III p. 386. — Vs. 50. Bl. cft. Eq. 25. Nub. 399. — Vs. 53. ἐπανέντα, sc. τῆς θέρμης et μέσως, scil. θερμά explicat Blaydes. Nisi forte poeta oppositum voluit μέσως sequenti ὅλως (ἀποψύξαντα). — Vs. 55. Probabiliter Kock Mus. Rhen. l. l. proposuit πείσθητι καὶ δείξας pro τίς δή τι παραδείξας.

Euphronis fr. 1, 6.

Νηρεὺς δ' ὁ Χῖος γόγγρον ἧψε τοῖς θεοῖς.

Non intellego. Proposui ἧψεν ἰσοθέως i. e. δαιμονίως. egregie. Vs. 9 Kock Mus. Rhen. 1888, p. 607 mecum transponens post vs. 8, post vs. 10 statuit unius versus lacunam, cuius initium fuerit ἐξεῦρε (imo ἐξηῦρε) καινούς. Ad verba ἀπὸ συμβολῶν συνάγουσιν Bl. citat Diphil. 43, 28 ἀπὸ συμβολῶν συνάγοντα. — Vs. 12. Mecum Bl. ἡμῖν pro ἡμῶν. — Vs. 18. Idem ναῦταί τινες (pro οιτινι οι), admissa Palmerii coniectura πολιοὶ pro πολλοὶ. — Vs. 21. Codd. τότε λευκω κρεῶν, Porson Λύκῳ κρεῶν τότ', Bl. ὦ Λύκε, κρεῶν τότ'. — Vs. 27.

Volebam ἐκόπτονθ' οἱ παρόντες προσβολήν, coll. Ar. Pac. 39, quod e Blaydesii nota non intellegitur. — οἱ γέροντες sine causa Bl. — Vs. 32. Coniunge ἡμέρας (ἡμέρα?) δύο, et videbis temere Bl. conicere ἑσπέρας, audacissime praeterea tentans χορδὰς ἐριφείους — ὠμάς, oblitus insuper corrigere, quod tamen ita necessarium est, ζητουμένας. Insuper pro ἀποσβέσας proponit καθηγίσας. Ceterum locum depravatum esse optime perspexit. Aut fallor, aut lacuna laborat sic partim explenda:

χορδῆς <δέ γε τόμους?> ἡμέρας ζητουμένους
δύ' ἐχθὲς ὠμοὺς εἰς * * * *
* * * * * * τὸ πῦρ' ἀποσβέσας.

Sed quis quaeso reliqua probabiliter explere poterit? — Vs. 34. Pro καὶ πρὸς Bl. κἀπεὶ vel χὤτε, quibus locus obscurus non fit clarior, nec καὶ πρὸς, et praeterea, temere mutandum.

Fr. 2 sanissimum est. Temere post Madvigium sollicitat Blaydes.

Fr. 3, 2. σεῦτλον pro δὲ σεῦτλα recte Bl. — Vs. 4. ἀπόισον bene tuetur, nisi quod ἀπότεισον scribendum esse hodie constat.

Fr. 7, 1. Bl. recte τίς ἔστι (pro ἐστι) et mecum χαί pro καί, sed vs. 2 improbabiliter σκόπει pro μαθών. Orationem imperfectam esse intellexerunt editores. — Pollucem II 185 bene e Photio corrigit Bl.

Fr. 9, 2. κἀσθίονθ' ἅμα
ἐποίησε πηδᾶν, ὅθεν ἐκλήθη κάραβος.

Kock „πηδᾶν non intellego, nisi sit gaudio exultare." At ne sic quidem intellegitur nominis ratio, quia canceri non est saltare. Aliud igitur latere sub verbo certum est, sed nil apti reperio.

Fr. 10, 3. Cum Bl. malim ἐχθὲς δ' ἐκινδύνευσας, perfecto enim, quod errore natum videtur e praegresso μεμάθηκας, vix locus est. — Vs. 4 sq. Cf. Euphronis fr. 1, 23 sqq.

Fr. 11, 3. Vix sane ferri potest πρῶτος (al. πρῶτον), sed quod suggerit Bl. φασίν quo pacto inde nasci potuerit non exputo. — Vs. 15.

οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει·
ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρῳ τούτων (τούτοιν? Bl.) τέχνη.

Si recte se habet, quod dubito, ὁ νοῦς, significat ὃ νοοῦσιν. Exspectabam σκοπός γάρ ἐστιν κτέ.

Machonis fr. 1, 1. Pro μοι sine causa που aut γὰρ coniecit Bl., qui sollicitatum a me πάντες (vs. 3) male defendi a Kockio recte iudicans, ipse proponit πάντως οἱ θεοὶ aut πού τις τῶν θεῶν, quorum neutrum mihi placet. Latere sub πάντες verbum videtur, sive εἴτ' ἔφηναν οἱ θεοί, sive aliud. — Vs. 4. Idem scribi iubet πλὴν ἐστίν γε (cum cod. A) μουσικοῦ τινος pro μουσικωτάτου τ., qui tamen superlativus est aptissimus. Equidem facio cum editoribus.

Fr. 2, 1. Cum Bl. lege ἐσθ' ὁ pro ἐστὶ et vs. 5 ταἰσθητήρια pro τἀσ-

θητήρια. Minus placet quod vs. 4 pro *αὐτοῦ* requirit *ταυτὶ* vel *ταῦτ' εὖ*, ubi si quid mutandum, malim *τούτου*, scil. *τοῦ προσπεπονθέναι τι*. Inutilia videntur vs. 6 et 9 eiusdem tentamina *οὔτ' ἂν* et *χὤσπερ* et *ἔντεινε* aut *ἐντεινάμενος ἵν' ἁρμόσῃ*, et vs. 11 improbabilis violenta mutatio corrupti *εἴσαγε* in *ψάλλε*, quo admisso, non minus obscura manet sententia.

Batonis fr. 1, 2. Probabiliter Nauck *διὰ τέλους* (pro *βίου*), coll. Eur. fr. 273; Philem. 88, 3. 4; Moschionis fr. 10, 2 (F. T. G. p. 816).

Fr. 2, 1. Speciose Bl. *τῶν φιλοσόφων* [*τοὺς*] *σώφρονας ἐγὼ τούτους* (pro *ἐνταυθοῖ*) *καλῶ* | *τοὺς κτέ*. — Vs. 2. Recte defendit *καί*, quod iniuria olim in *κἂν* mutabam. Cf. fr. 5, 14 sq. — Vs. 8. Cur *πολλῷ* eidem praestare videatur leniori meae coniecturae *συχνῷ* (pro *σαυτοῦ*) vellem significasset. Ceterum ignorare videtur quod postea ipse felicius proposuisse mihi videor: *τί τἀργύριον — τιμιώτερον* *α ὐ τ ὸ ς* *τέθεικας* (l. *τέθηκας*) *ἢ πέφυκε τῇ φύσει*; De abundantia cf. Soph. Phil. 79 *ἔξοιδα καὶ φύσει σε μὴ πεφυκότα τοιαῦτα φωνεῖν*.

Fr. 3, 2. *καὶ Λεσβίου χ υ τ ρ ῖ δ ε λ α μ β ά ν ε ι ν δύο*.

Quando quaeso o l l a est vas vinarium? Offendisse iam video Bl. apte conicientem *χ ο ι δ ά ρ ι α*, quo tamen diminutivo quia caret hucusque saltem lexicon graecum; malim *χ ο ΐ δ ι α*, modo forma soluta pro *χοίδια*, quod non ferunt numeri, apud Batonem tolerari possit. Sed enim plura in recentibus his poetis reperiuntur Hellenismi vestigia; neque igitur ultra quaererem, nisi haud iniuria in *λαμβάνειν* offendisse idem mihi videretur, quia e m e n d i notio (sic enim explicat Kock) huic loco, ubi p o t a n d i expectatur, parum apta est. Pro eo Bl. coniecit *συμπίνειν*. Quid, si Bato dederit:

καὶ Λεσβίου χ ο ί δ ι α σ υ ν ε κ π ί ν ε ι ν δύο

vel potius

καὶ Λεσβίου χ ο ί δ ι α σ υ ν ε κ λ ά π τ ε ι ν δύο?

scil. *μετὰ τῆς γυναικός*. Cf. vs. 3. — Vs. 6. *ἄτομος* coniecit Bl., sed *ἄτοπος* bene explicat Kock.

Fr. 4, 1. Pro *εὖ γ'* Bl. *σύχν'* aut *πύκν'* forsitan recte, sed male vs. 2 *ἀναπεπλήσμεθ'* pro *ἀναγεγράμμεθ'*, quod optime in *ἀνατετράμμεθ'* mutavit olim Bothe, quam emendationem merito Cobetianae *ἀναπεπαύμεθ'* praetulit Kock. — Vs. 3. Iure Bl. Porsoni coniecturam *βιβλί' ἐν* (codd. *βιβλίον*) probat prae Bothiana *βιβλίον ἐν*, ob pravam caesuram minus commendabili. Neque haerendum in usu pluralis numeri, quo non dicuntur plures simul libri manibus teneri, sed alius post alium. — Vs. 4. *Σιμωνακτίδης* pro *Σημωνακτίδης* e Polluce restitui iubet idem, at graeca nomina sunt *Σῆμος*, *Σήμων*, *Σημωνίδης*, non minus quam *Σῖμος*, *Σίμων*, *Σιμωνίδης*.

Fr. 5, 13. In *ἅπαντας* cum exaggeratione dicto fortasse non haerendum. Potuit sane errore repetitum esse ex vs. 10. Bl. coniecit *Β. μάλιστά γ'*.

Fr. 7, 5. ὅτι πεπλασμένως
τὸ πρᾶγμα παρακεντοῦσι κοὐκ ἀληθινῶς.

Nondum poenitet me hanc lectionem defendisse a prava coniectura περιπέττουσι. Scire enim velim qua alia ratione quam πεπλασμένως κοὐκ ἀληθινῶς possit aliquis περιπέττειν τι πρᾶγμα.

Epinici fr. 1, 1. ἐπαλφιτοῦντα δ' οἶνον τοῦ θέρους ποτέ cum spondaeo in sede quarta Bl., qui sine vitio scribere potuerat ἐπαλφιτοῦντα τοῦ θέρους οἶνον (vel δ' οἰνόν) ποτε. Sed acquiescendum Cobeti correctione.— Vs. 7. Coniecturam meam νασμὸν μελίττης (cf. Antiphan. 52, 7) probat Bl., qui cur notabile putet ὑγρὸν correpta priore (ut ubique in comoedia) me quidem latet.

Fr. 2, 4. Bl. malit περιάγει<ς>; Cur? — Vs. 10. Vulgatum εἰσηκοντικῶς melius intellego quam ἐξηκοντικῶς (Bl.), quod compositum de iaculis usurpatur, non de bestiis, quae iaculis petuntur.

Phoenicidis fr. 2, 1. λέγουσι pro λέγουσιν Bl.

Fr. 4, 8. Pro λαμβάνειν idem coniecit προσδοκᾶν violenter. Felicius ἀναμένειν Madvig. Ibidem τοῦτ' aut ταὔτ' (= ταὐτὸ) requiro pro ταῦτ'. — Vs. 12 sqq.

λαμβάνω δ' ἄλλον τινά,
ἰατρόν, οὗτος εἰσάγων πολλούς τινας
ἔτεμν' ἔκαε, πτωχὸς ἦν καὶ δήμιος.

Pro πολλούς, quod sane languet, Kock coniecit χωλούς, at in claudos parum quadrare videtur τὸ τέμνειν καὶ κάειν. Sed multo infelicius νόσους coniecit Bl., quod omni sensu caret, nec νοσερούς dictum pro νοσοῦντας plane mihi satisfacit. Malus autem medicus, praesertim is qui semper secat uritque, optime carnifex dicitur, itaque δήμιος pessime in suspicionem vocavit Bl., paullo contra obscurius est πτωχὸς, nisi corrigamus:

ἔτεμν' ἔκαε, πτωχὸς ὢν καὶ δήμιος:

i. e. „cum propter inhaerentem pauperi avaritiam tum propter ingenii crudelitatem". Medicam artem utcumque exercens homo nihil curabat nisi pecuniam. Vide tamen ne multo clarius poeta scripserit:

ἔτεμν' ἔκαε, νωθρὸς ὢν καὶ δήμιος.

i. e. ἄπειρος καὶ ὠμός. — Vs. 18 coniecturam meam ἔλαθον pro ἦλθον probavi Blaydesio.

Fr. 5. Praeclare Headlam ex Athenaei verbis VIII 345 E Phoenicidi reddidit versum:

κοινὸν θάλασσ', ἰχθῦς δὲ τῶν ὠνουμένων.

quae sit parodia Aeschyli fr. 898:

κοινὸν τύχη, γνώμη δὲ τῶν κεκτημένων.

Cft. Plaut. Rud. 947—81. — Ceterum iniuria Bl. Kockium in minus felici huius coniectura carpit οἱ δ' ἰχθύες scribentem, quod Attici οἱ ἰχθῦς dixerint. Veteribus enim Atticis constans haec est nomi-

nativi plur. forma, v. c. in Archippi illo ἄνδρες ἰχϑύες, cui formae apud recentiores demum accessit forma contracta, quae in vetere Atthide soli accusativo propria est.

Posidippi fr. 7. κόρακι κλῄεϑ' ἡ ϑύρα.
E codicibus revocandum κλείεϑ', quae forma est recentioris Athidis. Sed pulsari, non claudi fores τῷ κόρακι, itaque veram esse in Pollucis loco X 22 lectionem codicum praeter optimum Falckenb. κρούεϑ' putat Blaydes. Attamen quia Poll. VII 111 diserte affirmat coracem non diversam esse a corona (i. e. anulo) Homerica, Homerus autem Od. α 441 etc. dixit ϑύρην δ' ἐ(ϝ)έρυσσε κορώνῃ, consentaneum est veram esse alteram lectionem, in qua omnes ibi libri conspirant. Fieri tamen potest ut κόραξ utrique usui inservierit, non aliter quam ῥόπτρον sive ῥόπαλον.

Fr. 10, 1. Cur ῥίσκους suspectum habeat Bl. vellem dixisset. — Novo usu pro loculo adhibetur in Kaibelii ep. 546, 7.

Fr. 11, 1. ἐκτίϑησι recte tueri videtur Kock.

Fr. 12, 5. τὴν ἡλικίαν εἷλε περὶ τοῦ σώματος.
Kockii coniecturae χάριτι post me Bl. obvertit ita bis articulum fuisse ponendum. Nec tamen satisfacit lenis Cobeti correctio εἶδε. Aptam sententiam praeberet:

βλάπτειν δοκοῦσα τοὺς βίους μείζους βλαβὰς
τὴν ἡλικίαν εἶδε <ταῖς χάρισιν ὅμως vel ὅλην>.

aut simile quiddam pro verbis περὶ τοῦ σώματος, quae ex interpretatione fluxisse suspicor.

Fr. 13. Bl. ὁρῶ pro ἄνω. Sed quid impedit quominus Athenis τὸ τελώνιον in editiore loco situm fuerit?

Fr. 18, 2. Sine causa idem ἔστιν οὐδὲ ἕν.

Fr. 19. Bl. cft. Antiphanis fr. 107. Coniecturis accedat haec mea:

οὕτω πολύτροπόν ἐστιν ἡ λύπη κακόν

pro τι πολύπουν, coll. Thuc. III 83 ἐν πολυτρόποις ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες.

OMOIOI. An comicorum fabulae inscriptae Ὅμοιοι, Ὅμοιαι, Ὁμοία similis argumenti fuerint atque eae, quibus tituli sunt Δίδυμοι et Δίδυμαι, ignoramus, neque igitur satis constat utrum Plauti Menaechmi originem duxerint ex Posidippi Διδύμοις, qui nusquam citantur, an ex eiusdem Ὁμοίοις. Vid. tamen Kockii adnotationem ad Antiphanis Ὁμοίους vol. II p. 82.

Fr. 21. ἑφϑοπώλιον. Bl. „Imo ἑφϑοπωλεῖον, Solemne hoc vitium." Imo contra est. Cf. ἀρτοπώλιον (Ar. Ran. 112 et alibi), ἀλεκτροπώλιον (Phrynichi com. fr. 13, ubi similiter erravit Kock), et alia in lexico meo suppletorio et dialectico s. v. παντοπώλιον. Contra Theophrasto Char. 6 reddatur ταριχοπώλιον.

Fr. 24. ἐσϑίει προνομευόντων ὄρμενα tentat Bl. Verba obscura ne cor

rupta quidem esse constat, nec si constaret, propter paucitatem emendari possent.

Fr. 26, 11. Cogentibus numeris poeta *καὶ μαθητὰς*, quod ante *πρὸς τὸν* (*τιν'* Bl.) *ἰδιώτην* poni debuerat, postposuit durissimo quamvis hyperbato. — Vs. 13. *ἀπλήγιον*, coll. Eupol. 23, pro *ἀληθινὸν* aeque probabilis atque ingeniosa est Kockii coniectura. Sine causa in *παραβάλλῃς* haesit Bl., qui vs. 22 fortasse recte requirit *ἀναστροφαί*.

Fr. 27, 10. *τηρῶν ποτ' ἐπὶ τὰς χεῖρας οἴσει τις.*

Propter scribendi usum Cobet requirebat *τηρῶν ὁπότε κατὰ χειρός*, sed tribrachyos cum anapaesto coniunctionem nescio an recte addubitet Kock. Haud sane melius Bl. *πότε κα | τὰ χειρός*, qualis tribrachyos incisio in primo tantum senarii pede legitima est, nisi in vocabnlis artissime iunctis. Scribendum suspicor *τηρῶν πότε* <*δὴ*> *κατὰ χειρὸς οἴσει τις*. — Quod Bl. vs. 9 *ἐκφυσώμενος* pro *ἐκλελυμένος* proposuit graecum non est pro *ἐκπεφυσημένος*. Aptissime *ἐκκεκαυμένος* coniecit Cobet.

Fr. 28, 2. *σὺ μὲν ἀττικίζεις ἡνίκ' ἂν φωνὴν λέγῃς*
αὐτοῦ τινές, οἱ δ' Ἕλληνες ἑλληνίζομεν.

Kock *αὐτῖτιν*, Bl. *τὴν Ἀτθίδ'* proposuerunt, sed vix graecum mihi videtur *φωνὴν λέγειν τινά* pro *φωνῇ τινι χρῆσθαι*. Expectabam:

ἡνίκ' ἂν φωνῇ λέγῃς
τῇ σῇ τι, κτέ.

aut

ἡνίκ' ἂν φωνὴν ἵῃς [1])
τὴν Ἀτθίδ',

aut denique

ἡνίκ' ἂν λέγῃς <*ἔπος*>
τῶν αὐτόθ',

Videant alii!

Fr. 29. *ναοὶ* (*ναῷ* Meineke, *νεῷ*?) *δύ' εἰσὶ καὶ στοά, καὶ τοὔνομα*
καὶ τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ Σαράβου κλέος,
τὸ πολὺ μὲν ἀκτή, τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις.

Speciem habet vs. 3 Kockii coniectura *ἀργὴ* (sc. *γῆ*), quod dici nequit de Blaydesii tentaminibus *καὶ πρὸς ἀγορὰ* vel *κᾆθ' ἀγορά*, quae cum tradita scriptura vix litteram communem habent. In primo autem versu pro *τοὔνομα* aut quod latet non repperi aut fuit *βούνομα*, pascua, quod Plataeis loco hac aetate paene deserto, qualis a poeta describitur, mihi quidem aptissimum videtur et pulchre conspirat cum *ἀργή*, si vera est, ut suspicor, ea coniectura.

Fr. 30, 2. *ἀεὶ* pro *πάλιν* temere Bl.

Fr. 30. Narratiunculae formam hic induit cogitatio quae inest proverbio vernaculo „De kleeren maken den man".

Fr. 34. Iure Nauck Kockii coniecturam *λιψουρὸς ἀτόπως* vocat „mehr

[1]) Sed suspectum est breve iota, quod tamen defendi potest Stratonis fr. 1, 3, nisi forte ibi cum Bl. pro *συνίημι* legendum est *συνῆκα*.

als wunderlich". Et unde quaeso hanc urinam ciendi vim τοῦ μυρίνου οἴνου noverat? Meae suspicionis, quae nititur simillime Antiphanis fr. 150, sive ingeniosa est, ut iudicabat Meineke, sive non est, ut Kockio videbatur, nondum me poenitet, nec eam mutem Blaydesiana διψηρὸς ἀτόπως, quia διψηρὸς et δίψιος sitiens significant, non sitim excitans aut sitim restinguens, et ἄτοπον videtur ἀτόπως dictum pro πάνυ, μάλα, σφόδρα.

Damoxeni fr. 2, 4.

τάλαντ' ἐγώ σοι κατεπύκνωσα τέτταρα.

Quomodo condensandi notio in dilapidandi notionem abire potuerit non magis exputo quam Bl., cui merito suspecta est ea lectio. Conici potest:

τάλαντ' ἐγὼ κατεσπάθησα (κατηνάλωσα?) τέτταρα.

Σπαθᾶν et apud seriores κατασπαθᾶν eo sensu dici notum est. Pronomen σοι quamquam ferri potest, hic non expectatur, quare Bothio in τοι (minus tamen recte) mutandum videbatur. — Vs. 6. Headlam κἀκεῖνος; *A*. οὐκ ᾔδησθ' ὅτι; propius ad codicis scripturam quam Hirschig. — Vs. 13. Recte Athenaei ed. Bas. Δημοκρίτου τὰ πάντα pro Δημόκριτόν τε πάντα. — Vs. 14. μᾶλλον δὲ κατέχοντ' <ἀγνοοῦντ' Ἀρχέστρατον> supplet Kock Mus. Rhen. 1888 p. 613. — Vs. 16. Recte idem ἐκ τῆς διατριβῆς. — Vs. 19. Headlam me et Kockio felicius συνιέναι pro συνειδέναι, posito hypostigmate post θέρει (vs. 18). — Vs. 20. Pro κακὸν Kock l. l. πόλου (quod articulo vix poterat carere) aut ἀτμῶν (Luftströmingen) proposuit, vs. 31 coniciens ἠλίβατ' ἐν ἀνθρώποισι τἀλλοιώματα (??). Melius Headlam κακὸν | ἠλίβατον. *B*. εὖ γ' ἄνθρωπε. *A*. κἀλλοιώματα | ἐν ταῖς τροφαῖς ποιοῦσι κτέ., quae sollerter excogitata et fortasse vera sunt. — Vs. 28. Anaxippi fr. I, 47 cft. Blaydes. — Vs. 31 sq. Ellis ap. Bl. χυμός, λέγει Δημόκριτος — *B*. οὐδὲν πρᾶγμα τὰ | γιγνόμενα. *A*. ποιεῖ τὸν φαγόντ' ἀρθριτικόν. — Headlam eidem personae haec continuans in parenthesi ponit verba οὐδὲν — γιγνόμενα. Kock l. l. „Corrupt. Der Sinn scheint: der einzelne Saft an sich thut den Menschen nicht so sehr Schaden wie die Mischung von mehreren nicht zusammenstimmenden". — Vs. 36. Recte Headlam καὶ πᾶς <γ'>. — Vs. 39. Kock l. l. πρόσπαρδ'. *B* ἰώ, | ὥς μοι κέχρησαι, quod placet, et vs. 43 εὐστόχου (pro εὐψύχου) τέχνης. — Vs. 48. Headlam ἁρμονικός, οὐ (pro εἶ) μάγειρος nescio an recte. — Vs. 61. Sub σοφόν Kockio l. l. latere videtur vox aliqua ex harmonica petita. — Vs. 68. Blaydes οὐδ' ἂν ἑτέροις (vel ἑτέρῳ γ') ἂν δοῖεν ob suspectam sibi, sed in hoc poeta fortasse non suspectandam, formam δοίησαν. — Denique Kock l. l. 615 totius fragmenti vss. sic disponendos putabat 1—5; 62—75; 6—42; 55—58; 43—48: 56—61; 49—54; 68. Quos tam misere traiectos fuisse quis quaeso sibi persuadeat?

Fr. 5, 1. V. l. ὢν praefert Bl. — Vs. 3. δὲ pro γὰρ temere idem. Vs. 6. Porson supplens ὥσπερ ἐκ κελεύσματος melius κελεύματος dedisset. — Vs. 8 τε φαίνεται pro ἐφαίνετο non recte Bl. Cf. vs. 1 ἐσφαίριζεν.

Critonis fr. 3, 3. καὶ φορμιῶσαι. Headlam „to break up for faggots''. At φορμοί e calamo fiebant, non naves, ut arbitror, nec provocari potest ad serum Diogenis Laertii testimonium φορμοὶ τῶν φρυγάνων dicentis. Idem coniecit κἀφορμιᾶσαι „to sit idle in the port'' on the analogy of φθειριᾶσαι, as περιπρωκτιᾶν, περιχονδριᾶν, ὠμοκυδιᾶν. Hoc saltem speciem habet. Ipse quondam proposui κἀνεχυράσασθαι, sed violentior est mutatio. — Vs. 7. Kockii coniectura θυτῶν, quam pro οὔκουν τ' textui intulit, non nisi seris admodum huius formae pro θυτήρων testimoniis nititur. Praetulerim Blaydesii ναυτῶν, sed eodem iure ξένων vel ἀνδρῶν suspiceris, certi nihil..

Timostrati Fr. 6, 2. Bl. ὧνπερ ἔχομεν. Non accedo. Recte explicat Kock. Colloquitur parcus senex cum prodigo adolescente.

Demetrii fr. 1, 6.

παρ' Ἀγαθοκλεῖ δὲ πρῶτος εἰσήνεγκ' ἐγὼ
τῷ Σικελιώτῃ τὴν τυραννικὴν φακῆν.

Cur τυραννικήν? An quod Agathocles tyrannus erat? Num hoc sufficit? Dubito.

Dioxippi fr. 5. Bl. proponit:

— ἔλαβεν
ἔπειτα δύο ψυκτῆρας.

parum probabiliter, nam traditum ἐξιτάτους significare ἓξ εἶτα τοὺς nemo non videt, quo pacto autem versus restituendi sint difficile dictu est. Priorem desiisse in ἕξ satis probabile, sed posteriorem non magis corrigere possum quam potuit Meineke. Hoc video articulo locum non esse.

Stephani fr. 4.

B. εἰς τὰς Ῥοδιακὰς ὅλος ἀπηνέχθην ἐγὼ
καὶ τοὺς ἐφήβους, Σωσία, τοὺς δυσχερεῖς.

Qui loquitur homo dissolutus nihil curabat nisi pocula et pueros, non morosos, opinor, et difficiles, sed leves facilesque, itaque poetae reddiderim εὐχερεῖς. Utroque adiectivo comici utuntur.

Stratonis fr. 1, 3. συνίημι. Bl. „Qu. συνῆκα. Vocalis ι correptionem non miraberis in eo qui mediam in θύω corripit vv. 19. 20''. — Vs. 5. εὐθύς μ' ἐπηρώτησε προσβλέψας μέγα. Utrum προσβλέπειν μέγα significare potest, quod nos dicimus magnis oculis aliquem adspicere, cuius usus exempla me deficiunt, an potius μέγα

iungendum cum ἐπηρώτησε, ut sit alta voce, sicut in μέγα λέγειν, βοᾶν, στενάζειν, similibus multis? Hoc potius crediderim. — Vs. 10. ἔστι κατάλοιπον cod. A] ἔτι Dobree, Kock; ἔστιν ἔτι λοιπόν Bl. Addere possim ἔτ' ἦν κατάλοιπον, quae frequentissima est dicendi ratio. — Vs. 12, 19 et 46 recte Bl. defendit a Kockii coniecturis. — Vs. 20. Idem et Headlam μανθάνεις; inserunt ante οὐ μανθάνω et vs. 24 Bl. ἔγωγε ante τούτων, Headlam vero cum Casaubono ἄνθρωπε, alia Meineke, nec quid verum sit dici potest. — Vs. 26. Bl. de λαικάσει cft. Cephisodori fr. 3, 5.

Biottus. Perperam Bl. *ΒΙΟΤΟΣ* corrigendum putat. Forma nominis cum duplici *T* passim occurrit in titulis.

Athenionis fr. 1, 2. Bl. πλεῖσθ' ὅλως (vel πλεῖστα δή) προενήνοχε; usuque sane commendatur forma activa. — Vs. 16 et vs. 26 ἐπὶ μεῖζον pro ἐπὶ πλεῖον requirit idem, ἐπὶ πλεῖον' Nauck vix recte; legendum videtur ἐπὶ πλέον (ηὖξον). — Vs. 22. Praefero Naberi correctionem γεγενημένων Kockianae ἐράνων μόνων. — Vs. 30. διεγίγγραν', coll. γιγγραντά Axionici fr. 3, 3, iure Bl., qui ὑποκρούσας interpretatus πατάξας (coll. Alexid. σιλφίῳ — πατάξας [?]) γλυκεῖ violenter mutat in ἁλί, cui praeterea consuetius ἁλσί praetuleris, recte autem Kock γλυκεῖ οἴνῳ intellexit; ὑποκρούειν, si sanum, est ignotum nobis verbum culinarium, sed potius mendosum videtur. — Vs. 32. πουλύποδας Kock, coll. Anaxandr. fr. 30, substituit pro πολυτελές, sed propter vicina vocabula cum Bl. malim πουλύποδα. — Vs. 42. Pro ὑπακούειν bene Headlam corrigit ἐπακούειν, sed quia hoc verbum genetivum regit eadem opera scribere debuerat ἡμῶν pro ἡμῖν. — Vs. 44. Neque Iacobsii coniectura ἀφεὶς neque Coraesii ἄφῃς (probante Bl.) pro ἀφὲς sufficere videtur. Probabliiter Naber: ὑπὲρ εὐσεβείας οὖν (malim νῦν) ἅλις· παῦσαι λέγων. ἥμαρτον κτέ.

Alexandri fabula *ΤΙΤΙΓΟΝΙΟΝ*. De ultimis Kockii verbis Nauck monet in indice Aristoteleo legi τεττιγόνιον.

Dexicratis fr.

εἰ δὲ μεθύω καὶ χίονα πίνω καὶ μύρον
ἐπίσταμ' ὅτι κράτιστον Αἴγυπτος ποεῖ —

Deesse apodosin animadvertit Kock, sed corrigere debuerat ὅ τι Sensus enim: et usu novi quidquid optimi unguenti producit Aegyptus. Nihil opus violenta Blaydesii coniectura μύρῳ | μυρίζομ'.

Demonici fr. 1, 3. Iniuria Bl. carpit Cobetum, quod εἴπας non mutarit in εἰπών. Quantopere ipse erret videbit inspecto Iacobii Indice. Scire v. c. velim quid faciat mox Euangeli fr. 1, 1 verbis εἰπά σοι in fine octonarii trochaïci.

Euangeli fr. 1, 1. τέτταρας <θεῖναι> τραπέζας Bl. Melius ποιεῖν inserit Meineke. Cf. τραπεζοποιός. — Vs. 3. βούλομαι γὰρ Bl. Nihil opus. — Vs. 4. αὐτὸς σοὐξερῶ idem, sed longe praeferenda tradita lectio et prorsus inutilis est eiusdem coniectura λαβεῖν pro γένη vs. 5. — Vs. 8. ᾧ', ἄμητας, σησαμᾶς idem. Non accedo. — Vs. 10. ἐπαίρειν, scil. τὴν χεῖρα, bene interpretatur, coll. Ar. Eq. 1130, ubi est verbum simplex. Cf. etiam Lysistr. 799 κἀνατείνας λακτίσαι et Herod. II 162 de Cambyze ἐπάρας (scil. τὸν ἕτερον πόδα) ἀπεματάισε, verba iniuria sollicitata a Cobeto.

Thugenidis fr. 2. Cft. Bl. Ar. Plut. 983, locis collectis a Kockio de proverbio in fr. 4 addens Aristaeneti ep. I 27.

Callippi fr. 1, 2 Bl. Add. p. 343 τὰ κοττάβια (imo κοτταβεῖα) τῶν παρουσῶν δ' (θ') ἦν<τιν' ἂν> | θέλῃ (cum Meinekio) φιλήσει. Sed τὰ κοττάβια quin recte pro glossemate habeat Kock non dubito, cuius valde arridet mihi coniectura.

Crobyli fr. 4. πάλιν ἡ τοῦ βίου
ὑγρότης με τοῦ σοῦ τέθαιφε.

Quia manifesto falsae sunt coniecturae τέτυφε (Mein.), τέθλιφε (Herw.), τέτριφε (Bl.) et ex Athenaei verbis apparet eum qui haec loquitur alterius personae licentiam admirari, redeundum videtur ad Casauboni sententiam, Crobylum dedisse τέταφε, rapuit in admirationem, usum perfecto transitivo quantumvis insolito iuxta intransitivo τέθηπα, quod verbum epicum recoxerunt in soluta oratione sequiores. Primum vocabulum procul dubio fuit πάλαι, sed utrum πάλαι δ corrigendum sit cum Bothio, an potius πάλαι γ' non liquet.

Fr. 5. *Λάχης. B.* ἐγὼ δὲ πρὸς σέ. *A*, πρόαγε. *B.* ποῖ;
Recte, ni fallor, Headlam:

Λάχης, ἐγὼ δή aut ἐγὼ ὅδε, ut Herond. I 3.

Cft. Plaut. Poen. 279; Mercat. 131. Ita non opus est lacunam statuere cum Meinekio ante *Λάχης*.

Fr. 6, 2. Bl. transponi iubet:

ταύτης ἐγὼ μὰ τὸν Δί' οὐχὶ κατέλιπον
οὐδέν.

Quia vero Athenaei cod. *A* habet λέγω, et particularum δέ et γάρ in posteriore sententiae parte positio recentioribus comicis est familiarissima, tutius cum Kockio sequemur Dindorfium ἐγώ, praeposita vocula δ', relinquentem post κατέλιπον.

Fr. 9, 3. πιθήκου — δυστυχοῦς, simiae — misellae, quo sensu alibi ponitur δύστηνος. Non haereo cum Bl. in δυστυχοῦς, sed fragmentum non magis intellego quam Kock.

Nicolai fr. 1 sq. Pro ἀκουσίῳ | δίφρῳ quondam proposui ἐξαισίῳ δίνῳ

et vs. 5 λίθον, i. e. ἄφωνον, pro λιμὸν. Quo sensu Bl. δίφρῳ in ἥρῳ mutet, caliginosa nocte mihi obscurius est. — Vs. 6. Idem ἀπηλάθη pro ἀπεστράφη et vs. 8 ἔδοξε πάντα pro ἔδοξεν αὐτῷ proponit, quid vero vs. 12 sibi velit eius coniectura τοιαύτῃ — καχεξίᾳ pro genitivis, cum praesertim non mutet vs. 13 ἐζηλωμένης, vellem explicasset, nec necessaria videtur eius mutatio ἐν τῷ βίῳ pro ἐν τοῖς βίοις. Manifesto autem ἐπιπλῆξαι (14) iungendum cum τοὺς — ἑλομένους, pro quibus τοῖς — ἑλομένοις requiro cum Kockio. Sed cum Bl. reliquis coniecturis in vs. 25 praefero Grotianam ἀναιδῶς pro ἄνω διὰ. — Vs. 27. Idem Bl. cft. Ar. Eq. 842; Quintil. XII 11, 2; Cic. Verr. IV 30 coniciens ἔντονον (Meineke εὔτονον) σε δεῖ; infeliciter vero vs. 29 ἀργὴν pro εὐθὺς (teneo meum εὖ τε aut scribam εὖ πως) et sine causa (34) mendosum vocat νοσεῖ. — Vs. 36. Fortasse rectius Bl. distinguit νεκροὺς δειπνῶν, σιωπῇ. — Vs. 44. Notat idem secundae syllabae in πολυχρύσων productionem. At manifesta est parodia tragica Λυδῶν τῶν πολυχρύσων ἄναξ (cf. Eur. I. A. 787), quae iam Meinekium non latuit.

Nicomachi fr. 1, 9. ὀπτὸν pro πρότερον Headlam et Bl., qui parum probabiliter praeterea coniecit ἑφθόν et sine causa ἀποδοῦναι (reddere. Cf. praegressum παραλαβόντα) mutari iubet in παραθεῖναι. Quae idem in loco desperato (15 sq.) tentat legantur apud ipsum, quibus, nisi inutile esset, similia multa addere possem. — Vs. 16. <σε>δεῖ et vs. 17 ὧν εἰδέναι σε κρεῖττον ἦν πρίν μοι καλεῖν fortasse recte idem coniecit nisi quod traditum σοι servari potest. — Vs. 39. Bl. pro πρὸς ἐμὲ καὶ γραφήσεται proponit πρὸς ἐμέ γ' ἐγγραφήσεται aut συμβληθήσεται aut συγκριθήσεται. Mihi postulari videtur aequiparandi notio, nec verbo γράφειν eiusve compositis esse locus. Coll. Ar. Thesm. 802 sq., apte conieceris:

οὐδεὶς ἕτερός σοι πρὸς ἐμὲ κἀντιθήσεται,

nemo alius a te mihi vel opponetur.

Fr. 2, 1. Meineke coniciens εὖ βίου βεβηκότα, quod vix graecum, meminerat, opinor, notae locutionis εὖ ἥκειν τοῦ βίου. Valde placeret Kockianum ἐν εὐδίᾳ, nisi scrupulum mihi moveret βεβιωκότα dictum pro ζῶντα, quod si recte se habeat, possis etiam conicere ὀλβίως βεβιωκότα. Fortasse igitur praeferendum quod olim proposui ἐν ὀλβίοις βεβηκότα.

Xenonis fr. Prius πάντες neque cum Nabero in ἄνδρες, neque cum Bl. in οἱ γὰρ mutaverim, sed vs. 2 ante 1 transposuerim cum Kockio.

Polyochi fr. Quid deliquerim vs. 2 conicens ἔσθῃς pro ἔλθῃ, quamvis displicuerit Kockio, nondum video, nec facile lenior excogitabitur medela. De forma ἔσθειν pro ἐσθίειν satis constat. Triplex Blaydesii tentamen legatur apud ipsum p. 260.

Sosicratis fr. 4. Nauck, Mél. VI p. 134 „Vermuthlich stammt das Verspaar aus der Streitrede des Menander und Philemon."

Adespota fr. 1, 2. <ἀν>έθηκεν Cobet; probat Nauck, nisi forte scribendum sit ἔστησεν. Cratino locum tribuit Meineke, non dissentiente Nauckio.

Fr. 8, 1. εὐδαίμων <ἆρ' ἦν> Πολίαγρος. Bl.

Fr. 10. δεινόν <γέ τοι> κεραυνὸν ἐν γλώττῃ φέρει idem, sed quid exciderit incertum, nam eodem iure possis μὲν οὖν, quod post similes ductus vel facilius elabi potuit, aut Διὸς cum Heimsoethio. Pro φέρει (fert) fortasse praestat φορεῖ (gerit).

Fr. 12. Non fuisse κτενίζεται (Bl.) pro ψηνίζεται satis demonstrant fr. 13 et 74.

Fr. 14. Pro his legi οὐδεὶς κομήτης ὅστις ο ὐ κ α λ ὸ ς φ ύ σ ε ι apud Anonymum, Eloge de la chevelure, p. 39, 16, animadvertit Nauck.

Fr. 16. Ut antehac, malim:

ἄνευ δὲ μητρὸς π ῶ ς (pro ὦ), κάθαρμ' Εὐριπίδη;

Fr. 22. Μουσῶν ε ὐ σ τ ό μ ω ν ἀνθρήνιον pro εὐκόλων speciose Bl.

Fr. 27. Nauck cft. adesp. 966.

Fr. 41, 2. δακν<άζ>ει optime Meineke, absque omni probabilitate πιέζει Blaydes. Vs. 1 speciose tentavit Kock.

Fr. 42, 1. Pro aperto glossemate ἔκτεινε Kock coniecit ἀνῄρει, melius ἀνεῖλε (nam ἔκτεινε apud Originem est aoristus, ut etiam docet v. l. ἔγημε) Blaydes, qui vellem reticuisset suum ἔπεφνε, quod non est comicorum.

Fr. 48. ἀπ' αἰγείρου Bl. propter explicationem (in qua pro οἱ ἔσχατοι acute coniecit οἱ θεσμοθέται) sine articulo, quasi sit nomen proprium. Sic Αἴγειρος pagi Lesbii nomen est, Αἴγειρα urbis Achaicae.

Fr. 52. Nauck cft. Plut. de frat. am. cap. 2, Mor. p. 479.

Fr. 54. ἐ π ὶ γὰρ τὴν θέαν ὠ θ ε ῖ σ θ' ἐ κ ε ῖ Kock pro ἔ τ ι — ᾤ κ ε ι τ' ἐκεῖ, Bl. — ὠ θ ε ῖ σ θ' ἀ ε ί, ipse olim ὠ σ τ ί ζ ε τ α ι, coll. Sophrone ὠστίζεται τοῖς τρηματιζόντεσσι; Ar. Ach. 24. 848. Lys. 330; Teleclid. II 362 (1, 13) M.

Fr. 84. ἀ ρ χ ολίπαρος, ἀ ρ χ ογλυπτάδης. Bl. requirit ἀ ρ χ ε —, sed variant in compositione ἀρχι, ἀρχε, ἀρχο. De ultimo cf. nomina Ἀρχοκράτης, Ἀρχομενίδης, Ἀρχονίκα saepe occurrentibus in titulis.

Fr. 85. βλεπεδαίμων. Headlam, coll. Lucian. III 584. „as pale as one who has seen an apparition."

Fr. 99. τυραννοδαίμων. Bl. cft. πορνοδαίμων, σοροδαίμων, τρυγοδαίμων.

Fr. 104, 5. Idem coniecit ἄ γ ν ω τ α τ ὸ κ α λ ὸ ν κ ἀ γ α θ ό ν, τὸ σεμνὸν<ἦν>. Papyrus π α γ γ η κ γ ο τ ο κ α λ ο ν. Parum sane probabilis est Kockii coniectura ἄ χ ν η τ ὸ κ α λ ὸ ν μ ο ι, τἀγαθόν, τὸ σεμνὸν<ἦν>, sed in Blaydesiana sententia pronomen μοι aegre desideratur, nec ratio habetur primarum litterarum παγγη. Quare vide an scribendum sit:

πάντ' ἠγνόουν, τὸ καλόν, τὸ σεμνόν, τἀγαθόν, <ἢ>
τό κακόν· κτἑ.

Headlam cft. Hor. Ep. I 2, 3; Diog. L. VII 1, 98. — Vs. 9 sqq. sic scripserim:

νῦν δ' ἐνθάδ' ἐλθών, ὥσπερ εἰς Ἀσκληπιοῦ
ἐγκατακλινείς, ὡς ἴστε, μετ' ὀλίγον χρόνον
ἀναβεβίωκα· περιπατῶ, λαλῶ, φρονῶ.
τὸν τηλικούτων καὶ τοιούτων ἥλιον
νῦν τοῦτον εὑρών, ἄνδρες, ἐν τῇ τήμερον
ὑμᾶς ὁρῶ, τὸν ἀστερωπὸν αἰθέρα (?),
τὴν ἀκρόπολιν, τὸ θέατρον ......

in quibus ultima sagaciter ex traditis *ορωτο νυν νσιραι τὸν ἀέρα* elicuit Headlam, coll. Eur. Ion. 1079, Cycl. 211, Hel. 242, praeterea proponens *τοὺς ἀστέρας, τὸν αἰθέρα*. Vs. 10. Pap. *ἐγκατακλιθείς* forma tragica, pro qua comicam restitui, correcta simul interpunctione. Prave enim Kock virgulam omissam post *ἴστε* posuit post *χρόνον*. — Vs. 12. Nescio an sanum sit *ἥλιον*, pro quo Kock coniecit *ἡδονῶν* (*νυντοντον* refingens in *ξύνοικον*), quo servato *τὴν* mutavi in *τὸν* et *νυντοντον* in *νῦν τοῦτον*, intellegens (Stoicae philosophiae) solem rerum tantarum et talium, quanta et qualis est cognitio pulchri, boni, venerandi, oppositum caligini (*τὸ σκότος* vs. 6), in qua homo antea fuerat versatus. Vs. 10. *ὡς ἴστε μετ' ὀλίγον* pro *ὡσνισθε τολοιπον* Kockii est coniectura satis probabilis, sed *φρονῶ*, quod in *φρονῶν* mutabat, cum Bl. revocandum esse censui. — Vs. 6. Notandum *τὸ σκότος*, quod apud veteres comicos et tragicos masculinum esse solet.

Fr. 105, 2. Headlam, coll. Menandri fr. 521, 2, coniecit *ὑπὲρ <μὲν> τοῦ*. — Kockii supplementum ante vs. 1 iure improbat Nauck, Bl. proponit *ἀλλ' ὅτι* (vel *εἰ*) *τοσοῦτον ἐκπιεῖν δυνήσεται*. — Vs. 4. *τοὔβο[λοῦ]* supplet Headlam, coll. Eubuli fr. 81, 5. — Vs. 8. *οἰκέ[την]* cum Cobeto, aut *οὐκέ[τι]* Bl. — Vs. 12 sq. *B. δώδεκα*; | *<λελόγισ>τ' ἀκριβῶς κτἑ.* Headlam et vs. 13 *A* ..... *[εἰ]ς δια[τ]ροφὴν* (cum Cobeto) *ἀνδρί. B. καὶ κτἑ.* et vs. 14. *[ἑκατὸ]ν [λέγ]ω πεινῶντι π[έρας ἕξει] ποτέ*, quae sollerter admodum excogitata sunt. — Vs. 18. Latere aliquam formam adi. *τρισκακοδαίμων* nemo non videt, sed quaenam dici nequit, itaque vana sunt Blaydesii versum explendi tentamina. — In pagina versa codicis aliud fragmentum XIII versuum legit et supplevit Jernstedt, quod cum lectoribus communicavit Nauck Mél. VI p. 155.

Fr. 106 sq. Quae post fr. 105 (1—13) apud Athenaeum leguntur, ipsius, non poetae alicuius verba esse optime indicasse videtur Meineke. — Vs. 10. *μετρίως* pro *μέτριον* requirit Bl.

Fr. 108, 1. Bl. contendens apud comicos *ὅπως* cum coni. sine particula *ἄν* ferri non posse, recepta cod. *A*. Stobaei lectione, corrigi

iubet ἵν' ἐκτρέφῃ, at manifesto verbum compositum h. l. aptum non est. — Vs. 9. Idem, quamvis vetante Kockio, requirit μοι δοκεῖν, ὡς δοκῶ, oblitus se alibi negasse δοκεῖν pro νομίζειν esse atticum, qua in re fallitur, ut saepius iam monui. — Vs. 11. Corrige γί<γ>νεται.

Fr. 110. 1. Nauck Mél. VI 156 apud Diod. Sic. 12, 12 recte post verba περὶ τῶν ἰδίων delet glossema τέκνων. — 4. Idem probat meum εὐδοκιμείτω, conferens Sexti sent. 416 A. Elter progr. Un. Bonn. 1892 p. XXXIV ὁ ἐπιγάμων τέκνοις μὴ εὐδοκιμείτω, ubi corrigit ὁ ἐπεισάγων τέκνοις <μητρυιὰν> μὴ εὐδοκιμείτω. — Vs. 6. Merito idem tuetur πραγμάτων. — Vs. 8. Cum Bl. probo Naberi coniecturam ἀγάπησον pro κατάπαυσον, pro quo saltem κατάπαυσαι vel κατάληξον requireretur.

Fr. 112. Themistius Or. 262 C — ἔπειτα ἂν μὲν ἀγαθὸν πύθῃ, στεγανὸς εἶ καὶ Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος, ἐὰν δέ τινος κακοῦ ἐπιλάβῃ, Ἰλιάδα ἐξ αὐτοῦ ποιεῖς καὶ Ὀδύσσειαν. Si recte poetae attici vestigia in Themistii loco agnoverunt viri docti, hic ludi possit:

ἔπειτ' ἐὰν μὲν ἀγαθὸν ὅτι ποτὲ δὴ πύθῃ,
στεγανώτερός τις κἀρεοπαγίτου <σύγ'> εἶ,
ἐὰν δέ τινος κακοῦ 'πιλάβῃ <γ' αὖ>, κακῶν
Ἰλιάδα ποιεῖς.

Notum proverbium esse κακῶν Ἰλιάς quis nescit? Sed parum talibus tribuo.

Fr. 113. Plut. Mor. 615 d usum esse loco Euripideo fr. 449, 4, non comici alicuius, intellexit Nauck.

Fr. 114. Ad Menandri φάσμα rettulit Jernstedt, qui novum addidit fragmentum maius, sed item lacunosum, quod vide apud Nauckium Mél. VI p. 156 sq. Cf. supra ad *ΦΑΣΜΑ*. — Vs. 5 sq. Headlam supplet αἰσθοῦ σαυτὸν ὄντ' [ἄνθρωπος ὤν.] | ἄνθρωπον, Blaydes: — ὄντα [πλούσιον] ἄνθρωπον, in quibus, ut sententia exiret, ὄντα bis fuerat ponendum, ne absurde vertere cogeremur Senti te divitem esse hominem. Nec tamen Headlami et Kockii supplementa plane mihi satisfaciunt et potius crediderim cum Cobeto, qui e. c. inserit Φειδία, periisse nomen proprium aliquod.

Fr. 116, 1 sq. Bl. εἶτ' εἰ μὲν <εὖ> ᾔδησθ' ὅτι τοῦτον τὸν βίον, | ὃν οὐ βεβίωκε (mecum), ζῶν διηυτύχησεν ἄν, recte improbata soloeca Kockii coniectura τοιοῦτον.

Fr. 119.
δεῖ δ' οἶμαι γαμεῖν
τὸν ἐπιμελῆ καὶ δυνατὸν οἰκονομεῖν ὄχλον
πλείω.

Improbabam quondam Kockii coniecturam ὅπλον, vocabulum a comica dictione alienum, sed simili errore tenetur Bl. comico poetae in senario obtrudens δόμον. Si ὄχλον sanum est (et quidni sit?), non video quid aliud significare possit πλείω ὄχλον quam maiorem

molestiam sive turbam (rerum domesticarum). Cf. Isocrat. p. 273 B παραλιπὼν τὸν πλεῖστον ὄχλον τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ πραχθέντων. Synesius ep. 29 τοῦ παρ' ἡμῶν ὄχλου καὶ τῶν πραγμάτων αὐτὸς σὺ σαυτὸν αἰτιῶ. Verbum autem οἰκονομεῖν saepius generaliore sensu adhiberi fidem faciunt loci congesti in Thesauro V p. 1789 sq. — Nec substituere ausim, quod aptissimum foret, βίον.

Fr. 120, 3. Temere Bl. ἥττων ἔρωτος pro ἑαυτοῦ, quod si poeta dedisset, non addidisset, opinor, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον. Nam illud ἥττων ἑαυτοῦ pervulgatum erat in scholis philosophorum. — Vs. 4. οὕτω spectare videtur quae huic fragmento praecesserant, neque igitur cum Bl. versum expleverim verbis ὥστε καὶ.

Fr. 123, 1 et 4. Merito Nauck Kockii supplementa improbat. Ad vs. 1 Bl. cft. Hor. Carm. 1, 7, 2 et Act. Apost. 27, 41. -- Ante κειμένη quid exciderit, incertum est (possis γάρ, vel πως, vel που), unice recte se habere verbum simplex certum.

Fr. 124, 2. Παρὰ μέρος non mutarim cum Bl. in κατὰ μέρος, sed explico alternis, i. e. alias dextram, alias sinistram maxillam homo tendebat. Cf. exempla in Thesauro V p. 801 et παρ' ἡμέραν, alternis diebus. Iam per se parum probabile est librarium, sequente κατά, eandem praepositionem in παρά mutasse.

Fr. 125 temere idem sollicitat.

Fr. 126 Nauck poetae esse recte negat Mél. VI p. 127, πτερόεντα — ἔπη flosculum Homericum vocans. — Vs. 2. ὅποι ποτ' bene corrigit Bl.

Fr. 132, 3. Interpungendum:

ὅταν δὲ τύχωμεν (δ' ἔχωμεν Nauck), ὕστερον λυπούμεθα.

Fr. 134, 3. Recte Bl. et Headlam transponunt λέληθε γεγονώς.

Fr. 135. Etiam verba ὀψοποιῶν δὲ τέχναι καὶ δημιουργῶν in numeros cogit Bl. scribens τῶν δ' ὀψοποιῶν δημιουργῶν θ' αἱ τέχναι, fortasse recte. Nam similiter Menander in Pseudhercule 1, 12 τὴν δημιουργὸν iungit cum coquo (vs. 9) et Alexander ἐν Πότῳ (Mein. IV 554) vs. 2 scribit τραπεζοποιὸν δημιουργὸν λήψομαι.

Fr. 140, 3. Iniuria Bl. postulat simplex τρίβοντες βίον pro composito κατατρίβοντες. Cf. Dem. 57, 9; Arist. Eth. III 10. Pol. I 25, 6. Plus est κατατρίβειν τ. β. quam τρίβειν et huic loco aptius.

Fr. 141, 4. Incertum admodum supplementum est γεύσεις, cum praesertim huius vocabuli, quod primum apud Aristotelem occurrit, nusquam pluralem legere me memini. Potius τέχνας suppleverim, coll. Antiphan. III 49, 2, Xenarch. III 622), Alexid. III 49 (2).

Fr. 143, 3. Perperam Bl. ἀπὸ τοῦ τρόπου μου λαμβάνων pro μεταλαμβάνων, quod recte dictum est.

Fr. 147. Meliores hos vss. e Plutarchi loco elicuit Headlam:

οὐδέν ἐστ' ἐν ἀνθρώποις <ὅλως>
γνώμη, τύχη δ' ἅπαντα, χὠ ταύτης τυχὼν
<ἐν πᾶσιν> ἡδύς ἐστι καὶ νομίζεται.

Fr. 148, 2. Idem nescio cur malit ὅ τι ἂν ποιῇς δ'.
Fr. 149, 2. Malebat Nauck ἐφ' οἶσι μέγα φρονοῦσιν οἱ τρισάθλιοι.
Fr. 150. Bl. ὅπερ vel ὃ γὰρ pro ὅ τι nescio an recte.
Fr. 152, 3. Feliciter Headlam εἶν' αὐτῇ (pro εἰ ταύτῃ) δοκεῖς. Bl. requirit <ὁ> μέγιστος.
Fr. 155 Menandro tribuit Nauck propter Polluc. VI 8.
Fr. 156 recte explicat Kock, nec ηὐξάμην in ηὐξήθην, qua mutatione sententia pervertitur, proponere debebat Bl.
Fr. 157. Dudum post me σούδόκουν, quo procul dubio opus est, proposuit Bl., alia tentans inutilia.
Fr. 162. Vid. Nauck Mél. VI p. 158.
Fr. 164, 1. οἰκείῳ πάθει, i. e. proprio motu, ex animi sententia.
Fr. 165, 1. Non recte γὰρ post τί insertum est. Legendum: εἰ δ' οὐκ ἐρᾷς, τί <ποτε> δακρύεις καὶ στένεις, aut, si mavis, τί <δὴ> κτέ.
Fr. 166, 2. Bl. cft. Ar. Eq. 538 ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης.
Fr. 170. Vid. Nauck, Mél. III 147.
Fr. 176. Cf. fr. 271 et locis ibi citatis adde, de quo olim monui, Ciceronis amicit. 19, 67 verum illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. — Vs. 3. Perperam Bl. ἔσται pro ἔστω.
Fr. 179. Commode sic expleveris:

<αἱ παροψίδες cum Kockio>
<βροτοῖσιν> ἐντίκτουσιν ποικίλας βλάβας κτέ.

De βροτοί sine articulo vide nubem exemplorum in Iacobii Indice.
Fr. 182, 2. Bl. tentat γεράνδροόν τ' οὐ μετατεθὲν μοσχεύεται iuxta alia minus probabilia.
Fr. 183. Attulit Nauck Isidori Pelusii Epist. II 271 p. 244 C τοῖς παλαίουσι τῷ ἀτιθάσῳ καὶ δυσνουθετήτῳ τῆς πενίας θηρίῳ.
Fr. 185. Coniecturam meam κλίνη pro λύπη probavi Blaydesio.
Fr. 186. Bene Bl., coll. Archipp. II 728 κλασαυχενεύεται, redarguit Kockium, corrigens ipse τὴν Θαΐδα pro τῆς Θαΐδος.
Fr. 187. ἀλλ' ὅσῳ προφανεστέρα
πρόφασις, τοσούτῳ πλέον ἀποστραφήσομαι.

Ne quis miretur πρόφασις dictum sine articulo, moneo πρόφασις non esse subiectum, sed praedicatum et audiendum esse ἀλλ' ὅσῳ ὃ λέγει ἢ πράττει ἐστὶ προφανεστέρα πρόφασις. Cur cum Bl. rescribamus ἐπιφανεστέρα, causam video nullam. Neutrum adiectivum alibi in comoedia occurrit, sed apud optimum quemque scriptorem utrumque.
Fr. 188. Bl. <οὗτος> κυάμων χύτρας ἀεὶ σιτούμενος κτέ.
Fr. 193. τοῖς ζητοῦσι γὰρ
τὸ σπάνιον ἀεί πως ἐπιτείνει τὸν πόθον.

Aptius h. l. videtur quod olim suasi χρῄζουσι. Utrumque verbum etiam alibi confusum vidi.

Fr. 200, coll. Menandri fr. 94, 5 et 460, 5, huic poetae tribuit Blaydes.

Fr. 204, 1. ἑτέρους φιλεῖ vel ἑτέρων ἐρᾷ pro ἑτέρους ὁρᾷ tentat Bl. Speciem quidem habet posterior coniectura, sed haud scio an spectandi et considerandi sensu ferri possit vulgata. Cf. infra fr. 378 et eius notionis exempla in Thesauri vol. V p. 2138 s. v. ὁρᾶν. Headlam ap. Bl. Add. p. 343 ὅρα. Dubito.

Fr. 210. Cf. Herond. V 15.

Fr. 213. Bl. τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα <γίγνεται>
παιδία.

Sed eodem iure conieceris:

<ὡς γίγνεται>
τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία

aut alia, qualia suggessit Kock. Ut nihil est facilius, ita nihil incertius. Manum abstinere praestat.

Fr. 214. Sine causa ἀποδιωκτέον Bl. Passim variant praepositiones ἀπό et ἐκ in compositis

Fr. 217. Nauck laudat Cobetum in Mnem. nov. VI p. 13, monens Galeni locum esse IV p. 402 K.

Fr. 222. οἰκειότητα <δ'> ἐμβλέπων ὠλίσθανον.

Inutilia post Kockium profert Bl. Acu, ut saepe, rem tetigit Headlam, qui *OIKЄIOTHTA* celare *ЄIϹΛЄIOTHTA*, εἰς λειότητα, intellexit, conferens Hor. Carm. I 19, 8; Aristoph. fr. 218; Batonis 7, 8 (p. 329); Schol. Ran. 48; Theocr. V 90; Plat. Gorg. p. 465 B, Lys. p. 216, C.; Plut. Mor. 878 B.

Fr. 225. γαμῶ γέρων ὤν (pro εὖ), οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν optime Cobet, probante Nauckio.

Fr. 226. Bl. cft. ἀπόξενος et ἀπόμισθος.

Fr. 227. Vid. Nauck, Mél. VI p. 159.

Fr. 238. Lectionem monost. 156 παύει vulgatae λύει iure praefert Bl. et Cratetis scripturam εἰ (pro ἄν). A comoedia abiudicandum, nulla enim Monostichorum auctoritas.

Fr. 243. Aeliani codd. habere ἔχειν τὸν ἐγκέφαλον monitum oportuit. Cf. nunc Nauck, Mél. VI p. 127. — Apte Bl. cft. Eupolidis fr. 100 et Dem. VII 45.

Fr. 248. καιρῷ cum Headlamo glossema esse puto; nam vix graecum est ἐν οὐ δέοντι καιρῷ.

Fr. 259. Lege τέθηκε pro τέθεικε.

Fr. 271. Recte καταφαγών e Macario praefert Bl.

Fr. 273 Gregorii Nazianzeni vol. II p. 186 D est, indicante Nauckio.

Fr. 276. Bis ἦμεν pro ἤμην procul dubio recte Naber. Pessimae graecitatis est tradita lectio, quae ipsum Nauckium fefellit in trag. fr. adesp. 124, ubi σοφαὶ (vel potius σοφοὶ) μὲν ἦμεν corrigendum esse olim monui.

Fr. 281. Crameri Anecd. II p. 468, 7 citat Nauck.

Fr. 283. Si recte καταγελᾶτε adversus me tuebatur Kock, consentaneum est Aetolos καταγελᾶν contra usum atticum cum dativo coniunxisse, ut facere solet Herodotus, cuius locos huc pertinentes iniuria sollicitavit Cobet.

Fr. 287. Anonymo Arist. Bekk. altero loco e priore Bl. διαπορητικόν reddit pro ἐπαπορητικόν. Facilior tamen correctio est ἀπορητικόν. Utut est, in ipso fragmento elegantius est traditum ἄρα quam quod Bl. substitui iubet πάρα.

Fr. 288. Pollux II 35 καὶ ἐψήσασθαι δὲ τὴν κόμην τὸ καταρχῶσαι ἔλεγον τὴν κόμην ἡψήσατο.

Difficile dictu est, quomodo sibi coquere hoc sensu usurpari potuerit. Aut fallor, aut grammaticum decepit corrupta lectio ex ἐψήσατο, sibi infricuit, infecit.

Fr. 294, 1. Non contentus emendatione mea recepta a Kockio κυρίττων pro κυλίων, Bl. proponit διακυκῶν, producto brevi vocali υ! — Longino de subl. 3, 4 bene idem reddit εἰς <τὸ> ῥωπικόν.

Fr. 296. Coll. Ar. Nub. 1168, olim suasi:

εἶτα, φίλος, ἔχεις γυναῖκα σχοινίων πωλουμένων;

ex ipso Donato pro φίλ' ὅς, qui usus Homero et tragicis est familiarissimus. Neque opus esse Blaydesii coniectura φίλε, γαμεῖς, (fut.) demonstrat v. c. Antiphanis fr. 100, 4, quod ipse attulit: πλεῖς (non πλευσεῖ) τὴν θάλατταν σχοινίων πωλουμένων;

Fr. 298. Aeschini recte Bl. Παρμένωνος reddit pro Παρμένοντος.

Fr. 299—301. Vid. Nauck, Mél. VI 159. Fallitur ibi vir egregius ad fr. 310 sq. in Herodiani loco coniciens μινθοβάψ pro πλινθοβάψ. Cf. Arcadium 94, 18.

Fr. 328. ὀρεινόν. Poll. VII 69 ἄκναμπτον (l. ἄγναπτον) ἱμάτιον ὀρεινὸν τὸ οἱ μέσοι κωμικοί, ὥσπερ εἰργασμένον τὸ ἐγναμμένον. Ipsa oppositio docet Pollucem scripsisse ἀργόν, ut corrigere occupavit Headlam.

Fr. 333. προυνίκους. Cf. Lexicon meum suppletorium et dialecticum s. v. pag. 717.

Ante fr. 336 inseri possunt duo fragmento e Philetaero Vat. Cohn. Rh. Mus. p. 414 (a. 1888): τὸ ἀγοράσαι οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἐν ἀγορᾷ διατρῖψαι ἀλλὰ συνήθως ἡμῖν·

οὐκοῦν ἀγοράσαι

χρὴ νὼ πρὶν ἀπιέναι.

et λεκάνη διὰ τοῦ ε·

βούλει κομίσω σοι τὴν λεκανήν;

Fr. 336, 5. πραόνως recte Bl. pro πραέως. — Vs. 9. Neutrum genus vocis σκότος facit pro sententia novae comoediae hoc fragmentum assignandum esse, quoniam in vetere, ut apud tragicos, est masculinum.

Fr. 337 (p. 470). „Ex comoedia haec excerpta esse sententia est A. Nauckii etc." scribit Kock. Dubitabundi tamen. Vid. Nauckii Mél. VI p. 145.

Fr. 338, 1. Bl. revocata tradita lectione διαφανέσι, coniecit χλανίσε δὲ διαφανέσι <τε> περιβεβλημένοι, coll. Ar. Lys. τὰ διαφανῆ χιτώνια, ubi tamen de cultu agitur muliebri. Et versus parum est modulatus. Ceterum περιβεβλημένοι (pro περιπεπεμμένοι) aptius videtur quam Heinsii coniectura περιπεπλεγμένοι. — De voce μαστίχη idem cft. Lucian. adv. indoct. 23. — Vs. 4. Praefert v. l. κατακεκλασμένως.

Fr. 340, 2. Simplicius in Arist. Categ. 87 b 36 ed. Ber. habet καλός γ' ὁ Πειραιεύς, indicante Nauckio, cui vs. 5 fortasse alteri personae tribuendus videtur, quia aliter εἶ expectaretur. Verissime!

Fr. 341, 1 et 2. Cum Bl. probabiles duco Naberi coniecturas τοῖχον pro βωμόν et εὑρὼν pro ἔχων. — Vs. 4. Recte τιθέμενοι — τινος tueri videtur Kock.

Fr. 346, 2. Versum ineptissime additum merito proscripsit Nauck. — Vs. 3. αὐτοῦ nescio an recte requirat Bl.; praeterea corrige γί<γ>νεθ'.

Fr. 347 a. Hoc fragmentum, non fr. 474 (ut male refert Bl.) propter aoristum ἔφυ comoediae abiudicavi.

Fr. 348, 2. Cf. Nauck, Mél. VI p. 160.

Fr. 349, 1. Vitium metricum scribendo ἐς <δὲ> correxit idem.

Fr. 360 tragici esse videtur. Legitur vero Mor. p. 34 A, de aud. poetis. — Vs. 2. Scripserim ὅπου προσῇ τι (pro τὸ) κάλλος.

Fr. 362. Cf. Nauck l. l.

Fr. 363. Cum Bl. legatur ὑπὸ τῆς γῆς.

Fr. 364, 2. πῶς οὐ περιττὰ καὶ παιδιαῖς προσεοικότα. Corrigitur πῶς οὐ περιττὰ παιδιαῖς τ' ἐοικότα. Sed suspectae sunt in comoedia formae ἐοικέναι et ἐοικώς, itaque malim aut περιττά, παιδίαις προσεικότα aut περιττὰ παιδιαῖσί τ' εἰκότα.

Fr. 366. ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται
κάτω κεκυφὼς καὶ μηδένα τῶν ἀπαντώντων
ἐξ ἐναντίου προσβλέπων.

Ex his [Luciani] Amor. 44 verbis effecerunt vss.:
κάτω κεκυφὼς κοὐδέν' ἐξ ἐναντίου
προσορῶν.

At non sic graece dicitur, sed προσβλέπειν ἐναντίον τινί, aut ἀντιβλέπειν, quare longe praestiterit sola verba ἀπὸ — κεκυφώς poetae, sive comico sive tragico, tribuere, reliqua ipsi scriptori.

Fr. 374, 2. Bl. τἄνδον pro τἄνδοθεν nescio an recte.

Fr. 375, 2. Idem πότοι. Ego facio cum Meinekio et Cobeto.

Fr. 376. Bl. non mutans, sed transponens verba Clementis, proponit:
ὁ <μὲν> ἵππος αὐτοῦ . . . . .
ἐστὶν ταλάντων πεντεκαιδεκ' ἄξιος

Sed non ferendum videtur auxiliare verbum ἐστίν in trimetri initio, ubi optime ponitur ἔστιν, existit. Recte tamen animadvertit male.

ut vulgo scribitur, inter se respondere εἶχε in versu priore et ἐστί, quod subaudiendum in posteriore. Ergo scripserim:

αὐτοῦ δ' ἐσθ' ὁ <μὲν>
ἵππος ταλάντων πεντεκαίδεκ' ἄξιος,
αὐτὸς δὲ χαλκῶν ἐ σ τ ι τιμιώτερος τριῶν

Fr. 379. Iure Nauck l. l. sermonem Graecum postulare contendit τὴν Καλυψὼ ὑπεριδών, itaque iniuria hos versus e Procopii Epist. 128, ubi est τὴν Κ παριδών, a Kockio effictos esse; quae res latuit Blaydesium p. 268 cum omni Nauckii editionis Kockianae censura.

Fr. 380, 2. κεκτημένῳ malit B.

Fr. 381. A. Palmer apud Bl. supplet e Theophylacto:

τοῖσιν δὲ καρποῖς ἡ πάχνη λυμαίνεται
τύραννος ἀπαραίτητος ὥ ς, καὶ τοὺς <ἐμοὺς>
ἱδρῶτας ὁ τάλας τοῖς ἀνέμοις χαρίζομαι.

In quibus sagaciter excogitatis cum Bl. mihi displicet postpositum a poeta comico ὡς, quare fortasse praestat:

τύραννος ἀπαραίτητος ο ὖ σ α, τούς <τ' ἐμοὺς> κτέ.

Cum vs. 4 compara proverbium ἀνέμους (ἀνέμοις?) γεωργεῖν in fr. 840.

Fr. 382. Corrigendum esse διανεκῶς olim monui. Hellenistica est forma διηνεκῶς.

Fr. 383. Suspectum est ἀνεπιδόκητον pro ἀπροσδόκητον, quod iure requirit Bl. Nam ἐπιδοκᾶν verbum Graecum non est, itaque adiectivum inde formatum neque in Simonide neque in attico poeta ferri potest. At οὐκ ἔστιν ἀπροσδόκητον non ferunt numeri, itaque aliud latet, sed iusto violentiora sunt quae tentat Blaydes. In promptu vero est coniectura:

οὐκ ἔστ' ἀ δ ό κ η τ ο ν <οὐδὲν> ἀνθρώποις κακόν.

N i h i l n o n m a l i a b h o m i n i b u s e x p e c t a r i p o t e s t. De posteriore versu vid. Kockium, cuius coniecturam μεταβάλλει Bl. iure praefert alteri μεταρίπτει Ceterum cur viri docti comico potius quam tragico poetae aut Simonidi, cui Theophilus assignat, hos versus tribuant me quidem latet, et si recte ἀδόκητον conieci, tragico adscribere non dubitarim. Cf. Soph. O. C. 245, Eur. Bacch. 1389, Hel. 1707, etc. — In prosa solus ex antiquioribus saltem Thuc. IV 36 usurpavit. Comicorum adhibuit nemo.

Fr. 318, 2. Editur ex Useneri coniectura πολλῷ μέτρον, at, si comoediae recte hi versus tribuuntur, articulus abesse non potuit, nec melior videtur Schoellii, quam commemorat Kock, coniectura. Accedit sententiae exilitas; quapropter aliud a poeta profectum esse suspicor, sed apti nihil mihi succurrit.

Fr. 386, 1. τὸ στόμα παρεστραμμένος. Numeros male corrigit Bl. scribendo τὸ στόμ' ἔχων ἐστραμμένον. Multo melius Kock, sed atra caligine premitur sententia. — Vs. 2. Haud improbabiliter Bl. δυσειδῆ

proponit pro absurdo δίμορφον, quod facile nasci potuit ex illius glossemate δύσμορφον, aptissimum autem est Socratis epitheton.

Fr. 388. Placet prior Blaydesii correctio <σ'> ἔχει.

Fr. 389 Ionis tragici fr. 55 (p. 743) esse censuit Nauck.

Fr. 391. Probata Kusteri vs. 1 correctione alterum sic scribit Bl.:

ἔχει δ' ἀφορμὰς καιρὸς ὁμολογουμένως.

Fr. 394, 2. Vix sanum est ἴσως, pro quo Bl. apte coniecit τόμους vel τόμον.

Fr. 405. ἀνθρώπων γέ τοι
ὀφλεῖν γέλωτα κρεῖττον ἢ μέμψιν θεῶν.

Sententiam postulare dativos sive ἀνθρώπῳ — θεῷ sive ἀνθρώποις — θεοῖς iam olim monui. Praestat ab homine (hominibus) irrideri quam vituperari a deo (dis).

Fr. 417 sqq. Apud Apostolium IV 68 b male legi ἀψυχότερος λαγωοῦ φεύγοντος pro Φρυγός (ut Strabo habet) observavit Headlam.

Fr. 420, 2. Pro ἥρως requiri ἥρῳ sive ἡρῶν antehac monui. Cf. Bl. p. 268.

Fr. 427 perincerta nititur coniectura.

Fr. 433. Omnino vid. Nauck Mél. VI p. 137, qui affert Gregorii Naz. Orat. I p. 5 C.

Fr. 447 Euripidi tribui a Philopono in Arist. Phys. p. 236 γ. 237, 29. 309,14 et in aureo codice Aristotelis monet Nauck.

Fr. 448. Contuli quondam Cicer. de divin. II 59, 121 Quis est enim qui totum diem iaculans iam non aliquando collineet? Quae vox quadrat in criticos bene multos.

Fr. 449. Improbabiliter Bl. τοῖς ἐν ᾅδου κειμένοις. Nihil mutandum. Sententia: Si quis mori cupiat, moriatur!

Fr. 451 ex Eupolidis Δήμοις sumtum esse suspicatur Nauck l. l. p. 161. — Temere ἐς ἀσπίδα vult Bl. Cf. Eur. I. T. 1237 ἐν κιθάρᾳ σοφόν.

Fr. 453. Probabili coniectura Nauck e fr. 494 supplet:

<ἥλῳ τὸν ἧλον, παττάλῳ τὸν πάτταλον,>
οἴνῳ τὸν οἶνον, κραιπάλῃ δὲ κραιπάλην.

Unde simul apparet frustra Bl. tentare οἴνῳ μὲν οἶνον.

Fr. 459. Iam Dindorfium in Thesauro et ante hunc Bothium κάππαριν correxisse monet Nauck. — In fine nescio an recte Bl. ponat signum interrogandi, coll. Antiphan. III 52 M.

Fr. 461. Nauck Mél. VI p. 161 monens apud Plutarchum legi ᾔδειν, cft. Philodem. περὶ ποιημάτων vol. Herc. ed. Ox. II p. 153 ὃ καὶ πρὶν Θέογνιν γεγονέναι κατείχομεν et Aul. Gell. N. A. I 3, 19 e Lucilio.

Fr. 470. Alterum ἢ, coll. Thesm. 910, delet Bl. Non video necessitatem.

Fr. 474. Vid. supra ad 347 a.

Fr. 482 parum numerosum. Modulatius Bl.:

ταῦτα γὰρ (vel τοι)
εὑρήματ' ἐστὶ γραδίων καὶ παίγνια.

Fr. 483. Nauck citat Aristid. I p. 707: τοῦτο δ' ἐστὶ τἀκ τῆς δυσπραξίας (ἀπραξίας v. l.) πράγματα et Synesii ep. 57, p. 196 B: ἐξ ἀπραξίας εὑρόμενος πράγματα, ubi perperam ἀπροεξίας rescripsit Hercher p. 666, 52.

Fr. 486 parodia Aeschyli in Lycurgia, ut Thesm. 135 sq., iudice Kaibelio. Nauck l. l. p. 162 cft. Stob. flor. 90, 8:

τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;

et cod. Laur. plut. 58, 24 (Cohn. Bresl. phil. Abh.)

τί δ' ἀσπίδι ξύνθημα καὶ καρχησίῳ;

Fr. 489. Bl. εἶτ' (vel ἀλλ') ἐνθάδ' εἴσφρες μ'.

Fr. 491. Recte ὅποι pro ὅπου Nauck l. l. p. 162.

Fr. 493 dictum de eo qui videre se aliquid dissimulat.

Fr. 494. Vid. supra ad fr. 453.

Fr. 500. Dubitat de Kockii coniectura Nauck, quia προσλαβοῦσα, quod habet Libanius, rectius sit dictum quam λαβοῦσα. Verissime. Procul dubio ipsius Libanii verba sunt, non poetae. Idem optime comico poetae abiudicat fr. 502, observans Libanium verba Μεγαρεῖς κτέ. deberi noto oraculo, ubi Megarenses dicuntur οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Indidem est fr. 673 Μεγαρέων οὐδεὶς λόγος ap. Plat. Mor. 730 e.

Fr. 508. Bl. tuetur Libanii lectionem τόν. Ego omnino dubito num rhetoris verba poetae fragmentum contineant.

Fr. 513. Bl. conicit ἐπέτριψέ μ'. At quis praestat haec non de alio dicta esse?

Fr. 522. Inutiliter idem ὅκκ', sufficit enim Bentleii sine transpositione correctio ὅκ' (pro ὃ κ') ἀργύριον ᾖ. Unde efficiat Kock vix dubium esse quin Attica comoedia sententiam Epicharmeam commemoraverit, mihi quidem obscurum est. — Si commemoravit, e forma ἄν pro ἐάν appareret fr. novae esse comoediae.

Fr. 531. οὕτως (vix necessarium videtur οὗτός γ') ἀράττει τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανόν. Cf. Hor. Carm. I, 1 extr. Sublimi feriam sidera vertice.

Fr. 532. Legatur γί<γ>νεται.

Fr. 540 novae esse comoediae arguit forma ἄν = ἐάν. — Κονδύλους non Meinekii coniectura est, sed lectio schol. Pac. 123, ut animadvertit Nauck.

Fr. 541. Pro εὔκολα Bl. εὔπορα vel εὐχερῆ. Nihil opus.

Fr. 545. Pro κατεῖδε idem audacter γράφει γὰρ vel δέ. Ita certe malim: ὃ (pro ὁ) Ζεὺς ἔγραψε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας. Sed fortasse καθορᾶν εἰς τ. δ. potest significare inspicere tabellas suas, ut Jupiter significetur sero facinus nescio quod olim ibi inscriptum vindicasse, quare nihil novaverim. Num comico recte tribuerit Kock valde dubito.

Fr. 547. Rectius Diogenianum 4, 97 habere δυστυχεστέρων monet Nauck. Non accedo Blaydesio tentanti ἀστοχούντων.

Fr. 548 alienum esse a comoedia iudicat O. Crusius.

Fr. 549. αἱ γνάθοι „a joke for αἱ γοναί" Headlam. Multum dubito. Significatur *maxillarum*, *ut baculi*, *ope corpus senile sustentari*.

Fr. 554. ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας ἢ μελαγχολᾶν.

Non intellegens πάντας Bl. aut τοῦτον substituendum putat aut delendum, rescripto μελαγχολᾶν <τινα>. Ego ne sic quidem scriptum proverbium, quod sec. Diogenianum dicebatur ἐπὶ τῶν μήτε λυπεῖσθαι μήτε χαίρειν δυναμένων, intellego. Num forte fuit:

ἢ χρὴ τρυγῳδεῖν πάντας (θνητὸν?) ἢ μελαγχολᾶν;

ut significetur ridendum esse de vitae humanae casibus, nisi dolendo in desperationem et insaniam delabi velis? — In universum autem haud satis apparet huiuscemodi popularis sapientiae fetus, licet comici uti potuerint et revera saepius usi sint, comoediae primam debere originem potius quam veteri poesi iambicae, velut proverbium (quo Aristophanes utitur in Pluto) πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι et quod mox (fr. 556) legitur πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν Asiaticum potius quam Atticum fontem prodere videntur.

Fr. 558. Nauck citat Boissonadii Anecd. vol. I p. 16; Gregor. Naz. Orat. 13 p. 207 C.

Fr. 565. τί δεῖ παρεῖναι λήκυθον, ἢν ἔτνος παρῇ;

Veteris comoediae esse arguit forma ἤν. Quamvis hoc proverbium (apud Macarium) careat explicatione, speciosius quam verius, ni fallor, lectionem λήκυθον tuearis nota Strattidis versus Euripidei e Phoenissis 462 parodia:

παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·
ὅταν φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον.

Felicissima Kockii coniectura, cui favent etiam numeri, est λέκιθον.

Fr. 573. τὸ γνῶμα γοῦν βέβληκεν ὡς οὖσ' ἑπτέτις.

Animadvertant tirones de *dentibus mutandis* graece constanter usurpari verbum simplex, et conferant adiectiva ἄβολος et πρωτοβόλος cum verbo πρωτοβολεῖν.

Fr. 582. Servus haec dicere videtur, cui erilis filius adolescens libertatem promiserit, si eius opera muliere amata, quam pater nurum habere nollet, foret potitus.

Fr. 584. τῆς pro τοῦ recte scholia Genovensia. Nicole, coll. Terent. Andr. 913 sq., probabiliter e Menandri Andria hoc fragmentum sumtum esse suspicatur.

Fr. 587. Coll. κοττάβια Callipp. IV 561 M., recte Bl. τῶν κοτταβίων δέ γ' (vel γὰρ) ἡμέτερ' ἦν τὰ πλείονα (cf. Kock), praemium in cottabi

ludo *κοττάβια* (aut *κοτταβεῖα* vix recte addit) dictum fuisse ratus, *κοτταβεῖον* autem vas quod suspendebatur.

Fr. 594 recte Sophocli vindicat Nauck. Cf. F. T. G. Soph. fr. 728.

Fr. 595. Cum Bl. praefero Monost. lectionem *ἀχάριστος*.

Fr. 599. *φθάνοιμ' ἂν* pro *φθανοίμην* Bl. Malim *φθάνοιμι* cum Dobraeo.

Fr. 602. Cf. Hesych. *ἐτανταλίχθη· ἐσείσθη* (Bl.).

Fr. 603. Nauck Mél. VI p. 163 cft. Trag. Gr. fr. ed. II p. XII et Plut. Inst. Lac. 29, p. 239 A.

Fr. 604. Idem l. l. citat Plut. Q. Conv. 3, 9 p. 657 A; Procl. in Hes. Op. 598; Eustath. Od. 1624, 44.

Fr. 605. Idem l. l. ex Etym. Voss. p. 21, 60 A *στρύχνου* correxit pro *τρύχνου*.

Fr. 609. Papageorgius e Luciani Demosth. encom. 3 attulit verba *πνίξοντας οὐκ εἰς μακρὰν δίκην τῶν δειλινῶν πνευμάτων*.

Fr. 615 sq. Vid. Nauck l. l. p. 164. Idem fr. 617 Euripidis esse Suppl. 865 sq. agnovit et fr. 618 uno versu scriptum oportere monuit. Consulatur idem de fr. 619.

Fr. 620 legitur ap. Plut. de lib. educ. cap. 6 p. 4 A. *Παροικῶν* iam Schott correxit a. 1612. Monuit Nauck. — *κἂν ἑνί*, scil. *ποδί*, recte interpretatur Bl. coll. Ar. Vesp. 497 *παραβλέψασα — θατέρῳ*. — Cf. etiam Herond. VI 23.

Fr. 624 Lycophronis esse vidit H. Weil in Revue des études gr. a. 1888 p. 395.

Fr. 625. Male additum *γε*. Hendecasyllabum esse intellexit Nauck l. l. p. 165, laudans Bergk, Lyr. III p. 643—647 et Cratini fr. 321.

Fr. 631. <*ἐγὼ*> *καταβαλῶ* nimis incerta coniectura supplet Bl. Recte fecit Kock huiusmodi versus non explens. — Idem Bl. fr. 633 *κάμινον* <*ὡς ἔοικ'*> *ἔχω 'ν* (pro *ἔχων ἐν*) *τῷ πνεύμονι*. Praefero Meinekii et Kockii coniecturas, multo enim probabilius haec de alia quam de se ipso (ipsa) haec dicit qui (quae) loquitur. Scilicet, ut fumus e camino, vini vapores ex ebrii gula surgere dici videntur. — Si poetae attici fragmentum est, corrigendum *πλεύμονι*.

Fr. 635. Corrigit Headlam: *καὶ ἡ κωμικὴ βλασφημία* (*ὁ κωμικὸς βλασφημῶν* Bl.) *κενταύρους ἔπαιζε τοὺς αἰσχρῷ ἔρωτι κεντοῦντας ταῦρον*, recte, nisi quod praeterea pro *ταῦρον*, coll. Eustathio 1930, 11, scripserim *τὸν ὄρρον*. Pessima est Kockii coniectura *ἔπληξε* pro *ἔπαιζε*. Cf. Nauck l. l. p. 165. Fortasse tamen praestat *ἔπαιζε*, nam semel ita lusisse videtur.

Fr. 639. Melius Cobet:

<*αὐτὸς σε*>*αυτὸν οὐ τρέφων κύνας τρέφεις;*

Cf. Diogen. Vind. I 93. Nauck l. l.

Fr. 640. *ἐπικάρσι' ὧδε* (vel *ἤδη*) *προσπεσοῦμαι* <*τῷ ξίφει*> coniecit Bl. At dici solet *περιπίπτειν τῷ ξίφει*, non *προσπίπτειν*.

Fr. 643. Headlam *οὐδέν*, deleto *φαγεῖν*, scribi iubet, Bl. *οὐδ' ἕν ὀδόντ' ἔχει φαγεῖν*. Teneo quod olim proposui.

Fr. 649. Blaydes proponens *ἔσπα τοῖν* (vel *ταῖν*) *γνάθοιν* non reputavit *ἐσπάτην*, *ἐβοάτην*, *ἐφοιτάτην* a grammatico citari ut dualis attici exempla.

Fr. 653 num poetae sit dubito, propterea quod etiam Demosthenes aliique pedestres imagine usi sunt eadem. Quare nihil impedit quominus ipsius Libanii haec verba sint.

Fr. 660. *βουλιμιᾷ τὰ βαλλάντια*. Recte sic Meineke et Kock pro *βαλάντια*. Falsum est quod Bl. ait hanc formam (quam unice probam esse constat) metro minus convenire. Quid enim vetat scribi:

βουλιμιᾷ

⏒– (v. c. *ἡμῶν*) *τὰ βαλλάντια* ⏑– | ⏒– | ⏑⏓?

Fr. 660. Idem partim cum Kockii supplet:

ἄγουσ' ἑορτὴν <*ἐνθάδ*> *οἱ κλέπται* <*συχνά*>.

Possis etiam <*πυκνά*>. — Frustra explere conatur fr. 666 et 668.

Fr. 667. Hesych. *λιθωμόται δημηγόροι· ἐπὶ τοῦ λίθου ὀμνύντες κτέ.* Rectius verba M. Schmidt verba sic digerit: *λιθωμόται· δημηγόροι ἐπὶ κτέ.* neque audiendus Bl. scribens *λιθώμοτοι δημηγόροι· ἐπὶ.*

Fr. 669. Fortasse recte Bl.: *ἐγὼ πετραίαν* <*καὶ*> *χυτρόπολιν* ...., sed male apud Strabonem *λεπρότητα* coniecit pro *λυπρότητα*.

Fr. 673. Vid. ad fr. 500.

Fr. 707. Phot. *τἄλλα καὶ φιλώμεθα* = *φιλῶμεν ἀλλήλους*. Respondet locutioni Germanicae Nichts für ungut! Frustra *δὴ* pro *καὶ* requirit Bl. Grammatico Nauck reddidit <*ἐν*> *ἑνὶ* et *διαφερόμεθα* pro coniunctivo.

Fr. 714. Hesych. *οὐδ' ἐτρύπησεν κρόκην· οὐδὲν εἰργάσατο.* Quid sit perforare subtemen, mihi obscurum est. Verbum vix sanum videtur.

Fr. 735. Cum *βλιτυρί* Bl. comparat Eupolideum *ταγυρί*.

Fr. 744. Verba *Ἀστυάναξ γέγονα* Stratonis esse Anth. Pal. XII 11 animadvertit Nauck.

Fr. 745. Temere Bl. *θλαστῆς* pro sanissimo *ἀστῆς*, nec melius tentavit fr. 754, ubi speciose Schmidt *σέβας* pro *σέλας* coniecit.

Fr. 764. Kock: Herodian. I 389, 40. Nauck „imo Steph. Byz. p. 221, 3."

Fr. 768. Iam Gaisfordium vidisse verba esse Pauli ad Timotheum c. 4, 6 monuit Nauck. Nihilominus idem repetit Bl.

Fr. 770. *οὐδὲν — ἐστ' ἀπώμοτον*. Profecit procul dubio poeta ex noto versu Archilocheo *χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον*, quod praeterea e numeris apparet et ex *ἀνέλπιστον* in vs. 2. Indidem iam Sophocles Ant. 388 *ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον*. Cf. etiam Eupolidis *Πόλεων* fr. 25:

τί δ' ἐστ' Ἀθηναίοισι πρᾶγμ' ἀπώμοτον;

Nihil autem est in hoc fragmento vetere comoedia indignum.

Fr. 775. Cur Bl. malit τοῖς λόγοις vellem explicasset, aptius enim videtur traditum τῷ λόγῳ, oppositum τῷ ἔργῳ. Sed prorsus incredibile est eundem in fr. 776 proponere ausum esse:

φύσει (sic!) ἔχειν ἄριστόν ἐστι κτέ.

Tradita scriptura nihil sanius cogitari potest.

Fr. 778. Bl. cft. Telecl. II 382 M. et Menandri fr. 327, 2. Similia multa addi possunt.

Fr. 782. In verisimili Kockii coniectura <ἐχάρην> Ἑκάβην ὀτοτύζουσαν κτέ. (coll. Ran. 1028) Blaydesio displicuisse suspicor χαίρειν cum acc., minus feliciter proponenti <εἶδον δ'>. At cf. de hac structura Eur. Hipp. 1340. Rhes. 390 et Valckenaer. ad Phoen. 711; quodsi vero num idem usus comicis concedatur dubitas, nihil vetat nos sumere in praegressis fuisse ἰδών (iungendum cum ἐχάρην), unde suspensi fuerint accusativi.

Fr. 784. „λιβανωτοῦ ioco inexpectato pro βοός." Bl.

Fr. 790. Cf. Arist. Thesm. 529 sq. et scholia. — Metrum esse choriambicum monet Bl.

Fr. 793. αὐτὴ νῦν ἡ σοφία ζῇ· ἐπί τινος εὐδοκιμοῦντος. B. A. 9, 16. „Sine dubio cum ironia dictum." Kock. Ita, sed incertum utrum haec sit vera lectio an potius αὕτη: Ista (tam prava scil.) nunc viget sapientia!

Fr. 798. Pseudo-lucianum ex noto Equitum loco scripsisse ἄρας (pro αὐτοῦ) ἐπάταξεν olim conieci. Idem nunc ut suum repetit Bl. Hic in Diogenis loco delet εἰ, sub quo fortasse latet ὅτι.

Fr. 800. Demetrius de elocutione 161: — ἐπὶ δὲ τῶν Θρᾳκῶν ἕτερος (comicus) ὅτι Μηδόκης ὁ βασιλεὺς βοῦν ἔφερεν ὅλον ἐν γνάθῳ·

Dixerat fortasse poeta:

Μηδόκης

βοῦν ἔφερεν ὅλον ἐν τοῖν γνάθοιν ⏕ — ⏑ ⏓.

Fr. 807. Apud Zenobium probabilius Meineke οἰκοῦσα coniecit quam Bl. οὐκ ἔχει pro οἰκεῖς.

Fr. 814. Tertullianum tragici pro comici scribere debuisse iure monet Nauck. Mél. VI p. 166.

Fr. 818. Eustathio ὁ ὑποκρινόμενος pro ὁ σκωπτόμενος reddi iubet Bl., coll. schol. Ran. 55.

Fr. 840. Vid. supra ad fr. 381.

Fr. 860. παρακεκινηκὼς ὑφ' ἡλικίας. Poll. II 16. Bl. coniecit παραγενοηκώς, quod si verum esset, Pollux id statim coniunxisset cum praegresso παρανοῶν. Sed optime se habere vulgatam = μεμηνώς Platonis, Xenophontis, Theopompi aliorum testimonia evincunt.

Fr. 879. Recte idem pro ὀνυχιμαῖα postulare ὀνυχιαῖα videtur. Cf. ποδιαῖος, πυγμαῖος, πηχυαῖος, παλαστιαῖος, alia.

Fr. 880. ὀξερίας τυρός vix sanum. Recte fortasse ξερίας (i. e. ξηρὸς) coniecit Schulze.

Fr. 882 *οὐκ ἐπιγλωττήσομαι* quantocius delendum. Permirum est Kockium, Blaydesium, ipsum Nauckium fallere potuisse locum notissimum Ar. Lysistr. 37:

περὶ τῶν Ἀθηνῶν δ' οὐκ ἐπιγλωττήσομαι
τοιοῦτον οὐδέν.

Fr. 886 non comici sed scriptoris pedestris esse ostendit Nauck l. l. p. 137.

Fr. 888. Menandri fr. 462, 11 *ὑποβινητιῶντα βρώματα* cft. Blaydes.

Fr. 890. Vid. Nauck l. l. p. 160.

Fr. 893. Manifesto non defenditur *ποντοκύκη γυνή* (vere *παντοκύκη* Arcadius) vocabulis *ποντοφάρυγξ* et *ποντοχάρυβδις* collatis a Blaydesio.

Fr. 896. Prorsus alienum est *δικῶν γυργαθούς*, Aristoph. fr. 217, quod comparat Bl.

Fr. 902. Poll. VIII 81. *Σκυρίαν δίκην ὀνομάζουσιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι τὴν τραχεῖαν, ἣν οἱ φυγοδικοῦντες ἐσκήπτοντο εἰς Σκῦρον ἢ εἰς Λῆμνον ἀποδημεῖν.* Haec non magis intellego quam Blaydes, cuius tamen violenta coniectura *πρόφασιν* aperte nihil proficitur, quia ipsa *δίκη* non potuit vocari praetextus. Sententiam misere turbatam esse docent Macarii loci IV 76. 77, quos Kock attulit III pag. 71. Nisi fallor, non Pollucis est *τραχεῖαν*, sed interpolatoris adiectivum *σκυρίαν* sic interpretantis (cf. *τὸ σκῦρον* = *λατύπη* et *σκυρός* = *σκιρρός*). Fortasse Pollux dederat *τὴν* <*δίκην*>, *ἣν οἱ φυγοδικοῦντες κτἑ.*, litem, quam qui fugiebant praetexebant etc.

Fr. 939. Probabiliter *ἀντιπελάργησις* coniecit Bl.

Fr. 946. Utrum praeferenda sit grammatici in Bekkeri anecdotis lectio *ἀποκραιπαλισμός* an Suidae (cod. *A*) *ἀποκεκραιπαλισμένος*, quod probat Bl., nemo mortalium scire potest. Quia tamen propter verbum simplex *κραιπαλᾶν* verisimilius est compositum fuisse *ἀποκραιπαλᾶν* aut *ἀποκραιπαλησμός* (sic Kock, sine causa improbante Bl.) aut *ἀποκεκραιπαλημένος* genuinum esse arbitror.

Fr. 949. *ἁρπαξόμιλος* pro *-μίλης* vere Nauck, coll. *εὐόμιλος*, *εὐπροσόμιλος*.

Fr. 953. *ἀσπακάζομαι* (*ἀσπαπάζομαι?*) pro *ἀσπάζομαι* apud comicum nescio quem fortasse dicere putandus est balbus aut ebrius balbutiens, quales introducit Plautus.

Fr. 957. Cur Bl. *βαμβακύζειν* (Hippon.) melius iudicet quam *βαμβαλύζειν* (Bekk. An.) vellem explicasset. Equidem collatis formis *βαμβαίνειν* et *βαμβάλλειν* potius de formae Hipponacticae sinceritate dubitarim, cum praesertim *βάμβακυς*, *βαμβακεία*, *βαμβακεύτρια* notiones habeant longe diversas.

Fr. 946. *βούχρως τις.* Bl. *βούρωστος* vel *βούρωμος*. Satius est non tangere!

Fr. 969. <*τῷ*> *σώματι* ex Hesychio supplet Bl.

Fr. 980. *διεψάθαλλε.* Praeter simplex cf. *ἀναψαθάλλειν*, *ψαλάττειν*, *ὑποψαλάττειν*, *ψηλαφᾶν* etc.

Fr. 983. *δικαμπίας*. Bl. cft. *τροπίας*, *καπνίας*, *ἀμφίας*. Adde *κουρίας*, *ξυρίας*, *πρατίας* etc.

Fr. 984. *δικομήτρα*. Bl. cft. *ὀρτυγομήτρα*. — Cf. German. Perl-mutter.

Fr. 988. Hesych. *ἐγκᾱλοσκελεῖς· οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας*. Adnotat editor „Res ipsa ficta ut nomen." At scire velim cur poeta nomen fingeret, si res ipsa non extaret. Athenis sane comicorum aetate privati debitores, qui solvendo non essent, non vinciebantur, sed de Athenis non agi luculenter ipsum nomen demonstrat, quod ibi *ἐνξυλοσκελεῖς* sonasset. Contra doricum *κᾶλον* indicio est hanc glossam petitam esse aut e Sicula, quod suspicor, aut ex Italiae inferioris comoedia, itaque durioris ibi in debitores legis continere testimonium haud spernendum.

Fr. 1001. B. A. 39, 12 corrigatur *σαπρὰ* pro *σαθρά*. In vulgus notum est *γραῦς σαπρά*.

Fr. 1009 delendum. Ex Od. σ 11 sumtum esse gl. *ἐπιλλίζειν* monuit Nauck l. l. p. 166.

Fr. 1018. Nihil obstat quominus *ἰαμβοφάγος* extiterit iuxta *ἰαμβειοφάγος*, quod moneo propter Blaydesii notam p. 273.

Fr. 1021. Cum *ἱππόπορνος* = *μεγαλόπορνος* comparanda *ἱππόκρημνος* (Ar. Ran. 929), *βούμαστος*, *βούλιμος*, *βούπαις*, *βουκόρυζα* etc.

Fr. 1022. Temere *ἰσχιοίδης* sollicitat Bl. Vid. Kock ad fr. 1111.

Fr. 1023. Bl. comparat fungi nomen phallus impudicus.

Fr. 1025. Idem „Scripserat fortasse comicus aliquis:

τῆς οἰκίας γὰρ οὔποτ' ἐκπέμπει καπνὸς
τοιοῦτος αὐτούς, ἀλλὰ πάντας εἰσάγει."

Fr. 1038. Eiusdem coniectura *κυλοιδιᾶν* pro *κιχλοιδιᾶν* propter notionem a verbo *θεμερύνεσθαι* diversissimam procul dubio falsa est. Rectissime emendatum est *κιχλιδιᾶν* (a. v. *κιχλίζειν*).

Fr. 1039. Bl. citat Poll. X 177.

Fr. 1040. Mirifice idem fallitur comparans Ar. Lysistr. 800.

Fr. 1042. Malit idem *κνισοτήρης* pro *κνισοτηρητής*, coll. *πιννοτήρης*. Vesp. 1518. Non video necessitatem.

Fr. 1044. Cum *Κοδρίτης* Bl. comparat fictum nomen *Πυκνίτης* Ar. Eq. 42.

Fr. 1048. Idem cft. *γνωμοδιώκτης* et *κνισοδιώκτης*.

Fr. 1056. In Eustathii verbis eiusdem coniectura ὃ *δὴ κύνα χοῖρος* non intellego. Coll. fr. 1057, intellegerem ὃ *δὴ κυνέγειρον* (pro *κύνα χοῖρον*) *ἄλλῃ κωμῳδίᾳ φησί*. Cf. nomen proprium *Κυνέγειρος*. — Gl. *κύνειραν*, quam Eustathius vix recte explicat *τὴν τὸν κύνα εἰρύουσαν, ὅπερ ἐστὶν ἐφελκομένην*, non expedio.

Fr. 1069. Bl. cft. Ar. Pac. 654 *καὶ κύκηθρον καὶ τάρακτρον*. Adde *λαίμαστρον* quaeque alia collegi s. v. p. 487 in lexico meo suppl. et dial. p. 487.

Fr. 1072. *λευκηπατίας*. Kock „Non audeo scribere *λευχηπατίας*. Cf.

λεύκιππος, ἀπηλιώτης, ἀντήλιος, multa alia." Quae tamen, quamvis in Atticam recepta, ionicam produnt originem. Si autem haec glossa est comica, non dubitarim probare λευχηπατίας, coll. λευχειμονεῖν similibusque.

Fr. 1076. Duplex glossa videtur. Suspicor:

μεγαρίζοντες· λιμώσσοντες (cf. Ar. Ach.)
<μεγαλίζοντες>· μεγάλα λέγοντες.

Fr. 1083. Bl. cft. νωδογέρων et τυμβογέρων.

Fr. 1091. Obscura mihi est ratio vocis ξυλοκύμβη.

Fr. 1095. Bl. cft. περιπρωκτιᾶν et σαυλοπρωκτιᾶν.

Fr. 1102. Apud Photium legerim: παράδεισος· ὁ ἀναίσθητος (vulgo τὸ ἐνεστώς). σημαίνει δὲ τὸν οἷον (pro οἷον τὸ) ἐμπεριπατεῖσθαι ἀνειμένως (pro τεθειμένως Bl.) διὰ τὴν ἀναισθησίαν, i. e. significat autem eiusmodi hominem, cui libere inculcare (velut horto) possis propter stolidatem. Aliter Blaydes p. 274.

Fr. 1110. Vid. Nauck, Mél. VI p. 166.

Fr. 1116. περιχονδριᾶν comici esse incertissima est coniectura. Quidni sit glossa medica?

Fr. 1117. Pro πεφορινῶσθαι nescio an corrigendum sit πεφορινῆσθαι, verbo ducto ex φορίνη.

Fr. 1121. Recte Bl. in nominativo requirit ποντοφάρυ<γ>ξ.

Fr. 1124. Male Photius προδοτίστερος componit cum πτωχίστερος, melius cum κλεπτίστερος et fortasse λαγνίστερος, si atticum fuit λάγνος pro λάγνης. Eodem pertinet κακηγορίστατος apud Ecphantidem fr. 5.

Fr. 1133. Formam ῥιγεσίβιος pro ῥιγωσίβιος addubitat Bl. Cf. tamen ῥιγεδανός, ῥιγεῖν, ῥιγηλός, ὠλεσίοικος. Pro altera lectione faciunt praeter vv. ll. apud Kockium vulgatior analogia et aptior numeris forma.

Fr. 1166. Τολμη<μα>τίας analogiam postulare putat Bl., coll. ληματίας et τραυματίας. Si sanum est, pertinet ad vocabula aphaeresin syllabicam passa, qualia permulta collegi in lexico meo suppl. et dial. s. v. τριμίσκον, pag. 829 sq.

Fr. 1173. Hesych. τυρωθέντα· ταραχθέντα, κινηθέντα. Recte Bl. τυρευθέντα· — κυκηθέντα, coll. Hes. τυρεύει· ταράττει, κυκᾷ.

Fr. 1180. Nauck ante Bl. ὑπερμαζᾷ, coll. Photii lexico s. v.

Fr. 1181. Ope loci Ar. Ach. 842 ὑποψωνεῖν corrigit Bl.

Fr. 1188. Coniecturis Bl. addit φθειρογομίδης, cui coniecturae sane magis favet Hesychii explicatio φθειρῶν γέμων.

Fr. 1199. Bene Nauck φίλετνής pro φίλετνος.

Fragmentis comicis adespotis e Lexico Sabbaïtico accessere (pag. 19, 4) haece:

1) μετέωρον αἴρουσ' αἱ πτέρυγες τὴν ναῦν etc.
2) ἕως ἂν ἐμπέσωσιν εἰς τὸν οὐρανόν.

3) ἐκ Δελφῶν δ' ἔχων ἥκει τι κακὸν ἄφωνον.

(pag. 21, 11)

4) καὶ τριβώνιον πονηρὸν οἷον ἐνριγισκάνειν.

quem vs. iam antehac Aristophani tribui, coll. Ar. Plut. 847.

5) ἄγε δή κ' (ἀλλ' Kock) ἀνδρείως ὥσπερ πύκτης ἀφίδρυσον [καὶ πιτύλευσον
— — — — τὴν ῥῆσιν ὅλην καὶ κίνησον τὸ θέατρον.

Ubi Kock καὶ τόρνευσον (σύμπηξον, κόλλησον, γόμφωσον, alia) supplet, ipse in lexico meo s. v. πιτύλευσον pag. 661 ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς aut aliquid eiusmodi. Vs. 1 fortasse sufficit: ἄγε δ ἀ ν δ ρ ε ί ω ς (= δὴ ἀνδρείως).

Praeterea accesserunt duo fragmenta ex Schol. Hom. Il. Genovensibus editis a Nicolio a. 1891:

1) Schol. ad Δ 189 ἔστι γὰρ καὶ εὐκτικὸν ἐπίρρημα ε ἰ, ὃ σημαίνει τὸ εἴθε· ο ὗ τ ο ς π α τ ὴ ρ τ ῆ ς π α ι δ ο ς; ε ἰ γ ὰ ρ ὤ φ ε λ ε ν.

2) ib. 323. — ἀνδρὸς γ ὰ ρ γέροντος ἡ ῥ<άβδος? Nic.> βακτηρία. Non intellego. Num forte ἀνδρὸς γ έ ρ<ας> γέροντος ἡ βακτηρία? Cf. Homeri locum.

DUBIA ET SPURIA.

Fr. 1203, 6. Blaydes cum Petavio legens ὑμνεῖ<το> δ' αἰσχρῶς pro ὁ Φοῖβος proponit Ἄδμητος aut Ἁρμόδιος, traditis dissimillima.

Fr. 1204, 6. Cum eodem malim βέβαιον.

Fr. 1206, 4. Pro τῷ πειρωμένῳ olim proposui τἀπορουμένῳ. Iusto violentius Bl. τῷ λυπουμένῳ.

Fr. 1209, 2. Sanum Bl. ducit διαιρῶν. Equidem valde dubito.

Fr. 1210, 4. Verba hodieque spuria mihi videntur.

Fr. 1211, 1. ξενῶν ἄνοιγε sine causa in vs. tragico Bl.

Fr. 1213, 1. Restituatur forma attica αἰετόν. Cf. Meisterh.[3] p. 33, 5.

Fr. 1215, 2. Blaydes malit ὦ τάλαν, γαμεῖν ἔχεις.

Fr. 1216, 2. B. ἄ π α γ' ἐ ς τ ὸ ν φ θ ό ρ ο ν.

At sine articulo dici solet ἐς φθόρον, εἰς ὄλεθρον, εἰς μακαρίαν, ἐς κόρακας. Quare suspicor:

ἀ π ά γ α γ' ἐ ς φ θ ό ρ ο ν.

Fr. 1219. Rectius Porsono de his iudicasse videtur Nauck l. l.

Fr. 1220. Non sufficere Kockii coniecturam ratus proposui olim:

θύειν ἔδει γὰρ τοῖς θεοῖς, ὅταν τάφῳ
γυναῖκα κ ρ ύ π τ η τ α ί τ ι ς, οὐχ ὅταν γαμῇ.

Quomodo scripta haec tam ab Euripide quam a comico proficisci potuerunt. Cf. mox fr. 1265 et monost. 95 et odiosissimum Hipponactis locum:

δύ' ἡμέρα γυναῖκές εἰσιν ἥδισται,
ὅταν γάμῃ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Fr. 1226. Nondum me poenitet proposuisse:

ἡ Μιλησία

σμάραγδος, ἐμπολημάτων τιμήστατον.

Nam τιμηέστατον dubii est atticismi. Cf. Soph. Phil. 984 ὦ κακῶν κάκιστε καὶ τολμήστατε et Arcad. p. 24, 11; 25, 18; 96, 6.

Sin vero comicae musae fetus est, requiro:

ἐμπόλημα τιμιώτατον.

Traditur ἐμπόλημα τιμηέστατον.

Fr. 1242. Vid. Nauck, Mél. VI p. 135.

Fr. 1258. Recte Potter, cum plerique codices habeant ἀπέρρε, scripsit ἄπερρε, indicante Nauckio. Sero igitur venit Bl. idem repetens.

Fr. 1261. De Kockii nota vid. Nauck l. l.

Fr. 1268. Idem l. l. „Legitur Plut. de fluv. 3, 4, unde apparet esse versum apocryphum. Traditur καὶ τότε φρονήσει ὅταν εσημματην φρονῶν. Legendum: καὶ τότε φρονήσεις (cum Salmasio), ὅταν ἀνῇς μηδὲν φρονῶν."

Fr. 1270. Violenter tentat Bl. p. 277.

Fr. 1271. Sophoclis est fr. 686 Nck.[2]

Fr. 1274. Vid. Nauck Mél. VI p. 168. Sine causa et refutatus versionibus latinis ap. Kockium Bl. ἐπῆρε coniecit pro ἔπεισε.

Fr. 1292. Iniuria idem coniecit ῥῆξαί μ' <ἔασον (vel ἐᾶτε)> καὶ φράσαι λόγον <τινά>. Scire enim pervelim quid sit ῥῆξαι λόγον. Graece dicitur ῥηγνύναι βοήν, φωνήν, similia. Longe melius Meineke et Kock.

Fr. 1293. Blaydes τῶν (pro καὶ) λόγων nescio an recte, sed improbabiliter ἐν λόγοις. Fortasse corrigendum: φοινικελίκτην τῶν λόγων κάλαξόνα.

Fr. 1296. Bl. τῆς ὑπαντάξ. Non male; modo ὑπαντάξ pro ἐπιτάξ vera sit Cobeti coniectura, quod mihi non liquet. Quia tamen in Etymologico ἐπιτάξ explicatur συντόμως, fortasse corrigendum:

ὅστις τῆς ὁδοῦ

ἡγήσεταί σοι τῆσδ' ἐπιτάξ.

Fr. 1300. Ante Kockium correxit Duebner, ut monuit Nauck l. l. — Ab initio κἀγὼ supplet Bl.

Fr. 1304. Naberi coniecturae praefero Kockianam, coll. Cratineo illo ὁ δ' ἠλίθιος ὡς προβάτιον βῆ βῆ λέγων βαδίζει, et subdubitans num βαὺ βαὺ βαύζειν aut αὖ αὖ ὑλακτεῖν similiaque recte graece dicantur. — Ceterum iota breve in ἱείς fortasse indicio est hoc fragmentum a comoedia alienum esse, sive iambographo (de quo dubitabundus iam cogitavit Meineke) sive fabulae satyricae adscribendum est.

Fr. 1307. Vid. Nauck Mél. VI p. 169.

Fr. 1308. Οὐδὲ γρῦ sine causa Bl.

Fr. 1312. Lexicon Sabbaïticum, p. 71: γλῶσσα εἰ οὐκ ἐμπήξεται· ἄδηλον εἰ ἡσυχάσεται. Quae lectionis varietas incertiorem reddit coniecturam γλώσσας οὐκ ἐμπήξετε et sententiam poetae haec verba tribuenda esse.

Fr. 1328. Nauckio l. l. multo probabilius haec verba tentasse videtur Meineke in Philologo XIV p. 22.

Fr. 1232. Omnino nihil comici sapere hic locus mihi videtur. Nec facile poeta comicus *μοιχεύων ἁλοὺς* dixisset pro *μοῖχος ἁλούς*.

Fr. 1340. Utrum Eustathius dederit quod traditur *ξυρόμενον* (quae forma saepius apud infimae aetatis scriptores occurrit) an *ξυρούμενον* (ut corrigit Bl.) parum refert, sed si vere Bl. ita correxit, cur mendosum reliquit quod statim subsequitur *ξύρεσθαι*?

Fr. 1352. Nauck Mél. VI p. 163 „Fresenius et L. Cohn docuerunt Eustathium haec transcripsisse collecta ab aliis. Hae sordes petitae sunt ex Suetonio *περὶ βλασφημιῶν*." — Hipponacteum *βορβορόπη* Bl. comparat cum *Παρθενόπη* et *Σαλαβακχώ* formato ex *σαλάβη* = *ὀπή*.

Fr. 1361. Ad verbum *λαικάζειν* alludi putat Bl.

Fr. 1362. Idem deleto *κ̄* scribi vult *λακκοσαπέρδην*, conferens *λακκόπεδον*, *λακκόπρωκτος*, *λακκοσχέας*, sed docere supersedit, qui tandem piscis salsus *σαπέρδης* nomen indere potuèrit podici, sic enim Hesychius *λακκοσκαπέρδης· λακκόπρωκτος*. Quare sanam iudico traditam scripturam, et alludi ad satis amplum foramen in palo, per quod in ludo cui *σκάπερδα* nomen funis traiectus erat, quo duo pueri palo adstantes averso corpore alter alterum sursum trahere nitebantur. Cf. Pollux IX 116. Translationi fortasse favebat similitudo quaedam vocabulorum *σκάπερδα* et *πέρδεσθαι*, ut veteres in etymologicis absurdissima quaeque admisisse constat.

Fr. 1367. Suetonium apud Millerum cft. Nauck l. l. p. 415. — *Νώθουρος* i. q. *νωθρὸς* (*νωθὴς*) *τὴν οὐράν* = *τὴν κέρκον* sive *τὸ πέος* esse etiam sine Blaydesio sciremus.

Fr. 1372. Utrobique apud Pollucem pro *οἱ κωμικοὶ* Bl. requirit *οἱ Δωρικοὶ*, at ita aut *Δώριοι* aut *Δωριεῖς*, ni fallor, scripsisset. Sed cf. Kockii notam.

Fr. 1376. *σεσωσμένοι· γυναικὶ συγγεγονώς*. Speciosius quam verius Bl. coniecit *σεσησμένος* (drained). Non enim *ὡς διὰ κοσκίνου* viri eo actu perfunguntur. Durum sane est vulgatam ita explicare, ut in comoedia aliqua dicta sit antehac despondenti, nunc salvo, cum amata potitus sit. Quid lateat non exputo.

Fr. 1383–1582. De his Kockii halucinationibus Nauck l. l., qua erat iudicii sanitate vir eximius, severe sed optime iudicavit.

Fr. 1389, l. 6 ex Pindari fr. 169 sumta esse perspexit idem.

Fr. 1573, p. 681, l. 10 sq. Aeschyli est fr. 250 (Nck.[2]).

Cur Kock Monostichis Menandreis inter Dubia et spuria locum denegaverit ignoro. Quia tamen ad hoc caput pertinent hic addam, quae a viris doctis post Meinekium coniecta esse cognovi:

Vs. 13. Cf. Men. IV 293 et 264 Soph. fr. 296 (Bl.).

Vs. 30. Richards: *ὁ χρηστὸς* pro *ἄριστος*.

Vs. 34 = Menandri fr. 595.

Vs. 56. Richards: ὅτι pro ὅς.

Vs. 79. Metri causa gravissimo errore poetaster dedit βασίλεια (regina) pro βασιλεία (regnum), quod sententia postulat.

Vs. 83. Paene integer petitus ex Soph. Ai. 293.

Vs. 90. Fortasse legendum ἐστιν ἐσχάτη τύχη.

Vs. 95. θάττειν vit. typ. pro θάπτειν. — Cf. supra ad Dub. et spur. fr. 1220.

Vs. 109. Fortasse οὔποτ' οὐδέν.

Vs. 114. Corruptum χρηστός. Sententia postulat felix aut dives.

Vs. 119. Richards: τῶν δικαίων ἵνα τύχῃς.

Vs. 124. Fortasse τι (pro τὸ) μικρόν.

Vs. 138. Bl. δούλῳ δ' ἑτέρῳ γεγονότι, coll. Men. 698.

Vs. 141. Propter formam ionicam διδοῖ = δίδωσιν fieri potest ut hic versus antiquo iambographo sublectus sit.

Vs. 145. Corruptum πλάσῃς. Num forte ἐπ' ἀνδρὶ δυστυχοῦντι μὴ 'παγάγῃς κακόν, ut dicitur ἄτην, πῆμα, νόσους, κινδύνους, πόλεμον ἐπάγειν τινί?. Lenius etiam posses ἐπελάσῃς, si exemplum verbi ἐπελαύνειν similiter usurpati extaret.

Vs. 150. Cf. Men. 733 (Bl.).

Vs. 156. Cf. Adesp. 238 (Bl.).

Vs. 168. Cf. Men. 760 (Bl.).

Vs. 176 = Eur. fr. 236, ubi est σὺν μ.

Vs. 183. Cf. Men. 380, 1 (Bl.).

Vs. 203. Ἔθη pro ἤθη Richards. et vs. 304 ἔθος pro ἦθος.

Vs. 210 = Eurip. fr. 1113, ubi ἑκάστῳ (Bl.).

Vs. 215 graviter corruptus, nec sufficit γάμει scribere pro γαμεῖν. Expectatur sententia: coelibem vitam universe praeferendam esse matrimonio, v. c. κρατεῖ τὸ σύνολον τοῦ γαμεῖν τὸ μὴ γαμεῖν.

Vs. 221. Ἑλοῦ pro Ἡδὺ Richards. Possis etiam Ἢ δεῖ σιωπᾶν ἢ λαλεῖν ἃ δὴ (pro μὴ) πρέπει. Violenter Bl. κρεῖττον. Vid. Aeschyli fr. 208, ibique Nauckium,

Vs. 222. Nauck ad Eur. fr. 977 σοφοῖσιν ἀπόκρισις.

Vs. 229. Richards: Θεὸν σέβου καὶ πάντα πράξεις σὺν θεοῖς pro ἐνθέως, sed debuerat σὺν θεῷ.

Vs. 234. Θεὸς πέφυκεν ὅστις οὐδὲν δρᾷ κακόν. Noli conicere θεῖος. Quia „peccatis sine nemo nascitur", deus sit necesse est ὁ ἀναμάρτητος.

Vs. 235. γράμματα pro πράγματα vere Richards. Cf. vss. 312. 403. 438. 652. 657.

Vs. 242 = Men. 1110. — παραστατεῖ malim cum Bl. coll. Soph. El. 917; O. R. 400.

Vs. 248. Cf. Eur. fr. 808 (Bl.).

Vs. 257. Idem recte βίᾳ pro βίῳ.

Vs. 259. Recentem huius versus originem arguit *πλεονεκτεῖν* cum acc. pro genetivo, ut vs. 268 *ἀδόλεσχος* pro *ἀδολέσχης*, vs. 270 *βιώσεις* pro *βιώσει*, vs. 287 *κρίνειν* pro *δικάζειν*, vs. 327 *συμβιοῦν* pro *συζῆν* (cf. 599), vs. 548 *νίπτει* pro *νίζει*.

Vs. 269. *Ἱκανὸν τὸ νικᾶν ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων*. Non sufficit *ἔστι* pro *ἐπὶ* corrigere cum Meinekio, sed praeterea *ἴδιον* requiri videtur pro *ἱκανὸν*.

Vs. 291. Cf. Aeschyli fr. 177 (Bl.). 297 = Aesch. fr. 396.

Vs. 300. Expuncto *τό*, fit versus politicus.

Vs. 316. Cf. Eurip. fr. 1071 (Bl.).

Vs. 318. Richards: *λιμὴν || πλοίου μὲν ὅρμος, τοῦ βίου δ' ἀλυπία*.

Vs. 319. Cf. Men. 591, 3 (Bl.).

Vs. 328. Idem *Μέτρια λαλήσεις μὴ λαλῶν ἃ μή σε δεῖ*.

Vs. 334. *Μεστὸν κακῶν πέφυκε φορτίον γυνή*. Proposui quondam *θηρίον*. Utraque vox saepius confusa.

Vs. 337. *Μόχθος* pro *Μισθὸς* bene Richards.

Vs. 351. Cf. Philem. IV 35 (Bl.).

Vs. 360. Cf. Eur. fr. 969 (Bl.).

Vs. 362. Idem *Μὴ || γάμει γυναῖκα κοὐκ ἀνοίξεις* <*σοι*> *τάφον*.

Vs. 363 = Eur. 541, 1, ubi est vera lectio *τέκνα* pro *τελοῦσα*.

Vs. 367. Richards melius quam Meineke: *Μετὰ τῶν δικαίων διατριβὰς ἀεὶ ποιοῦ*.

Vs. 375. Idem *δάκνει* pro *νικᾷ*. Eodem sensu possis *κνίζει*.

Vs. 385. Probabiliter idem *ἀνάπαυσιν* pro *ἀναπαύει*. Cf. vs. 596.

Vs. 395 fortasse est versus politicus.

Vs. 407. Versus (paucis mutatis) sublectus Sophocli O. C. 369 *τίς γάρ ἐσθ' ὃς* (vulgo *ἐσθλὸς*) *οὐχ αὑτῷ φίλος;*

Vs. 424. Transponit Richards: *Ὁ νοεῖς μὲν οὐδεὶς οἶδεν, ὃ δὲ ποιεῖς βλέπει*, citans Publii Syri Sent. Append. 11 Cernuntur facta, nemini animus cernitur.

Vs. 439. Correxi olim: *Οὐδεὶς πυρέττων* (pro *πῦρ εἰς*) *χρήματα δοὺς* (pro *διδοὺς*) *ἐπαύσατο*.

Vs. 446. Richards: *πολλοὺς ὁ καιρός, οὐχ ὁ νοῦς* (pro *οὐκ ὄντας*), *ποιεῖ φίλους*.

Vs. 450. Cf. Men. 932.

Vs. 452. Fortasse legendum: *Πατήρ σ' ὁ θρέψας, οὐχ ὁ γεννήσας* <*πέλει*>, nisi forte est politicus.

Vs. 456 sq. Non expedio.

Vs. 468. Recte Bl. *ζήσεις, γυναῖκ' ἂν μὴ τρέφῃς*.

Vs. 478. Vix sanus. Num forte *Σωτηρίας θεμέλιον* (pro *σημεῖον*) *ἥμερος τρόπος*? An *ταμιεῖον*, coll. vs. 505?

Vs. 489. Cf. Men. 417 a; Eur. fr. 503; Chaerem. 20 (Bl.).

Vs. 493. Vid. Nauck ad Agathonis fr. 6 p. 764 sq., ubi addendum Aristaeneti ep. I 13 init. *τῷ μακρῷ καὶ τοῦτο — κατέμαθον χρόνῳ*,

ὡς καὶ τέχναι πᾶσαι προσδέονται τύχης, καὶ τύχη διακοσμεῖται ταῖς ἐπιστήμαις.

Vs. 497 = Eur. fr. 1017.

Vs. 499 = Eur. fr. 1026.

Vs. 504. δεινὸν pro αἰσχρὸν recte Bl., coll. adesp. 61.

Vs. 508. Miror Meinekium fugisse hunc versum Aeschyli esse Prom. 44.

Vs. 523. Richards: Ὕπνος <περιττὸς> δεινὸν ἀνθρώποις κακόν. Sed coll. vs. 732, crediderim potius ὕπνος corruptum esse ex ὑπόνοια. Quod si ita est, legendum Ὑπόνοια δεινόν <ἐστιν> ἀνθρώποις κακόν.

Vs. 533. Corruptum aut φοβοῦ aut μὴ φοβοῦ.

Vs. 535. Fortasse φρόνημα λαμπρὸν (pro λιπαρὸν) οὐδαμῶς ἁλίσκεται (cum Meinekio pro ἀναλίσκεται). Sed deest dativus instrumenti, velut ταῖς συμφοραῖς, quo fortasse terminabatur versus praecedens in loco, unde hic vs. excerptus est.

Vs. 539. Probabiliter Bl. τίκτει pro κομίζει, coll. Eurip. fr. 195, unde fictus.

Vs. 543. Ex Epicharmeo illo ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, καὶ λάβοις τί κα.

Vs. 550. Cf. Aesch. Prom. 378: ὀργῆς ζεούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι et infra vs. 622, ubi legendum σοφός pro σοφοῦ. Vid. vs. 674.

Vs. 562 = 761.

Vs. 563. Cf. Eurip. fr. 529, 1 (Bl.).

Vs. 572. οἰκίζει = οἰκεῖ. Vid. Lexicon meum suppl. et dial. s. v.

Vs. 580. Vid. Menandr. fr. 89. Cf. Sophocl. fr. 851. (Bl.).

Vs. 586. Fictus aut corruptus ex Soph. Ant. 326: τὰ δειλὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται.

Vs. 587. Nisi est versus politicus, metrum postulat: ἀνὴρ ὕπουλος κτἑ.

Vs. 590. „Legendum φίλος φίλον φειδόμενος οὐκ ἔστιν φίλος, coll. Publ. Syr. 10: Amici vitia si feras, facies tua." Richards.

Vs. 592. Cf. Soph. Aiac. 646 sq. ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος | φύει (φαίνει?) τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται.

Vs, 601. Antiqui sermonis proprietas postularet: Ζήτει ποεῖν εὖ τοὺς σέ γ' εὖ εἰργασμένους, in recentis aevi fetu tantummodo requiro: τοῖς καλῶς <σ'> εἰργασμένοις.

Vs. 605. Voluisse videtur poetaster: Nihil opus magnis viribus, modo strenue utaris iis viribus quas tibi dedit natura. Graece balbutientis sunt quae protulit.

Vs. 606. Pro χρόνῳ expectatur fere βίῳ.

Vs. 612. Pro πλούτει expectatur ὕβριζον aut aliquid eiusmodi.

Vs. 613. Voluit miser versifex: ἀλλὰ καὶ μεταδὸς τῆς σῆς ἐπιστήμης τοῖς φίλοις, sed versiculi angustiis impeditus ea scripsit quae vix intellegas.

Vs. 614. Cft. Eurip. fr. 1057, 1 Blaydes.

Vs. 615. Haud intellego.

Vs. 616. Richards proposuit δικαίας pro ἀρχαίως.

Vs. 623. Lege ἐκεῖ pro εἰσιν, ut recte est infra vs. 694. — Cf. Menandri fr. 804.

Vs. 644. Optime Richards ἀταραξία pro ἀπραξία.

Vs 653. Idem: βραβεῖον ἀρετή 'στιν εὐπαιδευσίας.

Vs. 663 Euripidis est Hippolyti vs. 95.

Vs. 680. Expectatur κρεῖττον pro καλόν.

Vs. 683. Apte Blaydes λιτῶς (l. λειτῶς) pro λεπτῶς. Pro γέ τοι malim γὰρ εὖ, in quod incidit etiam Richards. Legatur igitur:

λειτῶς γὰρ εὖ ζῆν κρεῖσσον ἢ λαμπρῶς κακῶς.

Vs. 684 = Menandri fr. 799 (Bl.).

Vs. 692 = Soph. fr. 860, ubi melius legitur κακῶν.

Vs. 695 = Trag. adesp. 491, ubi est πάντ' ἰδεῖν.

Vs. 711. Pro ῥέγχει Richards coniecit τρέχει, ipse olim proposui εὖ ῥεῖ (ῥεῖ δ' εὖ?) παρούσης τῆς τύχης τὰ πράγματα.

Vs. 718 = Menandr. fr. 417 b. (Bl.).

Vs. 725 Chaeremonis tragici versus est, fr. 2 apud Nauckium² p. 782.

Vs. 755. εὐβόλως pro εὐκόλως acute et nescio an vere Blaydes.

Vs. 758 = Menand. fr. 288.

Rationem praeterea habeat futurus editor eorum quae collegit Blaydes pag. 352—358, quae singula discutere non vacat. Sed forte inspiciens p. 358 video eum antiquum obtinere in Synesii loco p. 728, ubi optime scribitur ὥστε μοι δοκῶ | πλεῖν ἢ παλαστῇ γεγονέναι σοφώτερος, pessime rescribentem πλείονι παλαιστῇς, quod duplici nomine vitiosum est. Nam unice Atticum est παλαστή, nec Aristophanis editorem latere potuit v. c. Ranarum vs. 18: πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

ADDENDA.

Magnetis fr. 1. *ἤδη τεθέασαι* —; Bl. cft. Ar. Nub. 370; Hermippi fr. 36.

Cratini fr. 54. *μάτην* pro *μόνον* Bl.

Fr. 76. Idem *τῇ* — *βουλῇ*. Mihi non displicet Kockii explicatio, sed de paucissimis verbis nil certi statui potest.

Fr. 96, Bl. ludi putat in duplici vi subst. *ἀμοργίς* (*χιτὼν ἀμόργινος*) et *ὑποστάθμη*, sedimentum, et in verbis *ἠθεῖν* et *νήθειν*. At forma *νήθειν*, quamvis tradita etiam Plat. Polit. 289 C, pro antiquiore *νῆν* suspicione non caret.

Fr. 79, 2. Cum Bl. nescio an corrigendum sit *οὐδέν* pro *μηδέν*, quod vitiosae sequiorum *συνηθείᾳ* deberi videtur. Sed cum eodem nequaquam praefero masculinum *οὐδέν'*, quod ipsa sententia vetat. Non enim vere dici potuit neminem tam stultum esse ut amet, id quod pauci homines non faciunt, sed qui loquitur contendit rem stolidam et vanam esse amorem. Praeterea nudum *κενός* dici solet de rebus potius quam de personis.

Fr. 105. Vereor ne grammaticos fefellerit scriptura *ΟΙϹΘΑϹ* (denotans *οἶσθά σ'* non *οἶσθας*), Cratino tribuentes formam *οἶσθας* novae comoediae propriam.

Fr. 108, 3. Athenaei codex habet *ἐπωάζουσ'*, pro quo recepta est Valckenaerii correctio *ἐπώζουσ'*. At requiritur *ἐπῳάζουσ* aut *ἐπῴζουσ'*, quia ex *ᾠόν* debuit formari aut *ἐπῳάζειν* aut *ἐπωΐζειν* et contractione attica *ἐπῴζειν*. Contra *ὤζειν* est verbum comicum significans o! clamare. — Blaydes monet Lentingium ad Androm. 84 proposuisse *ἐπὶ τῷδ' ἐπωάζουσ' ἂν ἐκλέψαις*, aut *ἐπὶ τῷδ' ἐπώαζ', ὡς ἂν ἐκλέψῃς*, quod equidem praetulerim, modo legatur *ἐπῴαζ'*.

Fr. 109, 3. *μῆλα* — *σισύμβρια*. Bl. cft. fr. 239.

Fr. 122. *οὐκ οἶδ'* — *οὐδ' ἐπίσταμαι*, prorsus nescio, nota formula attica. Temere Bl. *οὐδὲ μουσικήν*. Similiter Latini neque novi neque scio, v. c. Plaut. Pseud. 1212.

Fr. 141. Quidquid de coniecturis propositis iudicandum est, non ridicule (i. e. ioci causa), ut editori videbantur, sed absurde quae traduntur dicta sunt et procul dubio monstrum alunt.

Fr. 142. πυὸν — πυριάτῃ. Cf. Ar. Vesp. 709. — Bl. vult πυριάτου, sed cf. ὑπερπλησθεὶς μέθῃ Soph. O. R. 779, ubi quondam malebam μέθης. — Frustra Kock τυρῶν αἰνύμενοι.

Fr. 182. Bl. cft. Eur. Hec. 284.

Fr. 196. τἄμ' ἔπη ξυνίετε Bl. Melius Meineke et Kock.

Fr. 207. De praesenti pro futuro Bl. cft. fr. 208, 1.

Fr. 218. De ἄρασθ' Bl. cft. Ar. Pac. 1.

Fr. 230. Cratineum et Thucydideum ἐπιφέρειν ὀργήν, i. e. χαρίζεσθαι, respondet formulae Homericae ἐπὶ Ϝῆρα φέρειν et temere sollicitatur a Blaydesio p. 282, quia scil. Aristophanes Eq. 534 ὀργὰς ξυμφέρειν dixerit.

Fr. 232, 4. Sine causa idem σχίνου κεφαλήν.

Fr. 263. Bl. cft. Κολακώνυμος pro Κλεώνυμος Ar. Vesp. 592.

Fr. 274. Temere idem sollicitat φρύγουσιν.

Fr. 275, 2. μετὰ τοῦ πατῆσαι parum probabiliter Bl.

Fr. 283. Cft. Bl. Hermippi fr. 3 et Alciphr. III 55, 1.

Fr. 287. Idem tentat ἔτι παῖς — οὐδ' ἠνδρωμένη.

Fr. 298. Non male Bl. ὡς ἂν | τὴν μασχάλην αἴρωμεν, quod comici nudum ὡς non soleant coniungere cum coniunctivo.

Fr. 301. Idem tentat ὥσπερ ἠγλαϊσμέναι.

Fr. 307. De verbis κομψὸς θεατής vid. eundem pag. 282 sq.

Fr. 325, 3. Bl. ἀγροίκοις pro ἀγροῖσιν.

Fr. 335. Cum nomine Χοιριλεκφαντίδης Bl. comparat Cratineum εὐριπιδαριστοφανίζων et Teleclideum εὐριπιδοσωκρατόγομφος.

Cratetis fr. 4. ὗς διὰ ῥόδων. Toto caelo diversum est quod Bl. comparavit proverbium ὄνος ἐν μελίτταις (fr. 36), quod miro errore habuit dictum pro ὄνος ἐν μέλιτι, quamvis bene de apibus eam bestiam pungentibus dici intellexerit grammaticus explicans ἐπὶ τῶν κακοῖς περιπεσόντων. Contra comparare debuerat ὄνος ἐν μύρῳ, ὄνος ἐπὶ λύρᾳ et similia.

Fr. 38. [Ὀμ]πνιάστρια coniecit Blaydes, quod quid significet monere neglexit. Si verum sit supplementum, denotare possit mulierem Cererem ὀμπνίαν colentem, sed nullum hucusque, quod sciam, repertum est verbum ὀμπνιάζειν, unde is titulus duci potuerit. Quare ἐφεκτέον.

Pherecratis fr. 3. δίφροι διωχεῖς ἐν Φερεκράτους Ἀγαθοῖς εἰρημένοι, οἱονεὶ οἱ δύο ὀχοῦντες. Corrige sodes: οἷον ἐν ᾧ δύο ὀχοῦντες (εἰσίν sc.).

Fr. 22, 2. Kockii coniecturam merito improbat Blaydes.

Fr. 36. Bl. revocato ἐξ coniecit ἐβάδιζον. At optime Ruhnkenium ἐν

emendasse ipsa grammatici verba docent, et probabilis videtur Meinekii correctio ἐκαθιζόμην sive ἐκαθεζόμην. Ceterum cf. BA 272, 20, ubi Wachsmuth in Mus. Rhen. XXIII 17 emendavit ἐν Ἄγρᾳ pro ἐν ἀγορᾷ, coll. BA 326 sq. s. v. Ἄγραι.

Fr. 55. Fortasse rectius Bl. ὤ<φει>λεν.

Fr. 101, 1. Bl. ἐγχέαι τι νῷν, aut ἐγχέαι τινὰ (?), aut potius ἐγχέαι μύρον, quae mea est coniectura.

Fr. 108, 16. Idem ἐγχέλειά γ' ἐξανθισμένα. — Vs. 17. Cft. Teleclid. 1, 7.

Fr. 109, 3. Perperam tentat Bl. p. 286.

Fr. 127. Malit idem ἐπὶ τηγάνῳ. Res non potest dirimi, itaque nihil novandum est.

Fr. 131, 4. Bl. cft. Eupol. II 294 κολλαβίδας δὲ βαίνει. — Vs. 5. Recte praefert παιᾶν'.

Fr. 138, 1. Bl. εἵλκυσαν, quod longe posthabendum probabili Meinekii emendationi. Nec agitur de bibendo mero, sed de infundendo craterae, ut aqua misceatur.

Fr. 218. Similia lusit Plautus, sive eius auctor, Pers. 702—705.

Eupolidis fr. 12. Cf. Plauti Menaechm. 745. Ego te simitu novi cum Porthaone.

Aristophanis fr. 141, 2. Ad ἢ σὺ cf. etiam Plauti (Philemonis) Mercat. 309 sq.:

Vel ut scias me amare, cape cultrum ac seca
Digitum vel aurem **vel tu** nasum vel labrum.

Theopompi fr. 69. Praeterea cf. Plaut. Trinummum (= Philemonis Thesaurum) vs. 43: Hic illest senecta aetate qui factust puer.

Antiphanis fr. 195, 7. De parasitis similiter Plautus Captiv. 75. Quasi mures semper edimus alienum cibum.

Diphili fr. 60, 12. Recipienda videtur J. C. Vollgraffii correctio πάντα ταὐτὰ γί(γ)νεται „per ventrem omnia idem fiunt."

Menandri fr, 754. Similiter olim Mnem. VII p. 333 emendavi Platonis locum de Rep. X p. 607 A ὁ τῶν Δία σοφῶν (v. l. διασόφων) ὄχλος reponendo ὁ τῶν λίαν σοφῶν | ὄχλος κρατῶν, quae verba, coll. Eurip. Hipp. 518; Med. 305, tragico poetae sublecta esse suspicabar.

Index poetarum, quorum fragmenta tractantur.

CORRIGENDA.

P. 18 ad fr. 161. Deleatur virgula post *φορίνης*.

P. 26 ad fr. 184. Pro „vasis" corrige „vasibus".

P. 35 ad fr. 18. Pro *οἰμώζουσα γε* lege *οἰμώζουσά γε*.

P. 60, l. 32. Nunc verbum insolitum tueor collato *παραληρεῖν*.

P. 62 ad Aristomenis fr. 6. Pro „*sole*" lege „*sale*".

P 72, l. 2. Pro „Synizesi" lege „synizesi".

P. 89, l. 32. Dele punctum post *ἐπέτριψε*.

P. 91, l. 6. Pro *λογισκός* lege *λογίσκος*. Pro Kockio facit coniecturae lenitas.

P. 99 ad fr. 46. Pro *ὡραϊσμένή* lege *ὡραϊσμένη*.

P. 11I, l. 4 sqq. Locus nondum persanatus.

P. 122 ad fr. 65. Pro „addi" lege „addit".

P. 136. Ad fr. 5, 17. Bis lege *θἀτέρα*.

P. 142, 6. Pro **Philomenis** lege **Philemonis.**

P. 177 ad fr. 813. „Menandraea" lege „Menandrea".

P. 193 ad fr. 12, 5, l. 6. Pro *εἶδε* lege *εἶλε*.

Nunc malo: *τὴν ἡλιαίαν εἶλε <κάλλει> σώματος*. An denique *εἶλε <διὰ> τοῦ σώματος*?

P. 212 ad fr. 635, l. 5. Pro *ἔπαιξε* lege *ἔπαισε*.

P. 217, l. 6 et 7. Ponatur vs. 7 ante 6.

Ibidem ad fr. 1199. Pro *φίλετνής* lege *φιλετνής*.

P. 218, l. 1. Pro *ἕχων* lege *ἔχων*.